UNIVERSAL
LIBRARY

OU_220678

UNIVERSAL
LIBRARY

OSMANIA UNIVERSITY LIBRARY

Call No. 492.72/M64A Accession No. 7781

Author ~~Maidania~~ G. W. Freytag

Title Proverbia Arabica, Vol. I.

This book should be returned on or before the date last marked below.

PROVERBIA ARABICA

QUOTQUOT SUPERSUNT

TUM A MEIDANIO TUM AB ALIIS SCRIPTORIBUS

COLLECTA VOCALIBUS INSTRUXIT, LATINE VERTIT,

COMMENTARIO ILLUSTRAVIT

ET SUMTIBUS SUIS EDIDIT

G. (G.) Freytag.

BONNAE ad Rhenum

MDCCCXXXVIII

1838

Venditur apud **A. Marcum** Bibliop. Bonnens.

امثال العرب

ARABUM PROVERBIA

VOCALIBUS INSTRUXIT, LATINE VERTIT,

COMMENTARIO ILLUSTRAVIT

ET SUMTIBUS SUIS EDIDIT

G. W. Freytag.

TOM. I.

THESI

a Meidanio collectorum proverbiorum

pars prior.

Bonnae ad Rhenum,

MDCCCXXXVIII.

Venditur apud **A. Marcum** bibliop. Bonnens.

امثال العرب

ARABUM PROVERBIA

VOCALIBUS INSTRUXIT, LATINE VERTIT,

COMMENTARIO ILLUSTRAVIT

ET SUMTIBUS SUIS EDIDIT

G. W. Freytag.

TOM. I.

HUNC

a Meidanio collectorum proverbiorum

partem priorem.

Bonnae ad Rhenum,

MDCCCXXXVIII

Venditur apud **A. Marcum** bibliop. Bonnens.

BEATI

HAMAKERI

MANIBUS

SACRUM

Praefatio.

Inter omnia, quae e mente humana prodierunt, opera nullum sane reperitur tantâ omnium adtentione dignum, quantâ gentium proverbia, ut enim ex fructu arbor sic ex proverbiorum naturâ, qualis sit cuilibet genti propria mentis conditio, cognoscitur. Proverbia cum cogitandi et sentiendi ratione moribusque gentis intime cohaerentia in hominum vitam communem nos introducunt. Historia, qualis fuerit externa gentis conditio, docet; proverbia, qualis fuerit animorum natura, ostendunt; historia singulorum hominum cogitandi agendique rationem et quam in totam gentem habuerit vim, describit; proverbia totius gentis et cogitandi et agendi rationem depingit. Proverbiorum dicta quamquam sunt a singulis prolata, tamen eo, quod in proverbii consuetudinem venerunt, tota gens sibi vendicavit, ut totius gentis cogitandi sentiendique rationi convenientia putanda sint.

Quo autem altius cuique genti propria et cogitandi et sentiendi vestigia proverbiis impressa sunt, eo digniora sunt illa nostrâ adtentione. Qua in re causa videnda est, cur Arabum proverbia prae caeteris mercantur, quibus curam operamque navemus. Arabes quum sententiosis proverbialibusque loquendi modis vehementer dediti essent, magno proverbiorum numero, quibus eorum mores et sentiendi cogitandique ratio accurate depinguntur, et in poetica et in soluta oratione occurrimus. Qui illam

gentem eiusque et cogitandi et vivendi rationem recte cognoscere cupit, ei proverbia negligenda non sunt; cui eiusdem libros sive poeticos sive historicos sive alios accuratius perscrutari in animo est, is ad Arabum proverbia recurrat, necesse est. Qua vero re effectum esse videtur, ut ab illis temporibus, quibus in Europa linguae Arabicae studium animos occuparet, viri doctissimi interpretandis et edendis proverbiis operam darent. Primum rogante Isaaco Casaubono Thomas Erpenius, qui studii Arabici viam discentibus patefecit, anno 1614 ducenta cum sua et Iosephi Scaligeri interpretatione proverbia Lugduni Batavorum edidit, cuius libri iam anno 1623 editio emendatior ipsi curanda erat. Idem cum fabulis Locmani anno 1615 et post anno 1636 adagiorum centuriam coniunxit. Priorem ab Erpenio editorum proverbiorum centuriam Gelius anno 1656 in libro inscripto: *Arabicae linguae tirocinium* additis aliis denuo edidit, nec non Andreas Sennertus anno 1658 Witembergae eadem repetivit. Albertus Schultensius quoque in Erpenii grammatica Arabica, ab ipso anno 1748 et denuo 1767 editâ, Erpeniana Adagia dedit. Tum Reiskius edendi totius operis desiderium simul manifestans nonnulla a baculo derivata proverbia ex Meidanii opere electa anno 1758 Lipsiae in lucem emisit. Post eum anno 1764 sub titulo: *Arabum philosophia popularis* Ioan. Christianus Kallius plura proverbia Havniae publici iuris fecit. Scheidius denique anno 1775 ex Erpenianis proverbiis plura electa et emendata simul cum centum novis ex Meidanii opere typis imprimenda curavit.

Primus, qui omnium proverbiorum, quae Meidanius collegerat, edendorum consilium cepit, Pocockius habendus

est; omnia enim proverbia illius operis, addita succincta explicatione latine vertit. Castello urgente anno 1671 specimen typis descriptum ad excitandos emtores divulgatum fuisse in vita Pocockii, quae operibus eius theologicis præmissa est, p. 69 legimus. Huiusce manuscripti in bibliotheca Bodlejana asservati, quod Albertus Schultensius Oxonii anno 1772 in usum suum descripserat, specimine anno 1773 Londini publici iuris facto, anno 1791 de edendo Meidanii opere, quod ceperat, consilium Albertus Schultensius manifestavit. Quominus rem perficeret, mors, qua anno 1793 litteris ereptus est, impedivit; sed celeberrimus eius discipulus Schroederus anno 1795 partem eorum, qua 454 proverbia continentur, ex Schultensii scriptis relictis edidit. Anno post Rosenmuellerus selecta quaedam Arabum proverbia ex Meidanii opere, usus apographo Kruegeriano, Lipsiae interpretatus est. Longo temporis spatio intercedente Arabica proverbia sub titulo: *The manners and customs of the modern Egyptians* auctore Burckhardto Londini anno 1830 apparuere. Anno 1836 Ewaldtii, qui operis suasor fuerat, apographo usus nonnulla ab Abu-Ohbaido collecta proverbia Bertheaus Goettingae edidit.

Sed quum apud Arabes vocis مثل *proverbii* significatio latius pateat ita, ut proverbiales locutiones sententiasque amplectatur, silentio prætermittendi non sunt Franciscus de Dombay et Cornelius van Waenen, quorum prior Ebn-Medini Mauri Fessani sententias quasdam Arabicas anno 1805 Vindobonnæ, posterior Alii Ebn-Abi-Talebi sententias, primum anno 1629 a Golio in publicum emissas, una cum aliis Oxonii 1806 edidit. Sententiarum Alii emendatiorem editionem Stickelus Jenae 1834 et additis novis Fleischerus anno 1837 Lipsiæ fecit.

Quae de proverbiorum editoribus praemisi, ea potissimum causa adductus dixi, ut legentes viderent, quanti et antiquioris et recentioris aevi viri celeberrimi proverbia Arabica fecerint, quorum exemplum ego secutus, quum anno 1824 Parisiis versarer, codicis Meidanii exemplar, quod summa cum benignitate nunc beatus Silv. de Sacy[1]) in usum mihi obtulerat, descripsi eo consilio, ut, si Deus optimus maximus conatibus meis faveret, totum librum ederem. Parisiis Lugdunum Batavorum quum me contulissem, inter alia et Meidanii codicem cum meo manuscripto collaturus, Hamakerum nunc beatum, in cuius amicitiam perveneram, dicentem audivi, se magno Meidanii edendi desiderio teneri. Quale illius viri ingenium et diligentiam cognoveram, in manuscriptorum multitudine, quibus libere uti poterat, quin opus illud magna ipsius doctrinae copia ornatum prodiret, nullus dubitavi. Quod mecum quum cogitarem, qui tunc temporis multis rebus essem occupatus, meum de edendo Meidanii opere consilium abiiciens, amico in editione sua mei manuscripti utendi copiam feci. Quod vero plures anni elapsi sunt, quibus illius operis specimen non apparuit, eius rei causa tum in operis mole et difficultate tum in tot tantisque

1) Viri illius de litteris Orientalibus merita plures verbis describere conati sunt; sed ut nemo vicem eius explere potest, sic nemo satis digno modo laudare eum mihi posse videtur. Quantis ego ei obstrictus eram beneficiis, tantas ei gratias persolvere nunquam valui. Heu! praeceptore privatus sum, cuius sciendi fons nunquam exhauriebatur, fautore et amico in beneficiis apud me collocandis non fatigando, qui usque ad extremum vitae halitum benevolentiam mihi suam semper conservavit. Terra ei sit super ossa levis!

occupationibus, quibus ille vir semper novis irretiebatur, quaerenda est. Eum operis edendi consilium nunquam abiecisse scio, quominus opus perficeret, quae non exspectanti praematura subito supervenit, mors impedivit. Eheu! et talem virum flore aetatis inexorabile fatum patriae, litteris, familiae, amicis eripuit! Patriæ suæ decus et ornamentum antiquae de litteris Orientalibus bene meritae gloriae novam suis operibus addidit. Quam iacturam ex eius morte litterae fecerint, non tam ex operibus, quamvis magna sunt et utilissima, quam ex eius doctrinae copia, splendidissimo ingenio, assiduo labore et ardentissimo et litteris utilitatem et patriae gloriam comparandi amicis intimis cognito desiderio iudicare licet. De morte viri mecum amicitiae vinculo arctissimo coniuncti litteris certior factus maximum sane dolorem percipiebam, optimo enim et carissimo privatus eram amico, maximeque dolebam, quum viderem, tam multa litterisque utilissima illius viri opera abrupta esse. Manuscriptum Meidanii meum, quod mihi remittebatur, in margine et Lugdunensis et Berolinensis[1]), nec non operis Pocockiani, quod Albertus Schultensius manu sua descripserat, variis lectionibus tum Hamakeri tum Weyersi manu adscriptis ornatum est. Quod quum viderem, illud a me repressum, ut amico placerem, Meidanii edendi desiderium, renatum est et ipsius Hamakeri umbra, ut mortui amici vices explerem,

1) Codex Berolinensis, cuius nec non aliorum mihi necessariorum codicum et librorum usus a viro illustrissimo, bibliothecae Berolinensis summo praefecto Wilkenio, summa cum benignitate mihi concessus est, a Mich. Sabbagho Arabe a codice Parisiensi descriptus est. In codice Berol. B., recentiora proverbia sunt.

me hortari visa est. Primum igitur totum Meidanii opus cum scholiis integris, latina versione et adnotationibus edere in animo mihi erat, duas tum in opere accuratius examinato potissimum causas videbam, cur ab isto consilio desisterem. Una erat operis magna moles, qua multum crescente ob necessarias tum criticas tum alias adnotationes versionemque libri pretium ita augendum fuisset, ut paucis tantum libri emendi et utendi copia mansisset, altera in eo posita, quod in scholiis Meidanii multas res invenirem, quae maiori legentium parti aut parum utiles aut prorsus inutiles omitti aut brevius dici possent. Qua in re fore, ut pluribus, sunt enim, qui omnia et prorsus inutilia edenda putent scholiorum verba, placerem sperans, scholiorum delectum habendum esse putavi ita, ut utilitate libri haud imminuta totum opus et facilius lectu maiorem legentibus voluptatem pararet et minore pretio emturis comparandum esset. Elegi igitur ex Meidanii scholiis eas potissimum res, quae tum ad intelligenda proverbia necessariae tum ad historiam Arabum discendam et vivendi rationem moresque cognoscendos utiles viderentur. Quas vero res modo brevius dixi, quam in scholiis scriptum erat, modo iisdem fere verbis usus, quemadmodum utilius esse putabam, res retuli, dum tam in proverbiis quam in versibus vocales necessarias addebam. Cum Meidanii adnotationibus tum Samachscharii tum Scharaf-Aldini[1]) sententiam, si discreparet, coniunxi. Quae interpretes Arabici

1) Samachscharii operis, nec non partis (litterae Elif) Scharaf-Aldini et codicis Lugdunensis Pocockianique usum amicitiae et benevolentiae Weyersi celeberrimi in universitate Lugdunensi professoris me debere, id grato animo a me dicendum est.

proverbiorum metra spectantia, nec non alia adnotare neglexerant, ea ipse addidi. Quominus autem plures multis fortasse gratas, quibusdam necessarias adnotationes, quarum neque occasio neque materia mihi deerat, adiicerem, magna libri moles impedivit, timebam enim, ne pluribus additis nimium accresceret. Et studium et desiderium hac in re sæpissime coercendum erat. Quod recentioris aevi proverbia rarius tantum adnotationibus illustravi, id ne mirum videatur. Arabes aut quod in iis nil ambigui viderent aut sui temporis homines ambiguum tollere posse putarent, adnotationes raro addiderunt. Ego recentiora proverbia quod aut nil dubii offerre viderentur aut ex scriptorum locis, a quibus adhibita sint, satis lucis accipiant, explicare saepius intermisi. Cavendum quoque erat, ne meis adnotationibus legentes in viam falsam ducerem, factum enim est interdum, ut aut proverbii usus a verborum ratione deflexerit aut varius intelligendi modus, id quod in proverbiis sæpius accidit, ab Arabibus ipsis admissus sit. Erunt autem fortasse, qui in proverbiis edendis Meidanii ordinem secutum me esse vituperent. Ii, si qui sunt, tres mihi fuisse causas, sciant. Primum enim scriptoris cuiusdam opus edentis erga scriptorem officium mihi esse videtur, ut a scriptore observatum, licet eum non probet[1]), ordinem non turbet vel omnino mutet, tum si totum Meidanii ordinem mutassem, ne id nostrum opus cum Meidanii opere collaturis magnam molestiam creaturum esset, timebam mutato

1) Quem in disponendis proverbiis Meidanius ordinem secutus est, eum in singulis probare non possum. Sequitur in capitum serie litterarum ordinem, sed in capitibus singula ita mixta sunt, ut, quodnam ei fuerit disponendi consilium, non videam.

a nobis denique ordine tam proverbia, quibus comparatio inest, quam recentiora, quae omnia Meidanius a caeteris disiunxit, non poterant non cum caeteris misceri.

Meidanii opere finito plura tum vetera tum recentiora ex aliis operibus collecta proverbia, nec non alia adiungam. Ob illum autem a Meidanio in disponendis proverbiis observatum ordinem index Arabicus, in quaerendis tam singulis proverbiis quam aliis rebus in proverbiis obviam venientibus utilissimus a me addatur necesse est. Qua in re ita agam, ut primum in proverbio occurrens aut verbi aut nominis forma, radicis litterarum ratione habita, secundum alphabeticum ordinem adnotetur. Indicem quoque latinum, qui magnam utilitatem afferre mihi videretur, subiungere statui. Quae denique de Arabicorum proverbiorum natura iisque, qui inter Arabes et colligendis et interpretandis proverbiis operam navarint, in praefatione brevius dicenda fuissent, ea in commentatione operi subiungenda fusius explicare in animo est. Praefationi finem impositurus fautoribus illis, qui, quod emtores operis se confessi sunt, felicis successus spem mihi fecerunt, non possum quin gratias agam amplissimas. Pauci quidem sunt numero, sed quum sint imitatione in opere tam difficili tamque utili adiuvando dignissimi, quin, Deo optimo maximo adiuvante, ad optatum finem opus perducam, non est quod dubitem. Operi finito omnium fautorum nomina subiungam. In opere tantis difficultatibus pleno, ut omnibus vix ullus satisfacere possit, me iudices iustos, et aequos habiturum esse, spero, confido.

Scribebam Bonnae Calendis Octobris MDCCCXXXVIII.

Meidanii Proverbia.

Caput I.

Littera Hamza.

1 إِنَّ مِنَ ٱلْبَيَانِ لَسِحْرًا

1. In quadam eloquentia profecto vis magica est.

Proverbii auctorem dicunt esse Mohammedem et hanc fuisse causam. Tres viri Ahmruus ben-Alahtam, Alsibrikanus ben-Badr et Kaisus ben-Ahzim, quum ad Mohammedem accessissent, hic primum eorum de Alsibrikano sibi ignoto interrogavit. Interrogatus quamquam laudem viro tribuebat, tamen Sibrikanus, eum odio commotum plura, quae sibi laudi essent, tacita reliquisse dixit. Qua de causa Ahmruus iratus plura addidit de viro minime laudanda, quum in describendo viro, tum in se defendendo eloquentia usus. Quibus auditis Mohammedes, eloquentiam vim habere maximam in hominum animos, ut eos, sicut vis magica, quo velit, deflectat, significaturus, verba modo laudata, quae postea in proverbium venerunt, protulit. Proverbium significat, virum bene locutum esse et argumenta satis valida adtulisse. Kamusi auctor proverbium adnotavit. Conf. Schultensii proverb. Meid. p. 256.

٢ انّ المُنبَتَّ لا أَرضًا قَطَعَ وَلا ظَهرًا أَبقَى

2. Qui (nimium festinans) a sociis in itinere separatur, neque terram peragrat, neque dorsum (iumenti sibi) relinquit.

Quae verba Mohammedes traditur dixisse viro adeo religionis cultui dedito, ut propter frequentes vigilias oculi in capite demersi viderentur, eum cohortaturus, ut leniter in religione agat. Talem autem virum cum eo comparavit, qui initio itineris iumentum nimia festinatione fatigans, tenere viam non potest. Proverbium quoque adnotavit Scharaf-Aldinus Ebn-Almokri in libro inscripto غاية الكمال فى سوايير الامثال »Terminus perfectionis in proverbiis divulgatis« et Alsamachscharius in libro مستقصى الامثال »Abbreviatum proverbiorum.« Conf. Schult. prov. Meid. p. 278.

٣ انّ مِمّا يُنبِتُ الرَّبيعُ مَا يَقتُلُ حَبَطًا أَوْ يُلِمُّ

3. In iis, quae ver profert, sunt (plantae), quae ventrem inflando necant vel prope necant.

Mohammedis sunt verba, quibus, ut bonis mundi, quorum immodicus usus homini sit noxius, modice fruantur, cohortatur. Scharaf-Aldinus rem sic narrat: Mohammedes suis dixerat انما اخاف عليكم ما يفتح لكم من زهرة الدنيا وزينتها »Vobis timeo florem huius mundi, qui vobis aperitur eiusque ornamentum.« Cui quidam يا نبى الله لو ياتى الخير بالشر »O propheta Dei! num venit bonum per malum?« Mohammedes respondit: انه لا ياتى الخير بالشر وان من ما ينبت الربيع ما يقتل حبطا او يلم »Non venit bonum per malum, sed in iis, quae ver profert, sunt, quae ventrem inflando necant vel prope necant.« i. e. ex bonorum usu malum interdum oritur. Sunt enim plantae in lingua Arabica ذرق

appellatae, quibus si pascuntur cameli, cavendum est, ne nimium sumant; fieri enim potest, ut inde inflato ventre moriantur vel saltem noxam capiant. Similis autem bonorum mundi ratio esse videtur. Quapropter poeta Alnabeghahus dixit

وَٱلْيَأْسُ عَنْ مَا فَاتَ يَعْقُبُ رَاحَةً وَلَرُبَّ مَطْعَمَةٍ تَعُود ذُبَاحَا

»Desperatio, quum res nos fugit, post se tranquillitatem adducit, et cupidinem iugulatio saepe sequitur.«

Versus metrum Camel est. (conf. librum m. Darstellung der Arab. Verskunst, Bonn 1830. p. 212). Samachscharius proverbium adnotavit; sed in codice meo cum eo coniuncta est proverbii primi explicatio. Conf. Schult. prov. Meid. p. 279.

۴ اِنَّ الْمُوَصَّيْنَ بَنُو سَهْوَانَ

4. Quibus praeceptum est, ii sunt filii errantis.

De sensu horum verborum accuratius definiendo dissentiunt; sunt enim, qui verbis nil inesse dicant nisi, cui praecepta dentur, eum errori obnoxium esse; qui non erret, ei non opus esse praecepta. Quod qui rectum esse negat, sic verborum sensum constituit. »Omnibus hominibus, qui errare possint, praecipi.« Rectior autem Meidanio videtur hic intelligendi modus. Cui praecepta dantur, is errore labi posse putatur, ut error homine potiatur, quasi ei praefectus sit. Ut probet hunc esse proverbii sensum, ab Alahrabio citatos versus adducit

أَنْشَدَ مِنْ خَوَّارَةٍ عِلْيَانْ مَضْبُورَةِ ٱلْكَاهِلِ كَٱلْبُنْيَانْ

أَلْقَتْ طَلًا بِٱلْمَلْتَقَى لِلْحَوْمَانْ أَكْثَرُ مَا طَافَتْ بِهِ يَوْمَانْ

لَمْ يُلْفِهَا عَنْ هَمِّهَا فَيْدَانْ وَلَا الْمُوَصُّونَ مِنَ ٱلرُّعْيَانْ

إِنَّ ٱلْمُوَصَّيْنَ بَنُو سَهْوَانْ

»Magis quaerens quam pulchra, procera camela, cuius dorsum est robustum, aedificio similis, quae projecit pullum in locis salebrosis, per duos dies ibi circumvagans, ut neque duo compedes a cura sua eam retineant, neque iussi e pastorum numero, utique iussi sunt filii errantis.«

Errans autem Adamus esse dicitur, a quo omnes errori obnoxii orti sint. In codicibus versus hi vario modo leguntur. Metrum ad Sarih appellatum (conf. Darstellung der Arab. Verskunst p. 246.) referendum est, licet in codicibus metri Redjes esse legatur. Scharaf-Aldinus autem proverbio alium sensum adiudicavit: In eum esse dictum, qui monitis carere possit, quod rei curam habeat. Citavit autem hunc versum:

وَأَكْثَرُ نِسْيَانِي لِمَا لَا يُهِمُّنِي وَإِنِّي لِمَا أُعْنَى بِهِ لَذَكُورُ

»Maxima oblivio mea in rebus est, qui sollicitum me non tenent; sed in rebus, quibus afficior, memor sum.«

In hoc explicandi modo Alsamachscharius consentit. At vero vocabuli سهوان diversa est grammatice explicandi ratio, alii nomen esse dicunt, errorem significans, alii adiectivum errantis cum significatione. Hi rectius iudicasse videntur. Conf. Golii Adag. p. 108. Schult. prov. Meid. p. 280.

٥ أَنَّ الْجَوَادَ عَيْنُهُ فِرَارُهُ

5. Generosi oculus est loco inspectionis dentium.

i. e. Ut generosus equus inspectis dentibus, quibus aetatis annus in iumentis definiri solet, cognoscitur, sic ex oculo, quae sit viri interna conditio, diiudicare licet. Contrarium sensum offerunt verba ان الخبيث عينه فراره »Viri turpis oculus loco inspectionis dentium est.« (conf. 28, 37). In enunciando vocabulo فرار duplex est ratio, una, ut nominis actionis, sit venia verbo, forma firar habeatur,

altera ut nominis forma forar. Proverbio metrum Redjes est (conf. l. m. p. 230. sq.) Conf. Schult. prov. Meid. p. 281.

٦ انّ ٱلشَّقِىَّ وافِدُ ٱلبَرَاجِمِ

6. Miser est adveniens e gente Albaradjim.

Causam horum verborum talem fuisse narrant. Sowaidus ben-Rabiah, e gente Tamim oriundus, regis Amrui ben-Hind fratrem Sahd appellatum occiderat et necis ulciscendae causa rex, centum viros igne se deleturum esse. iuraverat. Nonaginta octo rex e gente Banu-Darim viros in ignem coniecerat, quum quidam, cui nomen Ahmmar erat, odore allectus, quod cibum parari putaret, advenit, et quisnam esset, interrogatus, se e gente Albaradjim oriundum professus est. Quo audito rex ista verba dicens, ut iuramento omnino satisfaceret, unum hunc illis addi iussit. Numerum autem centum complevit addita vetula conf. C. 14, 10. Familia Albaradjim nobilissima, stirpi Tamimitarum adnumeratur. Ad eam pertinent familiae Ahmru, Kais, Ghalib, Colfah, Morrah, quae sunt gens Banu-Hentselah ben-Malic ben-Said Manat ben-Tamim. Nomen Albaradjim inde accepisse dicuntur, quod quidam eorum dixisset تعالوا فلنجتمع كبراجم يدى هذه »Elevate vos et nos coniuncti simus sicut medii articuli (Baradjim) manus huius meae.« Non autem est silentio praetermittendum, ut in nostro codice, sic in Kamuso Calcutt. legi وافد البراجم »ardens e gente Albaradjim«. Trium vero codicum, nec non Kamusi Turcici وافد legendi modus, rectior videtur. Tertia denique lectio est راكب البراجم »eques Baradjimi.« Hanc vero ob rem regi illi cognomen المحرق »crematori« dederunt, quod cognomen aliis duobus viris diversas ob causas proprium erat. — Proverbio isto, cui metrum Redjes est, utuntur de eo, qui propter cupiditatem in interitum irruit (conf. C. XIII. 138. XIV. 10.) vid. Scharaf-Aldinum

et Samachscharium. conf. Centur. proverb. a Scheidio edit. N. 100. Gol. Adag. p. 96. Schult. prov. Meid. p. 281.

٧ أَنَّ الرَّنِيئَةَ تَقْتَـأُ ٱلْغَضَبَ

7. Lac acidum cum dulci mixtum iram sedat.

Proverbium quoque omissa particula أن adducitur. Narrant, quendam esurientem ad gentem, cui irasceretur, accessisse et iram, quum isto cibo satiatus esset, deposuisse. Quapropter isto proverbio, dono quamvis parvo consensum et gratiam provocari posse significant. conf. Scharaf-Aldinum et Samachscharium. Conf. Schult. prov. Meid. p. 283. Gol. Adag. p. 90.

٨ أَنَّ ٱلْبُغَاثَ بِأَرْضِنَا يَسْتَنْسِرُ

8. Milvus in terra nostra vultur fit.

Ad metrum Camil proverbium referre licet. Legitur يستنسر et تستنسر, quia nomen بغاث et singularis et pluralis significationem admittit. Distinguunt quoque ita, ut بـغـاث cum vocali Fatha singularis, بغـاث cum vocali Kesre pluralis sit. Tum voce بغاث parvas et viles aves designant. Cecinit poeta

يَغَاثُ الطَّيْرُ أَكْثَرُهَا فِرَاخًـا وَأُمُّ ٱلـطَّيْرِ مِقْـلَاتٌ نَـزُورُ

»Parvae inter aves pullorum maximum numerum habent, at mater avium (aquila) unum tantum pullum habet, parum prolifera.« Conf. Scharaf-Aldinum et Harir. p. 55.

Quo loquendi modo in homine utuntur, qui ex debili robustus, aut e vili potens factus est. In Samachscharii opere autem potentes designat, quorum societate alii potentes et honorati fiunt. conf. Kamus. et Djeuh. Schult. prov. Meid. p. 283.

٩ انّ دَوَآءَ ٱلشَّقِّ أَنْ تَحوصَهُ

9. Remedium fissurae in eo consistit, ut consuatur.

Proverbium, quod metrum Redjes habet, reparandam esse calamitatem docet. Conf. Scharaf-Aldinum. Schult. prov. p. 285.

١٠ انَّ الجَبَانَ حَتْفُهُ مِنْ فَوْقِهِ

10. Timido mors desuper (i. e. e coelo) descendit.

Proverbio metrum Redjes est et nullam esse timido in multa cautione utilitatem docet, quippe quum mors e loco, ubi nil valeat cautio, ad hominem accedat. Inest igitur huic proverbio laus quædam fortitudinis. Ahntarahus poeta proverbii sensum versibus hisce expressit

بَكَرَتْ تُخَوِّفُنِى الحُتُوفَ كَأَنَّنِى أَصْبَحْتُ عن غَرَضِ الحُتُوفِ بِمَعْزِلِ
فَأَجَبْتُهَا انّ المَنِيَّةَ مَنْهَلٌ لا بُدَّ أَنْ أُسْقَى بِكَأْسِ المَنْهَلِ

»Me mortem timere iussit, ac si loco a scopo mortis remoto esse possem et ei respondi; mors cisterna est, e qua mihi necessario bibendum est.«

Versus metrum Camil dictum est. conf. libr. m. p. 211. Proverbii auctorem fuisse tradunt Ahmruum ben-Ohmamah, qui versus hos cecinerit, quum Djoaihdus eum occidere vellet.

لَقَدْ خَسَوْتُ المَوْتَ قَبْلَ ذَوْقِهِ
انّ الجَبَانَ حَتْفُهُ مِنْ فَوْقِهِ
والثَّوْرُ يَحْمِى أَنْفَهُ بِرَوْقِهِ

»Profecto iam mortem, priusquam eam gustaveram, sorpsi, timido enim mors e loco superiore venit et taurus nasum cornu suo tuetur.«

i. e. Memet mortis periculo toties exposui, ut mortis poculum, etsi ipse morti non occubui, bibisse videar, nulla enim in multa cautione est utilitas, quemadmodum a tauro mortem cornua non depellunt. In libro Scharaf-Aldini post فوقه tertius est versus كل امرء مقاتل عن طوقه »Quilibet vir pugnat ex potestate sua« et sic in Samachscharii libro. Versus metrum est رجز conf. libr. meum p. 231. Legitur quoque proverbium in Abu-Obaidi libro conf. Bertheaui librum proverbiorum Götting. 1836. p. 13. text. Ar. et Hamas. p. 128. Schult. prov. 285.

١١ انّ المعافى غير مخدوع

11. Incolumis non est deceptus.

Proverbium ad metrum Sarih referri potest conf. l. m. p. 244. Verborum sensus hic esse videtur: Qui incolumis servatus est re, qua deceptus fuit, eum deceptio noxa non affecit, ut idem sit, ac si deceptus non esset. Schultensius autem (prov. Meid. p. 287.) vertit: Non decipitur, qui fraudem non sentit. Proverbio autem in viro utuntur, qui, quum deceptus sit, se deceptum non putat.

Proverbii originem talem fuisse narrant. Vir Solaith appellatus et e gente Banu-Solaim oriundus mulieris, quae alii eiusdem gentis viro Kadih appellato nupta erat, amore captus hunc, ut illa libere uteretur, fallere studuit. Quae res ut perficeretur, se puellae, quae principi cuidam Abu-Mathsun cognominato erat, amore teneri narrans, eum, ut, dum apud puellam versaretur, principem in consessu retineret, et domum redeuntis adventum sibilando quodam loco sibi indicaret, rogavit. Kadihus precibus cessit. Quodam die, quum puellarum mentione facta, princeps suarum castitatem laude extolleret, non amplius se potuit retinere Kadihus, quin diceret; ربما غر الواثق وخدع الوامق وملت العاتق »Interdum fiduciam habens falsus, amans deceptus, loquens mendacii accusatus est et vinum vetus ob fastidium recusatum,« hunc verbis addens versum

لَا تَنْطِقَنَّ بِأَمْرٍ لَا تَيَقَّنُهُ يَا عَمْرُو أَنَّ الْمُعَافَى غَيْرُ مَخْدُوعِ

»Ne rem dicas, de qua certus non es, o Ahmrue; incolumis autem non est deceptus[1]).«

Ahmruus, sic enim princeps ille audiebat, verba, quid vellent, bene intelligens Kadihum, quum reliqui abiissent, ut veritatem diceret, coegit. Re audita Kadihum esse deceptum cognovit, at vero, ut pro comperta rem haberet Kadihus, eum primum ad puellas suas introduxit. Quia in nullam suspicio convenit, in domum eius ipsum reduxit et quum inde fuga se eripientem Soleithum conspexissent, princeps deridendi causa, quae ille versu dixerat verba ان المعافى غير مخدوع repetivit.

١٢ اَنَّ فِى ٱلشَّرِّ خِيَارًا

12. In malo sunt meliora.

Hemistichium metri Raml esse videtur. conf. lib. m. p. 238. Solatii causa his uti videntur verbis. Meidanius hunc verbis tribuit sensum »Malum unum altero levius est.« Vocabulum خيار aut pluralis formam a خير melius derivatam esse dicit aut nomen, cui electionis significatio sit. Tum proverbium sic vertendum. »In malo est electio.« i. e. Una pars mali altera levior est, ut eam eligamus.. Huic similis est proverbialis loquendi modus بعض الشر اهون من بعض »Quaedam calamitas quadam levior est.« Conf. II, 29. et Schult. prov. p. 288.

١٣ اَنَّ ٱلْحَدِيدَ بِٱلْحَدِيدِ يُفْلَحُ

13. Ferrum ferro finditur.

Conf. Prov. Ar. Erpen. Cent. 2, 62. In re dura durus agendi modus est adhibendus. Loco vocis يفلح legitur

1) Metrum versus *Basith* appellatum est *conf. lib. meum p. 190.*

quoque يفل cum eadem significatione. Metrum proverbii Redjes est. conf. libr. m. p. 230. Conf. Prov. Arab. Erpen. cent. II, 62. Schultens. prov. p. 289. Alsedjadjus hunc versum recitavit.

قَدْ عَلِمَتْ خَيْلُكَ أَيْنَ ٱلصَّحْصَحُ إِنَّ ٱلْحَدِيدَ بِٱلْحَدِيدِ يُفْلَحُ

»Equites tui sciunt, ubi locus aequabilis sit; utique ferrum ferro finditur.«

Metrum Redjes est conf. l. m. p. 231. Alius poeta sic cecinit

قَوْمُنَا بَعْضُهُمْ يَقْتُلُ بَعْضًا لَا يَفْلُ ٱلْحَدِيدَ إِلَّا ٱلْحَدِيدُ

»Gens nostra se vicissim occidit, non ferrum alia re quam ferro finditur?«

Metrum Chafif est. Simile est prov. C. XXV, 25. XVIII, 24. cf. Scharaf-Aldinum, Samachscharium et Djeuh.

١٤ إِنَّ ٱلْحَمَاةَ أُولِعَتْ بِٱلْكَنَّةِ وَأُولِعَتْ كَنَّتُهَا بِٱلظَّنَّةِ

14. Socera intenta fuit in nurum et nurus intenta fuit in suspicionem.

Quia socera nuro inimica esse solet et nuro socera suspecta est, si ipsi rem ingratam maritus peregit, proverbium ad malum, quod hominibus eo dignis accidit, designandum adhibent. Sed Scharaf-Aldinus dixit, proverbium adhiberi ad significandum, homines sibi invicem adversari, et se vicissim vituperare. Metrum est Sarih. conf. l. m. p. 246. Schult. prov. p. 289. Terentii Hecyr. II. 1. 4.

١٥ إِنَّ لِلَّهِ جُنُودًا مِنْهَا ٱلْعَسَلُ

15. Deo sunt exercitus, quorum unus mel est.

Alter in proverbio legendo modus est جنودا من العسل »exercitus e melle.« Verba haec Moawijjahus dixit, quum Alaschtarum sibi inimicum melle veneno infecto necatum esse audivisset. Proverbium significat, hominem re, quae

ipsi periculosa non videretur, periisse. conf. Scharaf-Aldin. et Samachschar. Schult. prov. p. 290. Gol. Adag. pag. 101.

١٦ اِنَّ ٱلْهَوَى لَيَمِيلُ بِٱسْتِ ٱلرَّاكِبِ

16. Cupido profecto in camelo vehentis anum declinat.

i. e. Ut a camelo descendat, eum cogit. Cupido tantam in homines vim habet, ut ad quamlibet rem, sive bona sit sive mala, abripiat. Similis est loquendi modus in his verbis الى حيث يهوى القلب تهوى به الرجل »Quo animus inclinatur, eo pes ducit.« conf. Scharaf-Aldin. et Samachschar. Schult. prov. Meid. p. 290.

١٧ اِنَّ ٱلْجَوَادَ قَدْ يَعْثُرُ

17. Generosus equus interdum lapsat.

Fieri potest, ut, qui pulchre agere consueverit, peccet.

١٨ اِنَّ ٱلشَّفِيقَ بِسُوٓءِ ظَنٍّ مُولَعٌ

18. Amicus tener malae opinioni deditus est.

De iis usurpatur, qui in aliorum res ita intenti sunt, ut semper solliciti teneantur, quemadmodum matres de filiis semper sollicitae sunt. Conf. Scharaf-Aldin. et Samachschar. Bertheau l. c. p. 11. text. Ar. et A. Schultensii. proverb. Meid. p. 291. Conf. C. 12, 86.

١٩ اِنَّ ٱلْمَعَاذِيرَ يَشُوبُهَا ٱلْكَذِبُ

19. Excusationes mendaciis mixtae sunt.

Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Ibrahimus Nochaïta[1]) haec verba viro se multum excusaturo dixisse

1) De hoc viro, qui anno H. 95 v. 96 diem obiit conf. Herbel. s. v. Nekhai.

fertur, monens, ut excusationes omitteret. Dicunt quoque المعاذر مكاذب »Excusationes mendacia sunt.« Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. p. 292.

٢٠ انَّ لِلْخَصَاصِ يُرَى فِي حَوْفِهَا ٱلرَّقَمُ

20. In parva rima magnum infortunium conspicitur.

Proverbium ad metrum Basith referri potest. conf. libr. m. p. 189. Scharaf-Aldinus sic proverbium explicavit. Voce خصاص parvae rimae significantur, quae in portis aliisve rebus sunt, unde maxime mulieres prospiciunt. Hoc vero interdictum fuit, quia corruptio morum cum eo cohaerebat. Ex eius sententia proverbium mulierum amores spectare videtur. Proverbii igitur sensus est; Res quae nobis haud magni momenti videtur, interdum magnarum calamitatum causa est. Conf. Samachschar. et Schult. prov. p. 292.

٢١ انَّ ٱلدَّوَاهِيَ فِي ٱلآفَاقِ تَهْتَرِسُ

21. Calamitates in regionibus contunduntur.

Proverbium ad metrum Basith referre licet. conf. l. m. p. 189. Tot sunt calamitates, ut una alteram ob loci angustiam, qui multitudinem capere non possit, quasi contundant. Proverbii autem originem hanc esse narrant: Transiisse dicunt virum ad alterum et his eum allocutum esse verbis: Equa tua aut pullum marem aut feminam pariet. Quae verba quum alter, tanquam absurda derideret, quippe cui tertia res cogitari non posse videretur, factum est, ut pullus omnino deformis prodiret, qua de causa in haec verba vir ille erupit

قَدْ طَرَقَتْ بِجَنِينٍ نِصْفُهُ فَرَسٌ

إِنَّ ٱلدَّوَاهِيَ فِي ٱلآفَاقِ تَهْتَرِسُ

»Enixa est foetum, cuius dimidium equus est, calamitates

in regionibus contunduntur.« i. e. eheu! malum gravissimum est.

Metrum versus Basith est. Loco vocis تهتـرس legitur تمرتهس sensu non mutato. conf. Schult. prov. p. 293.

٢٢ أنَّ عَلَيْكَ حَرْشًا فَتَعَشَّهْ

22. Pars noctis tibi restat, sume igitur cibum vespertinum.

Verbis hisce nimiam festinationem in opere dissuadent. Littera ه, quae voci فتعش addita est, duplici modo explicatur; aut ه est, quae in fine vocibus additur, ut vis in enunciando accedat et a grammaticis هاء الـسكوت vel هاء الوقف appellatur, aut littera pronominis seu suffixi signum est, quod pro فـيه cum verbo interdum coniungitur. Prior vero explicandi modus magis conveniens videtur. Proverbium originem duxisse dicitur a viro, qui cum nimia festinatione cibum vespertinum sumeret timens, ne rei occasio, quam perficere in animo habebat, cum effugeret. Conf. Scharaf-Ald. et Samachsch., Schult. prov. p. 292.

٢٣ أنَّ وَرَاءَ الأَكَمَةِ مَا وَرَاءَهَا

23. Pone collem res quaedam est.

In eo usurpatur, qui rem aliis ignotam de se palam facit. Serva cum amico post collem conveniendi tempus constituerat, at, quum opere absoluto, novum facere iuberetur, illa magno amici desiderio flagrans in haec verba erupit. »Vos me retinetis et pone collem res quaedam est.« conf. Schult. p. 295.

٢٤ أنَّ خَصْلَتَيْنِ خَيْرُهُمَا ٱلْكَذِبُ لَخَصْلَتَا سَوْءٍ

24. Duae proprietates, quarum melior mendacium est, profecto duae pravae sunt.

Viro dicitur, qui pravam agendi rationem mendaciis excusare studet. Ahmruus ben-Ahbd-Alahsis primus verbis usus esse dicitur. Similis est loquendi modus عـذره أشد من جرمه »Excusatio eius gravior quam eius peccatum.« conf. Schult. p. 295.

٢٥ أَنَّ مَنْ لَا يَعْرِفُ ٱلْوَحَى أَحْمَقُ

25. Qui indicium nescit (non intelligit) stultus est.

Legitur ٱلوَحا et ٱلوَحْى. Verba in eum adhibere solent, qui nutus aut indicia ipsi facta non intelligit, ut rem ipsi ab altero significatam palam faciat. Scharaf-Aldinus autem dixit, proverbium adhiberi in duos viros, qui, putantes tertium eorum indicia non intelligere, signis factis inter se clam loquuntur. Conf. Schult. prov. Meid. p. 296.

٢٦ أَنَّ فِى ٱلْمَعَارِيضِ لَمَنْدُوحَةً عَنِ ٱلْكَذِبِ

26. In sententiis non clare explicatis est libertas a mendacio.

In eum quadrant, qui ad mendacium confugere coactus rem obscuris verbis dicit. Dictum est Ahmrani ben-Hozain. Conf. Schult. prov. p. 297.

٢٧ أَنَّ ٱلْمَقْدِرَةَ تَذْهَبُ ٱلْحَفِيظَةَ

27. Potestas iram amovet.

Verba haec virum potentem e gente Koraischitarum antiquo tempore dixisse ferunt. Qui quum vindictae cupidus virum sibi infestum persecutus esset, eo potitus vindicta abstinuit.

٢٨ أَنَّ ٱلسَّلَامَةَ مِنْهَا تَرْكُ مَا فِيهَا

28. Incolumitas ab eo (mundo) est relictio rerum in eo (mundo).

Verisimilis verborum sensus est, res mundi tanquam fugiendas describi. Si a rebus mundi liberum esse cupis, relinque eas. Sic enim cecinit poeta

وَالنَّفْسُ تَكْلَفُ بِالدُّنْيَا وقد عَلِمَتْ أَنَّ السَّلامَةَ مِنْهَا تَرْكُ مَا فِيهَا

»Animus rebus huius mundi occupatus est, quamquam non nescit, eum esse ab eius (noxa) incolumem, qui res eius reliquerit (nonnisi rebus divinis occupatus).«

Proverbium hemistichium posterius versus est ad metrum Basith pertinentis conf. libr. m. pag. 190. Conf. Schult. prov. p. 298. Scharaf-Aldinus prius hemistichium hoc modo adnotavit.

دَعِ ٱلْأُمُورَ ٱلَّتِى تُخْشَى عَوَاقِبَهَا

»Sine res, quarum eventus timentur.«

Et in eum dici proverbium contendit, qui periculum subit, ut rem assequatur, quarum eventus timetur.

٢٩ أَنَّ سِوَادَهَا قَوَّمَ لِي عِنَادَهَا

29. Clanculum cum ea habitus sermo ejus repugnantiam rectificavit.

Verbis sensus est hic: Clanculum cum ea (femina) habito sermone repugnantiam vici. In eum dicitur, qui a re non recedit, donec desiderium suum impleverit. Scharaf-Aldin. Conf. Schult. prov. p. 298.

٣٠ أَنَّ ٱلْهَوَانَ لِلَّئِيمِ مَرَامَةٌ

30. Contemtus (us) vili clementia est.

Proverbio metrum Redjes inest. Quod si vilem honore afficis, te parvi habebit, sin vero eum contemnis, idem erit, ac si honore eum affeceris. Sic cecinit poeta Motenabbius

إذا أنت أكرمت الكريم ملكته وإن أنت أكرمت اللئيم تمردا

ووضع الندى في موضع السيف بالعلى مضر كوضع السيف في موضع الندا

»Quando generosum honore afficis, cum in potestatem redigis; sed si vilem honore afficis, insolens fit; ponere autem liberalitatem (beneficia) loco gladii cum celsitudine, noxium est, ut ponere gladium loco liberalitatis.«

Metrum versuum Arabibus Thawil appellatur conf. Darstellung &c. p. 162. Scharaf-Aldinus dixit, proverbium docere, utilem nobis esse vilem, si eum contemnimus. Schultensius ex codice Lugdun. proverbium sic adtulit ان مرامة الهوان للئيم كرامة »Satis honoratur ignarus, si contemnere cum studeas.« Sed caeteri omnes in nostro legendi modo consentiunt.

٣١ إنّ بنيّ صبيّة صبيفيون أفلح من كان له ربعيون

31. Filii mei sunt pueri autumno aetatis meae nati, beatus ille, qui filios vere aetatis natos habet.

Proverbio utuntur ad poenitentiam, quam de re, quae hominem fugit, agunt, significandam. Camelorum pulli, qui primo veris tempore ante caeteros nati sunt, ربعية (verni) appellantur; qui aestate omnium ultimi, صبيفية (aestivi) nomen habent, ut a camelis in homines translatus videatur loquendi modus. In viro autem, qui primus haec verba dixisse fertur, non consentiunt. Alii Sahdum ben-Malic ben-Dhobaiah, quum seni ipsi natus esset filius, conspicientem fratrum suorum filios, alii Moahwijjahum ben-Koschair nominant, qui in Arabiam felicem cum filiis incursionem hostilem faciens, omnes aetate provectos pugna amiserat. Qui relicti erant parvuli. Frater eius Salamah-Alchair appellatus ad eum consolandum consortio filios suos misit. sed ille timens, ne oculo suo, vi enim nocente in oculis

praeditus erat, eos laederet, filios remisit, versus istos recitans. Narrant Solaimanum ben-Ahbd-Almalic apud mortem proverbium in suam conditionem applicasse, quos enim habebat filios ex ingenuis natos, parvuli erant, ad suscipiendum imperium minime apti, et filiis e servis natis succedendi locum non solebant concedere. Quoties igitur filios suos conspiciebat, toties proverbium repetere solebat. Adscribuntur eidem versus sequentes

أَنَّ بَنِيَّ صِبْيَةٌ صِغَارُ أَفْلَحَ مَنْ كان له كِبَارُ

أَنَّ بَنِيَّ صِبْيَةٌ أَطْفَالُ طُوبَى لِمَنْ كان له رِجَالُ

»Filii mei pueri parvi sunt, prosper est, cui magni sunt; filii mei sunt infantes, beatus ille, cui viri sunt.«

Metrum est Sarih appellatum. conf. libr. m. p. 246. conf. Scharaf-Aldinum. Erat quoque inter Omajjadas recepta opinio, regnum ad aliam gentem transiturum esse, si servæ filio traditum esset. Quapropter poeta eorum cecinit

أَلَمْ تَرَ لِلْخِلَافَةِ كَيْفَ ضَاعَتْ بِأَنْ جُعِلَتْ لِأَبْنَاءِ الإِمَاءِ

»Nonne vidisti, quomodo perierit Chalifatus (regnum successoris Mohammedis) eo quod filiis servarum traditus esset.« Metrum huius versus Wafir appellatum est.

Proverbium duos versus continet, quorum metrum سريع est. conf. libr.meum p. 246.

٣٢ أَنَّ العَصَا مِنَ العُصَيَّةِ

32. Fustis ex magno fuste (ortus est).

Alazmäihus sic proverbium retulit; sed Abu-Ohbaidus ان العصية من العصا legendum esse putat, sensum esse dicens; »Magna res initio parva est«, quemadmodum dicunt انما القرم من الافيل »Camelus admissarius ex camelo anniculo« conf. prov. 78. Alafahus Djorhomita proverbii auctor habetur. Venerant enim ad eum consulendum de hæ-

reditate post patris obitum adeunda quatuor Nesarii filii: Modharus, Ijadus, Rabiahus et Anmarus, quorum eximiam in rebus diiudicandis prudentiam admirans haec protulit verba, ان العصا من العصية وان خشينا من اخشن ومساعدة للخاطل تعد من الباطل »Utique fustis ex fuste magno et Choschainus ex Achschano[1]) est et auxilium stupido praestatum pro vano habetur«, quae in proverbiorum consuetudinem venerunt. Pratri eos simillimos esse prudentia, significare voluit. In Djeuharii opere proverbium his verbis explicatum est بعض الامور من بعض »Pars rerum ex parte.« Vox العصية deminutivi forma est, quae hoc in loco amplificandae significationi inservit, ut non parvum sed magnum baculum designet. Sunt autem, qui العصا equi nomen esse, العصية appellatam matrem habentis, contendant, ut equus hic generositatis indole matrem referre dicatur. conf. Schult. prov. Meid. p. 301.

٣٣ أَنَّ ٱلْكَذُوبَ قَدْ يَصْدُقُ

33. Mendax iam verax est.

Accidit, ut qui prave agendi rationi deditus sit, interdum bene agat. conf. Scharaf-Aldinum, Samachschar. et Schult. prov. Meid. p. 308.

٣٤ أَنَّ تَحْتَ طَرِيقَتِكَ لَعِنْدَاوَةً

34. Sub lenitate tua est profecto asperitas.

Quamquam nunc obediens es, postea tamen difficilis eris. Kamusi auctor paulo aliter sensum explicavit: Lenitati et silentio eius subest fraus. Et sic fere Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. Meid. p. 308.

---

1) Choschain et Achschan montium nomina sunt, quorum unus altero maior est.

٣٥ اِنَّ ٱلْبَلَاءَ مُوَكَّلٌ بِٱلْمَنْطِقِ

35. Calamitati commissus est sermo.

Narrant Abu-Becrum, qui genealogiae Arabum valde gnarus esset, a Mohammede, caeteras Arabum gentes adire a Deo iusso, ad gentem, quae ad tribum Rabiah pertineret, praemissum esse. Ibi cum quodam viro sermonem faciens interrogando eo rem deduxit, ut istam gentem ad minus celebrem tribus partem pertinere probaret. Quapropter vindictae cupidus adolescens, Daghfal appellatus, cum Abu-Becro sermonem inivit, et simili ratione interrogans eo rem perduxit, ut Abu-Becro, si recedens ad suos sermonem non abrupisset, Mohammedem ad infimam tribus Koraisch plebem referri, necessario concedendum fuisset. Ahlius autem, Abu-Becrum in quendam Arabum versutissimum incidisse dixit. Hic rem affirmans respondit اجل ان لكل طامة طامة وان البلاء موكل بالمنطق »Certe! Omni rei praevalenti est altera res praevalens; infortunio sermo commissus fuit.« i. e. Nulla res est tam valida, quin ab altera vincatur, infortunium autem ex sermone prodit, ita ut infortunium sermonis vicarius videatur. Ahlius dixit بلاء الانسان من اللسان »Hominis infortunium a lingua oritur.« Conf. cl. Fleischeri Alis hund. Sprüche p. 65.

٣٦ اِنَّمَا سُمِّيتَ هَانِيًا لِتَهْنِئَ

36. Tu appellatus es donator, ut ona des.

Grammaticus Alcesäi لِتَهْنَأَ »ut alas;« Alamawi لِتَهْنِئَ »ut bene proficias« legendum esse dixit. Monet proverbium hominem, ut se dignum bono nomine gerat et munificus sit. conf. Scharaf-Aldin.

٣٧ اِنَّهُ لَنِقَابٌ

37. Ille velum est.

Res graves, difficiles, occultas noscit, perquam gnarus est, quemadmodum velum mulieris faciem aliis tectam adspicere videtur. Cecinit Ausus ben- Hadjar

جَوَادٌ كَرِيمٌ أَخُو مَاقِطٍ نِقَابٌ يُحَدِّثُ بِالْغَايِبِ

»Generosus, nobilis, frater fortis, velum, quod occulta narrat.«

Metrum versus Motakarib appellatum est. conf. libr. meum de metris p. 281. Apud Scharaf-Aldinum duo prima versus verba sunt نجيح مليح Prosper, pulcher.

٣٨ اِنَّهُ لَعِضٌ

38. Is profecto est Ihd.

Duo erant adolescentes Said filius Caisi Namirita et Dhagfal Dsohlita (conf. prov. 35), qui genealogiae admodum gnari et versati in historiis parum notis, العض (Ihd) cognomen gerebant, quapropter vir prudentia et ingenii acumine praeditus hoc cognomine appellari potest.

٣٩ اِنَّهُ لَوَاهًا مِنَ الرِّجَالِ

39. Ille est Waha (Euge!) inter viros.

Tanta eius est virtus, ut viri admiratione magna ducti voce واها Euge! in eo utantur. Ista vox cum nunnatione et sine ea (wahan et waha) in proverbio legitur. Homini vili dicere solent انه لغير واها »Ille non est Waha« (Euge!)

٤٠ اِنَّمَا خَدَّشَ الْخُدُوشَ أَنُوشٍ

40. Enoschus (Enochus) is est, qui vestigia fecit.

Enocho Sethi filio scribendi artem Arabes tribuunt. De rebus antiquo tempore factis verba ista proferunt. Scharaf-Aldinus, qui ابونا انوش »pater noster Enoschus« scripsit, adhiberi proverbium in hominem dixit. qui primus omnium rem aggressus esset.

٤١ انّ العَوَانَ لا تُعَلَّمُ لِخُمْرَةٍ

41. Mulieri viro nuptae non opus est discere, quomodo caput tegat.

De viro experientia edocto proverbium adhibent.

٤٢ انّ النِّسَاءَ لَحْمٌ عَلَى وَضَمٍ

42. Mulieres sunt caro super ligno.

Vocabulum وضم omnem rem, sive storea sive lignum sit, in qua carnes ponuntur, ne pulvere contaminentur, significat. Ut caro super ligno vel storea disposita et usui destinata conspurcat et despicitur, sic mulierum ratio est. Proverbii originem ab Ohmari verbis petunt لا يخلون رجل بمغنية ان النساء لحم على وضم »Ne in secreto loco cum cantatrice vir sit. mulieres sunt caro super ligno.« conf. Reisk. misc. med. p. 12.

٤٣ انّ البَيْعَ مُرْتَخَصٌ وَغَالٍ

43. Venditio est parvi pretii et magni pretii.

Kaisus ben Sohair Alahbsita, quum, Sohairo ben-Djadsimah a Chaledo ben-Djafar occiso, contra gentem Banu-Ahmir bellum pararet eaque de causa Medinam venisset, ad Ohaihahum ben-Aldjuhah Ausitam Medinae principem, sibi amicitiae vinculo obstrictum, pervenit rogans, ut loricam sibi aut venderet aut dono daret. Tum ille, ut neque amico rem omnino recusaret, neque apud gentem Ahmir, quorum unus Chaledus ben-Djafar versibus principem laudaverat, eo, ut dono loricam daret, offenderet, vendendam parvo pretio cameli bimi loricam amico obtulit, haec addens verba, quae postea in proverbium venerunt.

٤٤ الاّ حَظِيَّةٌ فَلَا البَيْعَةُ

44. Si uxor marito dilecta non sum, tamen officio non deero.

Proverbio hoc, cui metrum Redjes est, blanditiae, ut voti compotes apud homines fiamus, vehementer commendatae sunt. conf. Scharaf-Aldin. Mulier quaedam, quae marito minime placeret, quum hac de re apud amicos questa esset, hoc accepit consilium ان اخطاتك لحظوة فلا تـال ان تتـودّدى اليه «Si mariti gratiam tibi parare non potes, amorem ei monstrare ne desinas.« Vocabulum اليهٔ a radice الو derivandum, etsi forma فعيـلة sit, tamen formae فاعـلـة significationem habet. Casus accusativi in omisso verbo كان causam habet, ut sic suppleatur الا اكن حـظية فـلا اكن اليهٔ; sed etiam casus nominativi ferri potest, ut sic explicetur ان لا توجد حظية عندك فانا لا اليهٔ.

٤٥ أَمَامَهَا تَلْقَى أَمَةٌ عَمَلَهَا

45. Coram ipsa obviam venit servae opus peragendum.

Ubicunque serva versatur, ibi opus invenit.

٤٦ انَّهُ لَأَخْبَلُ مِن مُذَالَةٍ

46 Superbior quam serva est.

In superbum, qui simul despectus est, dicitur. Vocabulum مذالة proprie despecta est, et inde serva. vide Kamus. sub ذيل.

٤٧ إِنِّي لَآكُلُ ٱلرَّاسَ وَأَنَا أَعْلَمُ مَا فِيهِ

47. Caput profecto edo, quamquam scio, quod in eo est.

De re adhibetur, quam homo haud nescius, quid ingrati insit, aggreditur. Scharaf-Aldinus dixit, de re dici, quam homo perfecte noscens aggrediatur.

٤٨ إِذَا جَاءَ لِلْحَيْنِ حَارَتِ الْعَيْنُ

48. Quando mors venit, oculus obstupescit.

Et legitur غطى العين tegit oculum (Scharaf-Aldin.) Dixit Abu-Ohbaidus, simile effatum de Ebn-Ahbbaso referri. Nedjdahus Harurita vel Nafiahus Alasrak cognominatus cum ita allocutus erat: Quum tu dixeris upupam infixo terrae rostro scire, quantum aqua distet, quomodo fit igitur, ut crinem laquei non videat. »Ebn-Ahbbasus respondit هذا اذا جاء القدر غشى البصر »Hoc, quum fati dies venit, oculi tecti sunt.« Proverbii sensus est: Mors, si moriendi tempus adest, nullo modo evitari potest. Plura ab Arabibus huic similia afferuntur dicta. Conf. cl. Fleischeri Alis hundert Sprüche. p. 49 et 89.

٤٩ إِنَّهُ لَشَدِيدُ حُفْنِ الْعَيْنِ

49. Robustas habet oculorum palpebras.

Vigilias perferre potest.

٥٠ أَنْفٌ فِي السَّمَاءِ وَاسْتٌ فِي الْمَاءِ

50. Nasus in coelo et anus in aqua.

Superbus est et simul impotens. Cecinit Alnabeghahus Djahdita

بِالْأَرْضِ اسْتَاهُهُمْ عَجْزًا وَأَنْفُهُمْ عِنْدَ الْكَوَاكِبِ بَغْيًا يَا لِذَا عَجَبَا

»In terra eorum podices sunt ob debilitatem et nasi eorum apud sidera ob insolentiam, o rem miram!«

Scharaf-Aldin. Samachscharius habet وسهم فى السماء conf. Harir. pag. ٥٥٦, ٥٦٣.

٥١ أَنْفُكَ مِنْكَ وَإِنْ كَانَ أَدَنَّ

51. Nasus tuus pars tui est, quamvis multo muco laboret.

Simili modo dictum est انفك منك وان كان اجدع »Nasus tuus pars tui est, quamquam mutilatus est.« Conf. X, 47. XXVIII, 71.

٥٢ اَنَّهُ لَخَفِيفُ ٱلشَّفَةِ

52. Tenue ille labium habet.

Parum petit ab hominibus, quum pudicus sit.

٥٣ اِذَا اُرْجِعَنَّ شَاصِبًا فَارْفَعْ يَدَا

53. Quando prostratus in terra pedem tollit, manum ab eo tolle.

Proverbii metrum Redjes est. conf. libr. m. p. 230 sq. Quod si homo tibi infestus se submisit, eo abstineas. Triplex est in proverbio legendo modus ارجعن aut اجرعن (litteris transpositis) aut ارجحن.

٥٤ اِنَّ ٱلذَّلِيلَ ٱلَّذِى لَيْسَتْ لَهُ عَضُدُ

54. Vilis is est, cui brachium non est.

Proverbii metrum Basith est. conf. l. m. p. 189. Brachium hoc loco adiutores significat. Similis autem est loquendi modus غث فى عضد »Adjutor cum deseruit.« Cecinit Altsakefita

مَنْ كَانَ ذَا عَضُدٍ يُدْرِكْ ظَلَامَتَهُ اِنَّ ٱلذَّلِيلَ ٱلذى لَيْسَتْ لَهُ عَضُدُ

»Cui adiutores sunt, is iniustitiam suam assequitur, utique vilis est, cui non est brachium (adiutores). Scharaf-Aldin. Samachschar.

٥٥ اِنْ كُنْتَ بِى تَشُدُّ اِزْرَكَ فَارْحِلْ

55. Quod si cingulum tuum per me firmiter ligabas, laxa id.

Si in re tibi necessaria in me fiduciam posueris, spes te fallet.

٥٦ إِنْ يَدْمَ أَظْلُكَ فَقَدْ نَقِبَ خُفِّي

56. Si interior pars pedis tui sanguinem emittit, ungula mea vulnerata est.

Pari ac tu calamitate afflictus opem tibi ferre non possum.

٥٧ أَتَتْكَ حَتْفٌ بِحَابِسٍ رِجْلَاهُ

57. Infelicem pedes ad te adduxerunt.

In virum dicitur in calamitatem irruentem. Alharitsum ben-Djebellah Ghasanitam Alharitso ben-Alahjjef Ahbditae verba haec dixisse narrant, quum hic captivus ad eum adduceretur. Vicerat enim et occiderat proelio ad Aihu-Obah Ghasanita Almondsirum ben-Maï-ssema. (conf. Eichh. Ibn Cotaib. p. 196.) quocum ille Ahbdita socius in bellum profectus erat. Ahbdita autem ante aliquot tempus Ghasanitam satyra perstrinxerat, qua de causa iratus hic, illi adducto verbis, quibus se ipsum alloquitur, poenam praedicit. Sunt autem, qui Ohbaidum ben-Alabraz Ahnohmano regi verba haec dixisse velint, quippe quum die Alnohmano infausto accessisset, quo die et nescienti, qui dies esset, mors inferretur. conf. C. II, 127.

٥٨ إِيَّاكَ وَأَهْلَبَ الْعَضْرَطِ

58. Cave hirsutum in natibus.

Scharaf-Aldinus et Samachscharius proverbium sic adnotaverunt إياك وكل قرن اهلب العضرط »Cave omnem adversarium in natibus hirsutum.« Haec mirifice respondent

illis, quae apud Graecos de Hercule Melampygo et Cercopibus narrantur. Hamak. Ista verba mater filio, qui invictum se fore gloriaretur, dixisse fertur. Accidit vero postea, ut iuvenis talem haberet victorem. Proverbio nimium virtuti suae confidenti cautio commendatur. Conf. Scharaf-Aldin.

٥٩ أَنْتَ كَالْمِصْطَادِ بِاسْتِهِ

59. Tu similis ei es, qui podice suo venatur.

Rem quaeris tanquam remotam, quae in propinquo est. Codex Lugd. habet انت كالمصطاد لنفسه باسته »Tu es ut venans animae suae (sibi) podice suo.«

٦٠ أَنَا ابْنُ جَدَّتِهَا

60. Ego filius commorationis in ea (terra) sum.

De viro viarum optime gnaro in omnem, qui rem bene noscit, translatum est; nam qui in terra commoratur, eam optime noscit. Aliis hoc in proverbio vocabulum جدة terrae significationem habet; filius autem terrae is est, qui e terra natus eam optime noscit.

Cecinit Caahbus ben-Sohair

فيها ابن جدتها يكاد يذيبه وقد النهار اذا استنار الصيخد

»In eo (deserto) est filius terrae suae (locusta), quem ignis diei paene liquefacit, quando Sol lucet.«

Corrigendum est lexicon meum, ubi ex falsa Meidanii lectione نجد pro بجد et نجدة pro بجدة scriptum est. Sunt denique, qui voci جدة scientiae significationem tribuant. conf. Kam. Simili ratione هو ابن مدينتها »Is filius oppidi eius (terrae) est« dicitur.

٦١ إِلَى أُمِّهِ يَلْهَفُ اللَّهَفَانُ

61. Ad matrem suum se convertens moestus ingemit.

Ad metrum Motakarib referri potest. conf. l. m. p. 281. Proverbialis locutio est, qua, ut in calamitate a familia et gente auxilium petatur, hortantur. Cecinit Alkathami

واذا يُصيبك والحَوادثُ جَمَّةٌ حَدَتْ حَذاكَ الى أَخيك الأَوثَقِ

»Quum te afficit, dum calamitates multae sunt, fortunae casus, te compellit ad fratrem tuum fiducia maxime dignum« conf. Libri proverbiorum Abi Obaid Elqasimi lectiones duae ed. Bertheau. Gött. 1836. p. 8 text. et 12 vers.

٦٢ أُمٌّ فَرَشَتْ فَأَنَامَتْ

62. Mater lectum stravit et tum sopivit.

De amore viri in amicum adhibetur. Simili modo Koradus ben-Ghawijjah cecinit

وكنتُ لَه عَمًّا لَطيفا ووالدا

وَوفَّا وأُمًّا مَهَّدَتْ فَأَنَامَتِ

»Fui ei (viro) patruelis benignus, filius pius et mater, quae lectum stravit et tum sopivit.«

Vide Bertheau l. c. p. 4. text., ubi falsa proverbii lectio فانامت est. Vertit p. 6. »Mater quum pareret, geminos procreavit.«

٦٣ إِذَا عَزَّ أَخُوكَ فَهُنْ

63. Quando frater tuus durus est, tu lenis sis!

Proverbium Hodseilo ben-Hobairah Tsahlebitae adscribitur. Eum cum suis in fines gentis Banu-Dhabbah incursionem fecisse narrant. Inde quum praeda onustus rediret, et ut praedam inter suos distribueret, rogaretur, primum timens, ne persecutores distribuendo occupatos subito op-

primerent, renuit; tandem instantium precibus cessit illis verbis utens. Proverbio autem lenitas et benignitas erga amicos praecipitur. Citatur sensum eundem referens versus Ebn-Alahmari

دَبَبْتُ لَهُ الضَّرَاءَ وقلت ابقَى اذا عَزَّ ابن عمك أَنْ تهونَا

»Incessi ei inter arbores perplexas et dixi. Magis conservat (amorem), quod, si honoratus patruelis tuus est, tu vilis sis.«

Observandum est, varias esse versus lectiones in codicibus. Metrum est Wafir appellatum c. l. m. p. 204.

٦٤ أَخَاكَ أَخَاكَ

64. Fratrem tuum, fratrem tuum (honora)!

Verborum sensus versibus sequentibus, quos Miscin. Aldaremi composuit, optime intelligitur

أَخَاكَ أَخَاكَ إِنَّ مَنْ لَا أَخَا لَهُ

كَسَاعٍ إِلَى الْهَيْجَا بِغَيْرِ سِلَاحِ

وَإِنَّ ابْنَ عَمِّ الْمَرْءِ فَاعْلَمْ جَنَاحُهُ

وَهَلْ يَنْهَضُ الْبَازِي بِغَيْرِ جَنَاحِ

»Fratrem tuum, fratrem tuum honora, nam cui frater non est, is in desertum sine armis proficiscenti similis est. Patruelem scias, viri esse alam, et num accipiter sine ala se tollere potest.«

In codicibus Lugdunensibus et in libro meo Fakihat Alcholafa inscripto p. 40 et 41 loco vocis البيدا legitur الهيجا campus proelii, quod non minus quadrat et sic in Bertheaui p. 8 text. Subintelligendum autem est verbum اكرم »honora« vel الزم »omnino deditus sis!«, quae accusativi vocis اخاك causa est. Conf. Schult. prov. Meid. p. 245.

٦٥ أَيُّ ٱلرِّجَالِ ٱلْمُهَذَّبُ

65. Quisnam virorum probus (est)?

Verba primum protulisse dicitur Alnabeghahus in hoc versu

وَلَسْتُ بِمُسْتَبْقٍ أَخًا لَا تَلُمُّهُ
عَلَى شَعَثٍ أَيُّ ٱلرِّجَالِ ٱلْمُهَذَّبُ

»Non sum is, qui fratrem, quem tu non adiuvas, relinquat negotio difficili occupatum. Quis est igitur vir probus? conf. XXII, 106.

٦٦ أَنَا عُذْلَةٌ وَأَخِي خُذَلَةٌ وَكِلَانَا لَيْسَ بِٱبْنِ أَمَةٍ

66. Ego multum alios reprehendo, et frater meus alios saepe deserit, et neuter nostrum filius servae est.

In eum dicitur proverbium, qui te deserit, et quem tu vituperas. Meid. De consensu pauco adhibetur. Scharaf-Aldin.

٦٧ إِنَّهُ لَحَثِيثُ ٱلتَّوَالِي

67. Is celeres habet partes posteriores.

Vocabulo تَوالٍ »partes posteriores cuiuslibet rei et equi cauda et pedes posteriores« significantur. De viro, qui studio et celeritate in opere utitur, adhibetur. Dicitur quoque انه لسريع التوالى eadem significatione.

٦٨ أَخُوكَ مَنْ صَدَقَكَ

68. Frater tuus est, qui verax et sincerus in te est.

Qui consilium sincerum tibi dat teque monet, eum tibi

amicissimum habeas. Veracitatem in verbis et sinceritatem in amicitia proverbium significare potest. In quadam traditione Mohammedis sunt verba الرجل مرآة اخيه »Vir est speculum fratris sui«, ut, quae in eo vitia videat, ei omnia indicet. conf. Bertheau in libro cit. p. 12.

٦٩ إِنْ تَسْلَمِ ٱلْجِلَّةُ فَٱلنِّيبُ هَدَرْ

69. Quod si magni cameli incolumes sunt, annosae camelae sine dolore pereunt (facilis est annosarum iactura).

Tempore, quo res nobis utiles bono statu sunt, res parum aut omnino non utiles a nobis contemnuntur. Proverbium autem est versus metri Redjes appellati. conf. libr. meum p. 230 sq.

٧٠ إِذَا تَرَضَّيْتَ أَخَاكَ فَلَا أَخَا لَكَ

70. Quum studio et molestia fratrem tuum contentum reddere debes, fratre omnino cares.

Quod si viri gratiam nonnisi molestia et studio adhibito conciliare potes, eum tibi amicum ne putes esse.

٧١ إِنَّ أَخَاكَ لَيُسَرُّ بِأَنْ يَعْتَقِلَ

71. Frater tuus profecto hilari animo caedis pretium sumet.

In vituperando mendacio adhibetur. Viro, cui ob caedem alteri illatam vindicta sumenda erat, caedis pretium, ut res componeretur, obtulerant. Quod quum se sumturum esse negasset, alter quidam, cui res narrabatur, ista verba dixit, negans, illum veram animi sententiam dixisse.

٧٢ أَصُوصٌ عَلَيْهَا صُوصٌ

72. Pinguis annicula (camela), super qua vilis vir est.

Loquendi modo utuntur, quum e stirpe nobili vilis prodiit ramus. Vocabulum صوص et unum et plures designat. dixit poeta

فَأَلْفَيْتُكُمْ صُوصًا لُصُوصًا إِذَا دَجَا

الظَّلَامُ وَهَيَّابِينَ عِنْدَ الْبَوَارِقِ

»Inveni vos viles, fures, quando nox tenebrosa est, et timentes, quum fulmina coruscant.«

Proverbio lusus verborum inest.

٧٣ أَخَذَتِ الْإِبِلُ رِمَاحَهَا

73. Sumserunt cameli lanceas suas.

Admodum pingues et pulchri cameli sunt, ut eam ob causam dominus eos mactare omittat. Cameli autem statu suo quasi armis se defendere dicuntur. Loco vocis رماحها lanceas suas, legitur اسلحتها arma sua. Conf. Schult. prov. Meid. p. 262. Scharaf-Aldinus et Samachscharius sic adnotaverunt proverbium اخذت اسلحتها وتترست بترستها »Sumserunt arma sua et clypeis suis se texerunt.«

Cecinit Laila Alachjalijjah (femina)

ولا تَأْخُذُ الْبُزْلُ الصَّفَايَا سِلَاحَهَا لِتَوْبَةَ فِي تَحْسِ الشِّتَاءِ الصَّنَابِرِ

»Et non sumunt camelae magnae, lacte abundantes, arma sua Taubaho in infelicitate hiemis frigidissimi.«

٧٤ إِنَّهُ يَحْمِي الْحَقِيقَةَ وَيَنْسِلُ الْوَدِيقَةَ وَيَسُوقُ الْوَسِيقَةَ

74. Defendit quod ei tuendum est, celeriter incedit flagrante aestu, propellit leniter agmen camelorum hostibus ereptum.

Iustitia, patientia in summis molestiis ferendis, fortitudo animi his verbis, quae in proverbium venerunt, laudantur. Sic cecinit Hodsailita Abu-l'Motsalemus Zachrum deplorans,

حَـامِى لِحَقِيقَة نَسَّـال الوَدِيقَة

مِعْنَاق الوَسِيقَة لا نَكْسٌ وَلا وَكَلْ

»Ius defendens, celeriter incedens summo aestu, celeriter propellens camelos hostibus ereptos, non debilis et non impotens.«

٧٥ إِنْ ضَجَّ فَزِدْهُ وِقْرًا

75. Si multum mugit, auge eius onus.

Hoc autem proverbium a Scharaf-Aldino et Samachmachschario sic adnotatum est »Si mugit annosus camelus, auge eius onus:« Primum de camelis dictum, tum in homines translatum est. Proverbio significare volunt, hominem, qui rem sibi mandatam perficere recuset, maiore et difficiliore re imposita, ut voluntati nostrae satisfaciat, cogendum esse. Sic avarum precibus urgendum esse. Eadem ratione dicitur زِيـادَة الابرام تدنيـك من المرام »Eo, ut molestiam alteri augeas, propius ad rem a te desideratam accedes.«

٧٦ إِنْ أَعْيَا فَزِدْهُ نَوْطًا

76. Si lassescit, inter duos eius sarcinas adde sarcinulam.

Fatigatum iumentum, eo. ut onus augeatur, ad celeriorem gressum impelli potest. Proverbio utuntur de precibus, quibus avarus, quamvis moleste fert, aditur. Scharaf-Aldin.

٧٧ إِنَّمَا يُجْزَى الْفَتَى لَيْسَ الْجَمَلْ

77. Remuneratur vir, non camelus.

Nonnisi ab eo, in quo virtus humana est, remunerationem exspectare possumus. Altera lectio est الفتى يجزيك الجمل ٪ i. e. »vir prudens, non stultus te remuneratur.«

Proverbium, hemistichium metri Raml, ex versibus Lebidi desumtum est

اِنَّ تَقْوٰى رَبِّنَا خَيْرُ نَفَلْ وَبِاِذْنِ اللّٰهِ رَيْثِى وَاِلْعَجَلْ

أَعْمِلِى اَلْعِيسَ عَلَى عِلَّاتِهَا اِنَّمَا يُنْجِحُ أَصْحَابُ اَلْعَمَلْ

فَاعْقِلِى اِنْ كُنْتِ لَمَّا تَعْقِلِى وَلَقَدْ أَفْلَحَ مَنْ كَانَ عَقَلْ

وَاِذَا جُوزِيتِ خَيْرًا فَاجْزِهِ اِنَّمَا يَجْزِى اَلْفَتَى لَيْسَ اَلْجَمَلْ

»Timor domini nostri optimum donum est, et cum Dei venia cunctatio mea et festinatio. Adhibe camelos albos (i. e. robustos) quocunque statu; nonnisi operis gnari id perficiunt. Prudentiam adhibe, si prudens non eras, nam certe is, qui prudentia usus erat, desiderio potitus est. Et tibi bonum intulerunt, pensa id; remuneratur vir non camelus.« De metro conf. libr. meum. Darstellung der Arab. Verskunst etc. p. 237.

Ad illustrandum proverbium observare licet, Arabes stupidum cum camelo conferre, ignoranti enim et stupido contumeliae causa dicunt: o Camele! conf. Scharaf-Aldinum.

٧٨ اِنَّمَا اَلْفَرْمُ مِنَ اَلْأَفِيلِ

78. Camelus admissarius ex iuvenco anniculo (provenit).

De re dicitur, quae ex parva magna evasit. conf. prov. 32. Scharaf-Aldinus habet ان القرم.

٧٩ اِذَا زَحَفَ اَلْبَعِيرُ أَعْيَتْهُ أُذُنَاهُ

79. Quum lassus camelus ungulam humi trahit, aures eum fatigant.

In eum dici vult Chalilus, qui onus grave, ipsi impositum ferre non possit.

٨٠ إِحْدَى نَوَادِهِ ٱلْبَكْرِ

80. Est una earum, quae camelum iuvenem abigunt voce.

De muliere audace et impudente et viro tumultuante dicitur. Abu-Ahmruus habet احدى نواده المنكر »Est una earum, quae angelum Almoncar in sepulchro mortuos examinaturum voce abigunt.« Conf. Schult. prov. Meid. p. 164.

٨١ إِنَّمَا أُكِلْتُ يَوْمَ أُكِلَ ٱلثَّوْرُ ٱلْأَبْيَضُ

81. Et ego voratus sum die, quo taurus albus voratus est.

Ohtsmano occiso hanc parabolam Ahlius Chalifa instituit. Se et Ohtsmanum similes esse tribus tauris una cum leone in saltu degentibus, albo, rubro et nigro. Leo contra tres illos coniunctos nihil audens astutia usus est, duos, rubrum et nigrum ita alloquens: In saltu occulti nos sumus, verendum autem est, ne albi tauri color nos praetereuntibus indicet, quapropter, ut eum vorem, permittite. Illi quum adnuissent, factum est, ut duo non amplius leoni resistere valerent. Mortuo autem Ohtsmano, sic Ahlius pergit, et suam ipsius potentiam fractam esse. De viro utuntur proverbio, cuius opes et potentia amici morte deminutae sunt. Scharaf-Aldin.

٨٢ إِنْ ذَهَبَ عَيْرٌ فَعَيْرٌ فِي ٱلرِّبَاطِ

82. Etsi unus onager evasit, onager tamen alter in laqueo est.

Quae verba, primum venatori solatii causa dicta, postea in aliis adhibita sunt, quos una fefellit res, dum altera aderat,

ex quo solatium caperent. Proverbium hoc nulli nisi Syriae incolis usitatum esse, Abu-Ohbaidus retulit. conf. Bertheau p. 19. text. Ar.

٨٣ إِنَّمَا فُلَانٌ عَنْزٌ عَزُوزٌ لَهَا دَرٌّ جَمٌّ

83. Quidam capra est, quae angusta papillarum foramina habet, et cui est multus lactis fluxus.

Avarum divitem designat proverbium.

٨٤ إِنَّمَا هُوَ كَبَارِحِ الْأَرْوَى قَلِيلًا مَا يُرَى

84. Hoc simile est prodeunti capro montano, qui rarissime conspicitur.

Beneficium significat viri, qui rarissime in alios beneficia confert. Conf. prov. 340.

٨٥ أَوَّلُ الصَّيْدِ فَرَعٌ

85. Prima praeda est primus camelae pullus, qui Diis mactatur.

Arabes primum camelae pullum pulchre ornatum et vestitum Diis mactare solebant. Proverbio in omni re bona, quae primum apparet, sive in satis sive in pecoribus sit, utuntur. Alio autem modo proverbium legitur اول الصيد فرعه »Haec est prima praeda, quam Diis mactavit.« Tum in viro dicunt, qui primum edidit factum praeclarum.

٨٦ أَخَذَهُ أَخْذَ سَبْعَةٍ

86. Cepit illud modo, quo septem capiunt.

De modo intelligendi vocem سبعة interpretes non consentiunt. Alii, quemadmodum verti, septem homines alii, leaenam سبعة, alii virum quendam Sabaah ben-Auf

ben-Selaman ben-Tsoal ben-Ahmru ben-Alghauts, qui pœna severa a rege quodam punitus erat, ut in proverbium veniret, intellexerunt. Tum vertendum est, quemadmodum Schultensius fecit: »Punivit eum uti punitus est Sabaah.« De viro dicitur, qui vehementer punit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 206.

٨٧ إِنَّمَا أَنْتَ خِلَافَ ٱلضَّبُعِ ٱلرَّاكِبَ

87. Tu hominibus adversaris modo, quo hyaena equiti adversatur.

Hyaena equitem conspiciens in contrarium latus aufugit, dum lupus e contrario aequali modo currit. Hoc igitur proverbium in eum dicunt, qui hominibus in eo, quod faciunt, contrarius est, nulla parte consentiens. Observandum autem est, voci خلاف accusativi casum esse ob verbum تخالف adversaris omissum.

٨٨ إِذَا نَامَ ظَالِعُ ٱلْكِلَابِ

88. Quando dormit claudicans ex canibus.

Claudicans canis, initus appetens, caeteros, qui canem feminam persequuntur, cursu sequi non potest. Serius igitur advenit et tum, donec caeteri libidini satisfecerint, dormire solet. Quapropter verbis his in homine utuntur, qui rem sibi necessariam differt. Alhothaiahas proverbium in versum introduxit:

أَلَا طَرَقَتْنَا بَعْدَ ما نَامَ ظَالِعُ ٱلْكِلَابِ وَأَخْبَا نَارُ كُلِّ مُوقِدِ

»Nonne ad nos noctu venit, postquam claudicans e canibus dormiverat et quilibet accendens ignem suum exstinxerat.« Conf. Scharaf-Aldinum, qui initio versus habet تسديتنا من Secutus es nos et sic Samachscharius.

٨٩ إِنَّمَا هُوَ ذَنَبُ ٱلثَّعْلَبِ

89. Is cauda vulpis est.

Venatores vulpis astutiam in cauda positam esse putant, ut dicatur اروغ من ذنب الثعلب »Astutior quam cauda vulpis;« quam ob rem proverbio illo homo astutissimus designatur. Scharaf-Aldin.

٩٠ إذا أعترضت كاعتراض الهرة
أوشكت أن تسقط فى أغرة

90. Quod si (camela) alacris es modo felis, fieri potest, ut tempore vehementis caloris in terram decidas.

Vocabulum اعترض de camelo utuntur, qui ob nimiam alacritatem insedenti obsequens non est. اغرة est vehementia caloris. De homine proverbio utuntur, qui alacer est non cogitans, quid damni ex alacritate oriri possit. Sed auctor proverbii camelum alloqui videtur. Versus sunt metri Sarih appellati. conf. libr. meum p. 246.

٩١ وإن تك ضبًّا فإنّى حسله

91. Si lacerta es, ego lacertae foetus sum.

In eum, qui virum sibi parem et scientia et prudentia invenit, adhibetur. Scharaf-Aldin.

٩٢ أخذه أخذ الضبّ ولده

92. Cepit eum modo, quo lacerta foetum suum capit.

Vehementer cepit eumque occidit. Lacerta, sic enim tradunt Arabes, ova sua a reptilibus custodit. Foetus autem ex ovis prodeuntes reptilia esse putans, vehementer

arripit, ut maior pars pereat, nonnisi robustus eorum salvus evadat. Conf. Scharaf-Aldin. et Schult. in prov. Meid. p. 267.

٩٣ إِنَّهُ لَصِلٌّ أَصْلَالِ

93. Serpens flavus, perniciosus (vir ille) est.

Vocabulo صل serpentis species designatur, cuius morsu, immo, ut Arabes dicunt, adspectu homines confestim moriuntur. Hanc ob causam vir valde versutus et aliis perniciosus cum ea comparatur.

Cecinit Nabeghahns Dsobjanita

ما ذا رُزِئْنا به مِنْ حَيَّةٍ ذَكَرٍ نَضْنَاضَةٍ بِالمَنَايَا صِلِّ أَصْلَالِ

»Quanam calamitate afflicti sumus per eum, qui est serpens mas, linguam movens cum mortibus, flavus, perniciosus.« Metrum est Basith. Conf. Dj. s. صل et Scharaf-Aldin. et Samachschar.

٩٤ إِذَا أَخَذْتَ بِذَنَبِ الضَّبِّ أَغْضَبْتَهُ

94. Quum lacertae caudam arripis, iram eius provocas.

Alii بِرَأْسِ الضَّبِّ caput lacertae legunt. In eum, qui alterum ad rem ingratam confugere cogit, adhibetur Scharaf-Aldin.

٩٥ إِنَّهُ لَهُتْرٌ أُهْتُورٌ

95. Is est res mira e rebus miris.

Vir multum ingeniosus et versutus est, ita tamen, ut in malam partem accipiatur, res inanes et veritati contrarias producens.

٩٦ إِذَا سَمِعْتَ ٱلرَّجُلَ يَقُولُ فِيكَ مِنَ ٱلْخَيْرِ مَا لَيْسَ فِيكَ فَلَا تَأْمَنْ أَنْ يَقُولَ فِيكَ مِنَ ٱلشَّرِّ مَا لَيْسَ فِيكَ

96. Quum vir ob virtutem, qua praeditus non es, te laudat, verearis, ne ob vitium, quo liber es, te vituperet.

Verborum auctor Wahabus ben-Munabbih nominatur. Proverbio homo, qui in laudando modum excedit, vituperatur.

٩٧ إِذَا ٱتَّخَذْتُمْ عِنْدَ رَجُلٍ يَدًا فَٱنْسَوْهَا

97. Quum in virum beneficium contulistis, eius obliviscamini.

Verba haec sapiens quidam inter Arabes filiis suis dixisse fertur. Monet, ne beneficiorum mentionem faciant et versus in testimonium adhibet

افسدت بالمن ما اصلحت من نشر
ليس الكريم اذا اسدى بمنّان

»Corrupisti exprobratione famam, quam parasti: non est liberalis, quum dat cum exprobratione.«

Metrum est **Basith** appellatum. conf. libr. m. p. **190**.

٩٨ إِنَّهُ لَمُنْتَجِذُ

98. Dentibus genuinis et postremis in ore instructus est.

Ea aetate est, ut rerum experientia edoctus sit. Alter est legendi modus لَمُنَاجِذ. Hoc verbum a voce نَاجِذ lo-

tus, elatus derivant, ut propria significatio in loco alto, unde multae res conspiciuntur, positus esse videatur.

٩٩ أَكْلاً وَذَمّاً

99. Esus et vituperium.

In proverbio verba omissa sunt, ut sic intelligatur يوكل اكلا ويذم ذما »Cibum edendum accipit et vituperat.« De eo, qui virum ipsi benefacientem, vituperat. Scharaf-Aldin. Samachschar. Conf. C. XIII, 45.

١٠٠ إِنَّ ٱلنِّسَاءَ شَقَايِقُ ٱلأَقْوَامِ

100. Mulieres virorum partes resectae sunt.

Mulieres a viris ortum ducunt et ex iis quasi diffissae sunt, quapropter mulieres viris similes sunt in iuribus et officiis Meid. Sed in Scharaf-Aldini et Samachscharii opere aliter. De amore, quo viri mulieribus dediti sunt, adhiberi, dicunt.

١٠١ إِذَا أَدْبَرَ ٱلدَّهْرُ عَنْ قَوْمٍ كَفَى عَدُوَّهُمْ

101. Quando fortuna a gente recessit, hostis eius valet.

١٠٢ إِذَا قَطَعْنَا عَلَمًا بَدَا عَلَمْ

102. Quum montem transcendimus, mons apparet.

Quum negotium molestum absolvimus unum, alterum oritur. Sed legitur in Scharaf-Aldini opere قطعن et Samachscharius dixit, e versibus hisce Djeriri poetae desumtum esse

أَقْبَلْنَ مِنْ تَهْلاَنَ أَوْ وَادِي خِيَمْ عَلَى قِلاَصٍ مِثْلِ أَعْصَانِ ٱلسَّلَمْ

إِذَا قَطَعْنَ عَلَمًا بَدَا عَلَمْ حَتَّى أَنَخْنَاهَا الى باب الحَكَمْ

»Advenerunt a monte Tsahlan vel valle montis Chijam super camelis iuvencis similibus ramis arboris Salam. Quum transgressi sunt montem, apparet mons, donec eos decumbere iubemus ad portam Alhacami . . . .

١٠٣ إِذَا ضَرَبْتَ فَأَوْجِعْ وَإِذَا زَجَرْتَ فَأَسْمِعْ

103. Quum verberas, dolorem fac, et quum increpas, fac, ut alter audiat.

Quod agis, cum studio et diligentia firmiter agas. conf. prov. 199. 466.

١٠٤ إِذَا سَأَلَ أَلَحَّ وَإِذَا سُئِلَ سَوَّفَ

104. Quum petit, importune insistit et quum ab eo petitur, moram quaerit.

Verba haec Auhnus ben-Ahbd-Allah ben-Ahtabah in alium quendam dixisse fertur.

١٠٥ إِنَّهُ لَيُقَرِّدُ فُلَانًا

105. Hic profecto quendam ricinis liberat.

Primum de camelo refractario dictum fuit, ad quem vir in prato eius capiendi causa accedit. Ne statim aufugiat, eum ricinis, quod patienter ferre solent cameli, liberat, tum frænum injicit. In homines translatum proverbium virum, qui alterum blanditiis decipere studet, describit.

Cecinit Alhothaiahus

لَعَمْرُكَ ما قُرَادُ بنى كُلَيْبٍ إذا أُخِذَ القرادُ بمستطاعِ

»Per vitam tuam! non est Koradus e Banu-Colaib, quando avelluntur ricini, obediens.« Lusus verborum versui inest.

١٠٦ الْإِثْمُ حَوَّازُ الْقُلُوبِ

106. Peccatum movet animos.

Eodem modo dicunt الاثم ما حك في قلبك »Peccatum movet animum tuum.« Voce حواز moeror in animis ob peccatum ortus significatur. Sunt verba traditionis. Alii autem enunciant حواز secantes conf. Kam. Turc.

Ebn-Sirinus, quum ei dictum esset: ما اشد الورع »Quam difficilis est pietas!« dixit: ما ايسره اذا شككت في شي فدعه »Quam facilis est! quum de re dubitas, intermitte eam.«

١٠٧ أَيُّهَا ٱلْمُمْتَنُّ عَلَى نَفْسِكَ فَلْيَكُنِ ٱلْمَنُّ عَلَيْكَ

107. Quod si tibi ipsi benefacis, ne alii rem crimini des.

Qui sibi benefacit, ei ista verba dicere solent قد جذبت بما فعلت المنفعة الى نفسك فلا تمن به على غيرك »Tibi ipse re, quam fecisti, utilitatem adtulisti, ne igitur alii rem exprobres.« Scharaf-Aldin.

١٠٨ ٱلْأَوْبُ أَوْبُ نَعَامَةٍ

108. Reditus est reditus struthiocameli.

De eo, qui celeriter redit, dici solet.

١٠٩ إِنَّهُ لَوَاقِعُ ٱلطَّائِرِ

109. Talis est, ut in eum aves descendant.

De viro gravi ac miti dicitur. In Scharaf-Aldini et Samachscharii libris legitur انه لواقع الطير eodem sensu. Legitur quoque انه لواقع الغراب »Is talis est, ut in eum corvus descendat.« Cecinit poeta

وما زِلْتُ مُذْ قَامَ ٱبْنُ مَرْوَانَ وَٱبْنُهُ كَأَنَّ غُرَابًا بَيْنَ عَيْنَيَّ وَاقِعُ

»Et non cessavi, ex quo tempore Ebn-Merwanus eiusque

filius imperium tenebant, me gerere, ac si corvus inter meos oculos descendisset.«

Metrum Thawil est conf. lib. m. p. 162.

١١٠ إِنِّي إِذَا حَكَكْتُ قَرْحَةً أَدْمَيْتُهَا

110. Ego si ulcus frico, sanguinem elicio.

De viro forti et duro adhibetur. Verbis his primum usus esse dicitur Ahmruus ben-Alahz, qui ea proferret, quum Ohtsmanum chalifam ab inimicis obsessum et occisum esse, nuntium ascepisset. Ahmruum ben-Alahz ab imperio Egypti removerat Ohtsmanus. In libris Scharaf-Aldini et Samachscharii إِنِّي in initio proverbii omissum est. Hac voce omissa proverbii metrum Redjes est. conf. l. m. p. 230 sq. Loco vocis أدميتها legitur quoque نكأتها eschará denudo. Proverbii sensum esse dixerunt: Opinio mea rectum semper attingit.

١١١ إِنَّمَا هُوَ كَبَرْقِ الْخُلَّبِ

111. Fulguri, quod pluvia non sequitur, similis est.

De eo, qui promittit, tum promissis non stat, adhibetur.

١١٢ إِنْ يَبْغِ عَلَيْكَ قَوْمُكَ لَا يَبْغِ عَلَيْكَ الْقَمَرُ

112. Quod si gens tua in te iniusta est, luna in te iniusta non est.

Tradidit Almofadhdhelus ben Mohammed, gentem Banu-Tsahlebah ben-Sahd ben Dhahbah tempore ante Mohammedem in sole et luna nocte decima quarta mensis dissensisse, quippe quum una pars, solem obiturum esse, dum luna in coelo conspiceretur, contenderet, altera autem hoc negaret. Pignoribus, ut mos erat, inter se datis arbitrum constituerunt. Apud quem quum vir quidam de gentis suæ iniustitia questus esset, arbiter, ut rem exspectaret, monens, verbis illis respondit. In re manifesta verbis utuntur.

١١٣ إِنْ كُنْتَ رِيحًا فَقَدْ لَاقَيْتَ إِعْصَارًا

113. Quod si ventus es, turbini occuristi.

Aliis hoc in proverbio vox إعصار nubis significationem habet. Scharaf-Aldin. Proverbio metrum Basith est. conf. l. m. p. 190. Se alteri imparem esse, proverbii auctor dicit se ipsum alloquens.

١١٤ أَمْرُ نَهَارٍ قُضِيَ لَيْلًا

114. Res interdiu perficienda noctu absoluta fuit.

De re, vel hominibus, qui haud praeparatis subito superveniunt, adhibetur. Scharaf-Aldin.

١١٥ أَمْرٌ سُرِيَ عَلَيْهِ بِلَيْلٍ

115. Res, ad quam perficiendam nocturnum iter factum erat.

Res, ad quam perficiendam omnino parati erant.

١١٦ أَمَرَ مُبْكِيَاتِكِ لَا أَمَرَ مُضْحِكَاتِكِ

116. Mandatum earum, quae ad ploratum te commovent, non mandatum earum, quae risum tuum captant.

Narrat Almofadhdhelus, puellam amitas et materteras visitatum adiisse, quarum illae advenientem oblectarent, ut risum ederet, hae vero eam corrigerent, ut ploraret. conf. III, 46. Quam rem quum patri retulisset, verba haec protulit. Duplici vocali vox امر instructa legitur, aut accusativi, ut verbum اقبلى »Admitte rem earum etc.« supplendum sit aut nominativi, ut postea اولى بالقبول »Res earum, digna est, quam admittas etc.« suppleatur. Conf. Scharaf-Aldinum et Samachscharium.

Proverbio sensu simile est Alhasani dictum ان من يخوفك حتى تلقى الامن خير ممن يومنك حتى تلقى الخوف »Qui timorem tibi incutit, ut securitate fruaris, melior est, quam qui te securum esse iubet, ut timorem concipias.«

١١٧ إِنَّ ٱللَّيْلَ طَوِيلٌ وَأَنتَ مُقِمٌ

117. Nox longa est, et tu lucente gaudes luna.

Narravit Almofadhdhelus, Alsolaicum ben-Alsolaca nocte quadam dormiisse sic veste involutum, ut ne manum quidem extrahere posset. Quod quum vidisset hostis, ut eum captivum redderet, in pectus eius incubuisse dicentem. »Te mihi captivum trade.« Solaicum verba, quae postea in proverbium cesserunt et patientiam in rebus necessario quærendis homini commendant, dixisse, et quum alter decedere noluisset, eum, dum se super eum volveret, vicisse.

١١٨ إِنَّ مَعَ ٱلْيَوْمِ غَدًا يَا مَسْعَدَهْ

118. Hodierno diei est crastinus dies o Masahdahe!

Verbis his vicissitudo fortunae temporis cursu indicatur. Versus est metri Redjes appellati. conf. libr. m. p. 230.

١١٩ إِحْدَى لَيَالِيكِ فَهِيسِي هِيسِي

119. Una noctium tuarum, incede igitur, incede!

Verba sunt versus, cuius metrum Sarih est. Grammaticus Alamawi versum alterum adduxit

لا تنعمى الليلة بالتعريس

»Ne concedatur hac nocte, ut quietem capias subsistens.« De metro conferas librum meum de metris p. 264. In libro Scharaf-Aldini hic versus tali modo scriptus est لا تطمعى عندى بالتعريس »Ne apud me quietem cupias.« Sensus autem verborum hic est.« Una ex noctibus tuis, o camela,

est et mihi iter faciendum. In viro adhibetur, qui opus, in quo studium et diligentia adhibenda sunt, aggressus est. Simile huic est alterum proverbium

إِحْدَى لَيَالِيكَ مِنِ ٱبْنِ لَخُرٍّ
إِذَا مَشَى خَلْفَكَ لَمْ تَجْتَرِّ
إِلَّا بِقَيْصُومٍ وَشِيحٍ مُرِّ

„Haec est una noctium tuarum, a filio ingenui tibi mandata, quando te propellens incedit, nonnisi abrotonum et amarum absinthium ruminabis.“ Metrum idem est.

De festinatione adhibetur; nam si fur camelos furatus est, eos summa cum festinantia abigere solet. conf. Schult. prov. Meid. p. 163.

١٢٠ أَنَا ٱبْنُ حَلَا

120. Ego filius Djalae sum.

Virum omnibus cognitum esse, indicat proverbium. In explicanda autem voce جلا multa est interpretum dissensio. Aliis est nomen Auroram, initium diei, aut lunam etc. significans, aliis nomen viri, aliis verbum, ut sensus sit: Ego is sum, in quo dicatur: res detexit, aperuit. Proverbium a poetae Sohaim ben-Watsir Rijahitae versu, originem duxisse contendunt

أَنَا ٱبْنُ جَلَا وَطَلَّاعُ ٱلثَّنَايَا مَتَى أَضَعِ ٱلْعِمَامَةَ تَعْرِفُونِي

»Ego sum filius Djalae et magnas res moliens. Quando vittam depono, me cognoscetis.«

Sed ob ea, quae in hoc versu leguntur verba, vocibus ابن جلا significatio »filius calvitiei, praeditus calvitie,« tribui posse videtur.

١٢١ إِنَّهُ لَأَرِيضٌ لِلْخَيْرِ

121. Aptus is ad bonum est.

Virum virtute praeditum, perfectum significat. Scharaf-Aldin, Samachschari.

١٢٢ أَخَذَتِ الْأَرْضُ زُخَارِيَّهَا

122. Longas et flores emittentes plantas terra accepit.

Hominem vel rem, cuius conditio bona evasit, postquam prava fuerat, designat. Conf. Schult. prov. Meid. p. 263.

١٢٣ إِنْ جَانِبٌ أَعْيَاكَ فَٱلْحَقْ بِجَانِبِ

23. Quod si unum latus te fatigat, alteri te adiungas.

Quod si una res te fallit, conditione tua mutata aliam rem aggrediaris. Simili ratione dixit poeta: وفي الارض للحـــر الكريم منادح »In terra sunt ingenuo et generoso loca spatiosa.« Locus mansionis, si tibi bene non est, mutandus. Metrum est Thawil appellatum conf. l. m. p. 162.

١٢٤ أَنَا إِذَنْ كَٱلْخَاتِلِ بِٱلْمَرْخَةِ

124. Ego tunc ei similis ero, qui decipit arbore Marachah appellata.

Ego erga te aperte agam; et si non facio, similis ero ei, qui adversarium suum arboris Marachach umbra et fructu decipit, cui boni nil inest, si quis in veram eius conditionem inquirit. Non autem te metuo. Proverbio igitur timiditas negatur.

١٢٥ أَنَا جُذَيْلُهَا ٱلْمُحَكَّكُ وَعُذَيْقُهَا ٱلْمُرَجَّبُ

125. Truncus eius parvus fricando aptus, et magna eius palma fulcita sum.

Voce جذيل truncus ligneus, qui in loco, ubi cameli decumbunt, terrae infigitur, ut cameli scabiosi eo corpus fricent, significatur; vocabulum autem عذيق palmam altam et pretiosam designat, quae ab Arabibus رجبة appellata, ne a vento in terram deiiciatur, fulcitur. Utroque vocabulo ad rem pretiosam designandam utuntur. Verba ista die, qui يوم السقيفة appellatur, quum Abu-Becro chalifatus munus traderetur, Alhebabus ben-Almondsir ben-Aldjamuh Alzarita dixisse fertur, significaturus, se esse virum, cuius prudentia et consilium adiumento futurum esset. Scharaf-Aldin, Samachschari.

١٢٦ إِيَّاكُمْ وَخَضْرَاءَ ٱلدِّمَنِ

126. Cavete viride fimetum!

In locis deserti, stercore inquinatis herbae progerminare solent, quapropter comparatione instituta, Mohammedes, cui verba haec tribuuntur, a pulchra femina, e gente ignobili prognata, cavendum esse, verbis significavit. Sic verba interpretes, qui ellipsin admittunt, explicant. »Utique اياكم اخصكم بنصحى واحذركم خضراء الدمن vos prae aliis moneo, et vos cavere iubeo viride fimetum« Et hanc esse causam dicunt, cur nonnisi in versibus conjunctio و, quae verbis omissis et copulandis inserviat, omitti possit. conf. Scharaf-Aldin, Samschschar.

١٢٧ إِنَّكَ لَعَالِمٌ بِمَنَابِتِ ٱلْقَصِيصِ

127. Gnarus tu es locorum, in quibus plantae قصيص appellatae proveniunt.

Planta قصيص in locis, ubi tubera terrae sunt, provenit. Verbis autem vir, qui res sibi necessarias noscit, describitur.

١٢٨ إِنَّهُ لَأَحْمَرُ كَأَنَّهُ ٱلضَّرِبَةُ

128. Id rubrum est tanquam gummi Zarabah appellatum.

Vocabulum صربة gummi cui est color ruber, significat, quapropter in re valde rubra describenda adhibetur.

١٢٩ أَنْ تَرِدَ الْمَآءَ بِمَاءٍ أَكْيَسُ

129. Accedere ad aquam cum aqua, prudentiae maxime convenit.

Proverbii metrum Redjes est. Qui in deserto ad fontem accedit, secum aquam habeat oportet, fieri enim potest, ut fons absorptus sit. Cautio in rebus proverbio commendatur. Huic cognatum proverbium est عش ولا تغتر «Vive et ne socors sis!" Legitur quoque sensu non multum diverso ان ترد الماء بماء اوثق ..Quod cum aqua ad aquam accedis, tutius est." Cecinit poeta

لا ذَنْبَ لِى قَدْ قُلْتُ لِلْقَوْمِ اسْتَقُوا وَالْقَوْمُ فِى جَنْبٍ غَدِيرٍ يَفْهَقُ

مَا ضَرَّ نَابًا شَوْلُهَا الْمُعَلَّقُ أَنْ تَرِدَ الْمَاءَ بِمَاءٍ أَوْثَقُ

„Crimen mihi non est, nam genti dixi: aquam haurite, dum gens ad plenam cisternam erat. Non nocet camelae annosae aquæ portio ei appensa; tutius enim est ad aquam venire cum aqua."

Metrum est Redjes conf. l. m. p. 230. sq. conf. Scharaf-Aldin., Samachschar.

١٣٠ إِنَّمَا أَخْشَى سَيْلَ تَلْعَتِى

130. Nil nisi aquam rivi mei metuo.

Malum a cognatis meis metuo. conf. Kam. sub تلع ubi est ما اخاف الا من سيل تلعتى

١٣١ أَخَذَهُ بِرُمَّتِهِ

131. Cepit eum (camelum) simul cum fune eius attrito.

Totam rem cepit. Dicitur quoque دفع اليه بزمته „Cum fune suo (i. e. totam rem) ei tradidit.“ conf. Schult. prov. Meid. p. 268. conf. C. III, 59.

١٣٢ إِنَّهُ لَمُعْتَلِثُ ٱلزِّنَادِ

132. Eius igniaria permixta sunt.

In igniario parando delectu lignorum diligente opus est, ne bona cum pravis permisceantur. Adhibetur proverbium in viro, cujus pater feminam ignobilem in matrimonium duxerat, ut a stirpe permixta ortus esset. Altera lectio لمغتلث, idem significans, reperitur. vid. Kam. et Dj. s. علث

١٣٣ إِنَّهُ لَأَلْمَعِيٌّ

133. Perspicax est.

Eodem sensu dicitur اللوذعى. Sensum proverbii explicat versus Ausi ben-Hadjar

الالمعىُّ الذى يَظُنّ بك الظنَّ كَأَنْ قد رَأَى وقد سَمِعَا

„Perspicax, qui de te opinionem concipit, est, ac si iam vidisset et audiisset.“

Metrum est Almonsarih appellatum. conf. l. m. p. 254.

١٣٤ أَيُّ فَتًى قَتَلَهُ ٱلدُّخَانُ

134. Qualis ille vir fuit, quem fumus occidit?

De stulto dicitur; nam si in latus se convertisset, noxam non passus esset. conf. C. XXIII, 7. Proverbium metro Sarih conforme est. conf. lib. meum 250

١٣٥ إِنَّ ٱلْغَنِيَّ طَوِيلُ ٱلذَّيْلِ مَبَّاسُ

135. Dives caudam vestis longam habet et superbi more incedit.

Dives non potest occultare divitias. Hemistichium metri Basith est. conf. libr. meum p. 190. Alterum proverbium huic simile est ابيت الدراهم الا ان تخرج اعناقها „Nummi colla sua semper protendunt.“

١٣٦ إِذَا لَمْ تَغْلِبْ فَاخْلُبْ

136. Quum non vincis, tum astutiam institue.

Proverbio, in quo et فَاخْلُبْ et فَاخْلِبْ legitur, astutia in bello commendatur. Prior legendi modus, qui usui conveniens sit, Meidanio praeferendus videtur, alter ob similem sonum cum voce تغلب admissus est. Sensui proverbii convenit quod dicunt نفاذ الراى فى الحرب انفذ من الطعن والضرب „Penetratio consilii in bello penetrantior est quam confossio et ictus.“

١٣٧ إِنَّ أَخَا الْهَيْجَاءِ مَنْ يَسْعَى مَعَكْ
وَمَنْ يَضُرُّ نَفْسَهُ لِيَنْفَعَكْ

137. Frater prælii est, qui tecum it, et sibi nocet, ut tibi utilis sit.

Proverbio auxilium describitur. Metrum Redjes appellatum est. conf. libr. meum p. 230.

١٣٨ إِنِّي لَأَنْظُرُ إِلَيْهِ وَإِلَى السَّيْفِ

138. Eum et gladium observo.

De viro, qui ingratus et adspectu invisus est, proverbio utuntur. Scharaf-Aldinus et Samachscharius proverbium sic adnotaverunt إنّى لأنظر الى السيف والبك „Utique ego gladium adspicio et te“ i. e. Gladium adspicio, ut te eo percutiam. De inimico et nobis inviso proverbium adhibetur.

١٣٩ الأَمْرُ سُلْكَى وَلَيْسَ بِمَخْلُوجَةٍ

139. Res est recta confossio et non deflectens.

Sensus talis est: res est similis rectae confossioni i. e. res est recta et non perversa. Supplendum autem est طعنة confossio. Ex Amru-l'Kaisi hemistichio desumtum videtur نطعنهم سلكى ومخلوجة „Confodimus eos confossione recta et obliqua.“ Contrarium proverbii est الامر مخلوجة وليس بسلكى „Res est confossio obliqua et non recta.“ Confossio autem recta magis penetrat in corpus. Scharaf-Aldin. et Samachschar.

١٤٠ أَزِمَّتْ شَجَّعَاتٌ بِمَا فِيهِنَّ

140. Clivus Schadjaat angustus est propter id, quod in eo est.

Causa, quae huic proverbio fuit, ad proverbium sextum capitis vicesimi quinti narrabitur.

١٤١ إِنَّهُ لَأَنْفَذُ مِنْ خَارِزٍ

141. Magis penetrans est, quam hastae cuspis.

In virum res bene exsequentem transfertur.

١٤٢ إِحْدَى حَضَّيَاتِ لُقْمَانَ

142. Una ex sagittis Locmani.

Rem tibi ingratam, qua a maligno afficeris, significat. Locmanus Ahdita, sic traditur, duos e gente Ahd viros, quibus Ahmruus et Caahbus ben-Teken nomen erat, ut camelos, quos possiderent, ipsi venderent, et oves caprasque, quas Locmanus haberet, emerent, vario modo commovere tentavit. Quod quum facere recusassent, camelos, si quam in custodiendo incuriam videret, expectans furari

constituit. Quae spes autem cum omnino fefellit. Tum die quodam utrumque pharetram sagittis impletam secum gestantem adiit dicens, stulte eos agere, qui tot sagittas secum portarent, se ipsum nonnisi duas sagittas habere, quae venando sufficerent. Illi his verbis decepti omnes praeter duas abjecerunt, sagittas, quas Locmanus collegit. Accidit autem, ut Locmanus feminam, quam Ahmruus a se repudio dimiserat, in matrimonium duceret. Quae quum n o n esse virum nisi Ahmruum saepius (conf. C. XXIII, 422.) diceret, tanta Locmanus ira exarsit, ut se Ahmruum occisurum esse minaretur; at illa rem dissuavit. Nihilominus tamen Locmanus, in arbore, sub qua illi fratres camelos ad puteum convenientes exspectare solebant, nidum sibi exstruxit, ut inde Ahmruum peteret. Ibi die quodam Ahmruus exutis vestibus, aqua camelis haurienda occupatus, tergum suum vulnerantem sagittam sensit et in haec, quae in proverbium venerunt, verba erupit حس احدى حظيات لقمان "Hui! una ex sagittis Locmani." Tum sagitta e corpore extracta, Locmanum in arbore conspexit eumque ut aquam e puteo hauriret, advocavit. Qua re Locmanus occupatus crepitum ventris emisit, quae res in causa erat, cur Ahmruus diceret اضرطا اخر اليوم وقد زال الظهر "Num crepitum (emittis) in fine diei, et iam tempus post meridiem elapsum est?" et sic novum proverbium ortum est, quod in eum, qui operi pessimo modo finem imponit, adhibetur. Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. Meid. p. 157.

١٤٣ إِنَّهُ لَيَكْسِرُ عَلَيَّ أَرْعَاظَ ٱلنَّبْلِ غَيْظًا

143. Is contra me iratus supremam sagittarum partem, in quam cuspis inditur, frangit.

In irato verbis utuntur. Ketadahus Aljeschcori monens Iracenses, ut Hedjdjadjum caverent, dixit:

حَذَارِ حَذَارِ اللَّيْثَ يَحْرِقُ نَابَهُ وَيَكْسِرُ أَرْعَاظًا عَلَيْكَ مِنَ الْحِقْدِ

»Cave! cave a leone dentibus frendente, qui ob iram in te sagittas frangit.« Versus est metri Thawil. p. 163. Kamusi auctor, qui proverbium sub رعظ adnotavit, vocem غيظا in fine omisit, ut nisi in omnibus Meidanii exemplaribus legeretur, dubitare liceret, num proverbii pars esset.

١٤٤ إِنَّهُ لَيَحْرِقُ عَلَيَّ الْأَرْمَ

144. Multum contra me dentes molares fricat.

Mihi vehementer iratus est. Altera est proverbii lectio يعض على الارم »Mordet contra me dentes.« In explicanda voce الارم non consentiunt; alii digitos, alii glaream, alii dentes molares esse dicunt. conf. Kam.

١٤٥ إِنَّكَ خَيْرٌ مِنْ تَفَارِيقِ الْعَصَا

145. Tu melior es, quam partes dissectae baculi.

Metrum proverbii est Redjes. conf. libri mei p. 230. De re valde utili adhibetur. Verba Ghanijjae Alahrabbijjah tribuunt, quae filium laudans verba dixerat, quum antea pauperrima, vulnerum, quae filio inflicta essent, pretio pluries accepto, opulenta facta esset; unus enim filii nasum, alter aures, tertius labium amputaverat. Versus autem totus est احلف بالمروة حقا وصفا انك خير من تفاريق العصا »Iuro per Merwam et Zafam, te re vera meliorem esse, quam baculi partes dissectas.«

Arabs autem quidam interrogatus, quid تفاريق العصا »partes baculi dissectae« velint, hoc modo rem descripsit. E baculo dissecto res ساجور appellata paratur, ea dissecta وتد paxillus fit, tum شظاظ res appellata, inde lignum مهار dictum conficitur, et isto ligno dissecto res تواد appellatae parari possunt. Conf. C. II, 165, XXII, 233.

١٤٦ إِنَّ ٱلْعَصَا قُرِعَتْ لِذِي ٱلْحِلْمِ

146. Baculus viro ingenio pollenti pulsatus est.

Proverbium metri Camil appellati est. conf. libr. meum p. 213. Primus, cui baculus pulsatus est, Amruus ben-Malic ben-Dhobaiah, frater Saahdi ben-Malic Alcenani fuit. Causam rei talem fuisse narrant. Rex Alnohmanus Amruum Saahdi fratrem, ut pabulo abundantem regionem quaereret, miserat. Cujus reditus quum retardatus esset, rex pabulum aut laudantem aut vituperantem se occisurum esse, juravit. Saahdus fratrem mortis periculo liberaturus, ut loqui cum fratre aut saltem manu ei indicia facere, sibi permitteretur, rogavit. Utrumque rex recusans, se, si unum aut alterum fecisset, ei linguam excisurum aut manum amputaturum esse, minabatur; at baculum pulsare roganti concessit. Quapropter, quum frater redux factus esset, ad latus sedentis baculum sumsit et suum una vice pulsavit, qua fratri, eum loco manere debere, significaret. Tribus tum vicibus baculum pulsavit, in coelum sustulit et altero alterum detersit indicaturus, non esse regionem sterilem. Deinde pluries pulsatum baculum paululum sustulit et versus terram indicium fecit, quo intelligeretur, non esse plantarum copiam. Baculum denique semel pulsatum in regem direxit, quo frater, se jam regi verba facere posse, cognovit. Propius igitur ad regem accessit, et interrogatus, utrum anni proventum laudaret, an sterilitatem vituperaret, his verbis respondit ثم اذمم هزلا ولم احمد بقلا الارض مشكلة لا خصبها يعرف ولا جدبها يوصف رايدهـا واقف ومنكرها عارف وامنها خايف „Neque vituperaverim maciem neque laudaverim herbas. Terra est difficilis (descriptu) neque pabuli ubertas cognoscitur, neque sterilitas describitur. Pabulator ejus stat et nesciens in ea scit et securus in ea timet.“ Quibus verbis rex contentus fuit. Saahdus ben-Malic hujus facti in versibus mentionem fecit

قَرَعْتُ العَصَا حَتَّى تَبَيَّنَ صَاحِبِي وَلَمْ تَكُ لَوْ لَا ذَاكَ فِي ٱلْقَوْمِ تُقْرَعُ

فقال رَأَيْتُ الْأَرْضَ لَيْسَ بِمُمْحِلٍ وَلَا سَارِحٌ فيها على الرَّعْيِ يُشْبَعُ

سَوَاءٌ فلا جَدْبٌ فَيُعْرَفُ جَدْبُهَا وَلَا صَابَهَا غَيْثٌ غَزِيرٌ فَتُمْرَعُ

فَنَجَّى بِهَا حَوْبَاءَ نَفْسٍ كَرِيمَةٍ وقد كاد لو لا ذاك فيهم تُقَطَّعُ

„Baculum pulsavi, ut intelligeret socius meus et, nisi hoc fuisset, in gente non fuisset pulsatus. Et dixit: terram vidi, quae sterilis non est, et libere incedens in ea pastu non satiatur. Media est, nec est sterilis, ut eius sterilitas cognoscatur, nec pluvia abundans eam affecit, ut pabulo abundans inveniretur. Eoque animam nobilem morti eripuit, et nisi hoc fuisset, inter eos dissecta esset.“ Metrum est Thawil. conf. libr. mei. p. 162. Alii vero verborum aliam causam afferunt, aliamque personam ingenio pollentis cognomine significari. Erat vir quum ingenii acumine tum judicii laude insignis Ahmirus ben-Altsarb Aladhawani, qui lites inter Arabes dirimere solebat et trecentos annos vixisse dicitur[1]). Hic quum propter se-

1) Ibn-Alahrabius hos inter Arabes ante Mohammedem arbitros, qui lites dirimere solebant, fuisse narravit. In gente Tamim erat Actam (in codicibus saepius اكثم Actsam invenitur) ben-Zaifi, et Hadjib ben-Sorarah et Alakrah ben-Habes et Rabiah ben-Mochaschin et Dhamrah ben-Dhamrah. Dhamrahum autem donis corruptum perfide iudicasse dicunt. Arbitri gentis Kais erant: Ghailan ben-Salamah Altsakefi, cui tres dies erant; uno iudicium exercebat, altero versus suos recitabat, tertio camelorum suorum curam gerebat. Qui ad tempus religionis Mohammedicae perveniens, quum decem uxores haberet, quatuor sibi ex illis retinendas, data a Mohammede venia, elegit, qui uxorum numerus Mohammedanis usus et lex manebat. Inter gentem *Koraisch* arbitri erant: Ahbd-Almothalleb, Abu-Thaleb, Alahz ben-Wajel. Erant quoque inter Arabes feminae, quae arbitria agebant. Nominantur Zachra filia Locmani, Hinda filia Alchossi (al. Alchesri), Djamah filia Chabisi

nectutem ingenii acumen diminui sentiret, filios suos, secundum aliorum opinionem puellam, si errori obnoxius esset, baculum, ut sibi signo esset, pulsare jussit. Gens autem Rabiah hujus rei auctorem Kaisum ben-Chaled ben-Dsi'l Djaddain, gens Tamim Rabiahum ben-Mochaschin, e stirpe Banu Osaid ben-Ahmru oriundum, Jemanenses denique Ahmruum ben-Homaimah Dausitam nominant. Proverbium in eo, qui prudens admonitionem admittit, adhibetur. Cecinit poeta

وزَعَمْتُمْ أَنْ لَا حُلُومَ لَنَا إِنَّ الْعَصَا قُرِعَتْ لِذِي الْحِلْمِ

„Dixistis, nos non habere intelligentiam; at baculus intelligenti pulsatus est. conf. C. 12, 48. et Harir ٥٧٣. Samachschari.

١٤٧ أَهْلُ الْقَتِيلِ يَلُونَهُ

147. Occisi familia ad eum (occisum) pertinet.

Familia occisi magis de eo sollicita est, quam alius quis. Vox يلون a verbo ولى derivanda est. Ut occisi familia ulciscendae necci maxime operam dat, sic eos res spectat, qui de ea solliciti sunt Scharaf-Aldin.

١٤٨ أَنَى قَيْلُهَا إِلَّا تَمًّا

148. Dicens id (verbum) nihil voluit nisi perfectionem.

Id est: Perseveravit in dicendo et sermonem non abrupit. Proverbium autem adhibent, quum homines in re, de qua dissensio non est, continuo sermones faciunt. In Meidanii codicibus legitur de qua dissensio est, id quod falsum videtur. In Scharaf-Aldini et Samachscharii libro sic ut nos vertimus. Vox تما triplici vocali enunciatur. Vocalis autem Kesre Meidanio praeferenda videtur.

(al. Habisi) et filia Ahmiri ben-Althsarb, qui Dsu'l Hilm (possessor prudentiae) cognominabatur.

١٤٩ إِنْ أَرَدْتَ ٱلْمُحَاجَزَةَ فَقَبْلَ ٱلْمُنَاجَزَةِ

149. Quod si dimicationem prohibere vis, (fac) antequam pugnatur.

Proverbium in libro Scharaf-Aldini et Samachscharii sic legitur المحاجزة قبل المناجزة „Pugnae prohibitio ante pugnam.“ Actamo ben-Zaifi tribuitur. Abu-Ohbaidus (cui non assentior) hunc proverbii sensum esse dixit: Salutem quaere, antequam viro, cui impar es, occurris conf. III, 70, XXIV, 179.

١٥٠ أَوَّلُ ٱلْغَزْوِ أَخْرَقُ

150, Initium invasionis hostilis est stultum.

Abu-Ohbaidi sententia est, proverbium in experientiarum paucitate adhiberi, et sententiae confirmandae causa hos poetae versus adtulit

ٱلْحَرْبُ أَوَّلُ مَا تَكُونُ فَتِيَّةٌ تَسْعَى بِزِينَتِهَا لِكُلِّ جَهُولِ

حَتَّى إِذَا ٱسْتَعَرَتْ وَشَبَّ ضِرَامُهَا عَادَتْ عَجُوزًا غَيْرَ ذَاتِ حَلِيلِ

„Bellum initio est puella, quae cum ornamentis suis meretricium facit ignorantem quemque alliciens; donec, quum accensum est ardente igne, fit anus, quae caret marito.“

Metrum versuum Camil est. conf. libr. m. p. 211 sq. Invasioni hostili stultitia tributa est, quia in ea homines stulti sunt. Scharaf-Aldinus dixit, proverbium adhiberi, quum quis rem incipiat, quam prima vice bene perficere non possit. Vulgo simile proverbium est اول العصيدة ماء „Initium pulmenti spissi aqua est.“

١٥١ أَنَّهُ نَسِيجُ وَحْدِهِ

151. Unice textus est.

Vir incomparabilis est et tanquam pannus unico modo textus.

١٥٢ إِنَّ ٱلشِّرَاكَ قُدَّ مِنْ أَدِيمِهِ

152. Corrigia ex corio ejus dissecta est.

Inter duas res similitudo atque cognatio est. In filium dicitur, qui et corpore et animi indole patri similis est Scharaf-Aldin.

١٥٣ إِنَّمَا يُعَاتَبُ ٱلْأَدِيمُ ذُو ٱلْبَشَرَةِ

153. Nonnisi cutis, cuius exterius latus pilis tectum est, iterum subigitur a coriario.

In eum dicitur, qui non omnino corruptus, vituperio iterato corrigi potest. Comparatur in proverbio vir cum pelle non omnino corrupta, quae a coriario retractatur. Similis quam proverbio sensus versui inest

وَلَيْسَ عِتَابُ ٱلنَّاسِ لِلْمَرْءِ نَافِعٌ إِذَا لَمْ يَكُنْ لِلْمَرْءِ لُبٌّ يُعَاتِبُهْ

»Non est objurgatio hominum viro utilis, nisi viro animus est, qui eum objurgat.«

Metrum est Thawil appellatum. conf. libr. m. p. 161. Scharaf-Aldin.

١٥٤ إِنَّ بَيْنَهُمْ عَيْبَةً مَكْفُوفَةً

154. Inter eos cophinus est laqueolis invicem insertis clausus.

Inter eos amicitiae vincula firmissima sunt, ut rumpi nequeant. Vocabulum عيبة cophinum, in quo vestes, reponuntur significat, tum in homines, in quibus reponuntur arcana, transfertur. Sic Mohammedes appellavit Medinenses كرشى وعيبتى »ventriculus meus et cophinus meus.« Proverbii

autem sensus est: cophinus, in quo ipsorum arcana reposuerunt, optime clausus est, ut nil evulgetur. i. e. Intimi sunt et sua invicem custodiunt arcana.

١٥٥ إذا سمعت بسرى القين فاعلم أنه مصبح

155. Quod si noctu abiturum esse fabrum audis, eum mane adfuturum esse scito.

Kamusi auctor, Scharaf-Aldinus et Samachscharius sic adnotaverunt proverbium اذا سمعت بسرى القين فانه مصبح »Quum audis, fabrum noctu abiturum; is mane aderit.«

Legitur مصبح quartae et secundae formae. Fabrorum, qui inter Arabes locum subinde mutare solebant, consuetudo erat, proxime instantem abitum genti saepius annuntiare. Quibus verbis saepissime nonnisi ea causa, ut opus faciendum citius adferretur, factis, etsi vera essent, Arabes nullam omnino fidem habebant. In viro mendace, cuius verbis, etsi vera sunt, fides non habetur, proverbio utuntur.

١٥٦ الأكل سلجان والقضاء ليان

156. Esus est modus devorandi, solutio est modus differendi.

Scharaf-Aldinus et Samachscharius sic proverbium scripserunt الاخذ سلجان etc. »Sumere est modus devorandi etc.« In eum, qui facile ab hominibus res accipit; tempus vero solvendi semper differt, proverbium dicunt. Proverbium hoc in Djeuharii opere est. conf. prov. 334.

١٥٧ الأخذ سريط والقضاء ضريط

157. Capere est cibus dulcis, solvere vero crepitus ventris.

Idem quam praecedenti sensus inest. Legitur quoque

in proverbio سريطى et ضريطى sensu haud mutato. conf. Schult. prov. Meid. p. 259.

١٥٨ آخِرُهَا أَقَلُّهَا شَرْبًا

158. Postremus eorum est, qui minime bibit.

Postremo ad aquam accedere in camelis debilitatis signum est. Proverbium tarditatem in rebus peragendis vituperans monet, ne cunctemur. Alhedjaschius unus e gente Alhariz ben-Caabh appellata gentem vituperans cecinit

ولا يَرِدُون ٱلْمَاء الَّا عَشِيَّةً إِذَا صَدَرَ الْوُرَّادُ عن كُلِّ مَنْهَلِ

„Aquam non adeunt nisi vespera, quum ab omni aquae loco adeuntes redeunt.“

Metrum versus est Thawil. conf. libr. meum p. 162.

١٥٩ أَكَلَ عَلَيْهِ ٱلدَّهْرُ وَشَرِبَ

159. Tempus super eo edit ac bibit.

Eum, cuius vita diu duravit, designat, ut sit pro اكل وشرب دهرا طويلا „Edit bibitque diuturnum tempus. Dixit poeta

كَمْ رَأَيْنَا مِنْ أُنَاسٍ قَبْلَنَا شَرِبَ ٱلدَّهْرُ عَلَيْهِمْ وَأَكَلْ

„Quot vidimus homines ante nos super quibus bibit tempus et edit.“

Metrum versus Chafif appellatum est. conf. libr. nostrum p. 262.

١٦٠ أَبَى لِلَحَقِينِ ٱلْعِذْرَةَ

160. Lac in utrum inditum excusationem non admittit (patitur).

Virum quendam hospitii causa ad gentem venisse narrant, rogantem, ut sibi lac propinarent. Illi autem quum se excusarent dicentes: se non habere lac, utrem lacte

plenum videns vir haec verba dixit. In virum dicitur, qui alieno loco excusatione utitur. Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. Meid. p. 56.

١٦١ أَتَاكَ رَيَّانُ بِلَبَنِهِ

161. Sitim qui explevit, lac suum tibi adportat.

Scharaf-Aldinus et hunc proverbii legendi modum adnotavit اتاك ريان بقعب من لبن »Venit ad te potu satiatus cum poculo magno lacte pleno.“ Eum designat, qui animo benevolenti et generoso non commotus, sed rem sibi superfluam dono dat. Conf. Schult. prov. Meid. p. 57.

١٦٢ أَثَرُ ٱلصِّرَارِ يَأْتِي دُونَ ٱلدِّيَارِ

162. Vestigium funiculi praeter fimum.

Funiculo صرار dicto camelarum papillas et lignum تودية appellatum, ne pullus sugat, ligare solent. Vox ذئار fimum cum terra mixtum designat, quo eandem ob causam cameli papillas illiniunt. conf. Schult. prov. Meid. p. 99. Non autem hic loquendi modus ab altero جاوز الحزام الطبيين „Transiit cingulum locum uberum i. e.“ Res finem suum transgressa est,“ diversus est. Proverbium autem significare videtur, modum in re quendam transgressum esse; una enim res suffecisset ad prohibendum pullum. In meo codice verbum يأتي omissum est. Et idem factum in operibus Scharaf-Aldini et Samachscharii. Ili autem auctores dicunt adhiberi de malo cui alterum eo gravius additur.

١٦٣ أَنَا مِنْهُ كَحَاقِنِ ٱلْإِهَالَةِ

163. Ego respectu ejus sum sicut is, qui adipem liquefactum in utrem indit.

Hanc rem quum nonnisi maximo gnarus facere soleat.

quia cavendum est, ne uter comburatur, proverbio in viro rei peragendae gnaro utuntur.

١٦٤ أَنَّهُ لَيَعْلَمُ مِنْ أَيْنَ تُؤْكَلُ ٱلْكَتِفُ

164. Is profecto scit, e quonam latere scapula edatur.

Virum prudentem designat. Molestum esse dicunt, si quis a latere superiore scapulam edere inceperit, quum in edentis sinum ius defluat. conf. Harir. ٥٧٨. Loco verborum من اين legitur quoque من حيث eodem sensu.

١٦٥ آكُلُ لَحْمِي وَلَا أُدْعُهُ لِآكِلِ

165. Carnem meam edo; sed alii eam edendam non permitto.

Verborum ansam talem fuisse narrant. Alahjjarus cum duobus suae gentis viris Hobaischo ben-Dulaf et Dhiraro ben-Ahmru Dhabbitis apud regem Alnohmanum versabatur. Inter Alahjjarum et Dhirarum rixa orta in causa erat, ut unus alterum Alnohmano praesente contumeliis afficeret. Postea vero, quum inter Abu-Merhabum fratrem gentis Banu-Jarbu appellatae et Dhirarum inimicitia intercessisset, et eam ob causam Abu-Merhabus coram Alnohmano Dhirarum vituperasset, Alahjjarus praesens Abu-Merhabo contumeliam dixit. Cuius rei Alnohmanus admiratione affectus dixit: Quid est, o Alahjjare, quod de Dhiraro in Abu-Merhabum inveharis? Nonne peiora quam modo Abu-Merhabus in Dhirarum protulisti? Alahjjarus autem rem non negans haec, quae postea in proverbium venerunt, verba respondit, quibus significaturus erat, se quidem gentis suae virum dictis lacessivisse; alii id facere, se non permittere. Simile huic est proverbium لا يملك مولى لمولى نصر »Non se retinet cognatus cognato auxilium ferre.« (vid. Cap. 23, 282.)

١٦٦ إِنَّ أَخِي كَانَ مَلِكِي

166. Frater meus erat rex meus.

Abu-Ahmruus tradidit; quum Abu-Heneschus Taghlebita Schorahbilo, qui fratrem eius occiderat, potitus esset, hunc dixisse: o Abu-Henesche lac, lac! i. e. camelos caedis fratris tui pretium accipe! Abu-Heneschum autem respondisse: Multum tu lac profudisti i. e. fratrem meum occidisti. Ad quae verba quum Schorahbilus, num regem pro plebeio املكا بسوقة (occidere in animo habes)? interrogasset, Abu-Heneschum hoc ei responsum dedisse: Frater meus erat rex meus.

١٦٧ إِنَّهُ لَأَشْبَهُ بِهِ مِنَ ٱلتَّمْرَةِ بِٱلتَّمْرَةِ

167. Similior ei est, quam dactylus dactylo.

De duabus rebus, inter quas maxima similitudo est, haec verba dicunt. In codice L. legitur انه لاشبه به من الثمرة „Utique is similior ei est quam fructus;“ in codice B. انه لاشبه به من الثمرة بالثمرة „Utique is similior ei est quam fructus fructui.“

١٦٨ إِنَّ لَحَبِيبَ إِلَى ٱلْإِخْوَانِ ذُو ٱلْمَالِ

168. Dives est fratribus dilectus.

In divitiarum custodia et amore proverbio hoc utuntur.

١٦٩ إِنَّ فِي ٱلْمَرْتَعَةِ لِكُلِّ كَرِيمٍ مَقْنَعَةً

169. In pabuli copia generoso cuilibet est animus contentus.

Diverso autem modo proverbium sic effertur ان فى المرتعة لكل كريم مقنعة „In commoditate vitae cuilibet ge-

neroso est contentus animus« vel أن فى المرتعة للل كريم مقنعة »In pabuli copia cuilibet generoso est opulentia.« In opere Scharaf-Aldini sic أن فى المرتعة لكل كريم مقنعة »In pabuli copia generoso cuilibet contentus animus est.« In Kamuso sic legitur proverbium أن فى المرتعة لكل قوم مقنعة »In commoditate vitae omni genti contentus est animus.« Varius proverbio pro vario legendi modo erit sensus.

IV. اذَا طَلَبْتَ ٱلْبَاطِلَ أُبْدِعَ بِكَ

170. Si vanum petis, lassum claudicat iumentum tuum.

Si vanum petis, nunquam votis potieris. Alia est lectio اذا طلبت الباطل انجح بك »Quum vanum petis, hoc te vincet. i. e.« in causa erit, cur inimici tui te vincent.

IVI اذَا نَزَا بِكَ ٱلشَّرُّ فَاقْعُدْ بِهِ

171. Quod si malu insilit cum te, sede cum eo.

In codicibus Scharaf-Aldini et Samachscharii legitur اذا نزا بك الشر فاقعد »Quando malum te, ut insilias, incitat, sede! i. e.« quando malum tibi inlatum iram tuam movet, ut in alterum impetum facias, iram supprime. Proverbio igitur mansuetudo et patientia commendatur et ne quis ad malum festinet, monetur. In duobus vero codicibus B. L. alia proverbii lectio additur اذا قام بك الشر فاقعد »Quod si malum tecum surgit (te surgere iubet), sede«, quae duplici ratione a grammaticis explicari verba, Alasharius tradidit. Unus intelligendi modus hic est: »Quod si malum te vincit, te submittas!« alter autem.« Quod si malum tibi adest, neque fugere potes, ei adsis et dimices!«

١٧٢ إِيَّاكَ وما يُعْتَذَرُ مِنْهُ

172. Cave rem, de qua te excusare debes.

Scharaf-Aldin.

١٧٣ إِذَا زَلَّ ٱلْعَالِمُ زَلَّ بِزَلَّتِهِ عَالَمٌ

173. Si doctus labitur, lapsu ejus mundus labitur.

Quia homines doctum imitantur, lapsus eius aliorum lapsus causa est. Proverbium hisce versibus illustratur.

إِنَّ ٱلْفَقِيهَ إِذَا غَوَى وَأَطَاعَهُ قَوْمٌ غَوَوْا مَعَهُ فَضَاعَ وَضَيَّعَا

مِثْلُ ٱلسَّفِينَةِ إِنْ هَوَتْ فِي لُجَّةٍ تَغْرَقُ وَيَغْرَقُ كُلُّ مَا فِيهَا مَعَا

»Iurisconsultus quum in errorem incidit, homines eum sequentes simul errant. Periit igitur et perdidit, ut navis, quae in vorticem incidens submergitur, et simul omnes, qui in ea sunt, submerguntur.«

١٧٤ أَنْتَ أَعْلَمُ أَمْ مَنْ غُصَّ بِهَا

174. Num tu magis gnarus es, an is, in cujus faucibus (buccea) haesit, ut angeretur.

In eo, qui rerum experientia edoctus fuit, proverbio hoc utuntur. Meid. In eum dicitur, qui rei operam dat, cuius ipse magis gnarus est quam alius quis. Scharaf-Aldin. Samachschar.

١٧٥ إِنَّهُ لَدَاهِيَةُ ٱلْغَبَرِ

175. Is est profecto infortunium fontis Alghabar.

De magno infortunio hoc dicunt; sed de vocis الغبر significatione non consentiunt. Sunt qui magni infortunii significationem voci tribuant; dum alii Alghabar

nomen fontis esse volunt, quem serpentes magni et diri frequentent. In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere sic explicatur هو الدهر اى هو داهية الزمان لشدة دهاته وقيل هو الحية التى طال عمرها فاضيفت الى الدهر وقيل مصدر غبر الجرح اذا برا ظاهره وباطنه دو اى هو كهذا الجرح وقيل الغبر الماء الذى قد بقى زمانا والداهية الحية لانها تسكن بقربه فتحميه فيغبر بذلك قال عبد الله بن الاعور الكذاب الحرمازى

يابنَ المعلّى نزلتْ إحْدَى الكُبَرْ داهيةُ الدَّهْرِ وصَمَّاءُ الغَبَرْ

»Illud tempus est i. e. infortunium temporis, propter vehementiam qua affligit et dicitur esse serpens, cuius vita longa sit, et hanc ob causam cum tempore coniunctus. Sunt qui dicant, esse infinitivum a verbis غبر الجرح, quum exterius eius sanatum, interius morbidum sit i. e. is instar huius vulneris est. Alii dicunt, vocem غبر significare aquam, quae aliquot tempus superstes sit; الداهية autem esse serpentem qui in eius propinquo habitet eamque defendat. Hanc ob causam residuam esse. Dixit Ahbd-Allah ben-Alahwar Alcadsdsab Alhermasi »O Ebn-Almoahlla! ma graviorum calamitatum accidit, infortunium temporis, et infortunium non cessans!

١٧٦ اَلَّا دَهْ فَلَا دَهْ

176. Nisi Dah et non Dah.

Magna inter grammaticos de his vocibus et enunciandis et intelligendis dissensio exstat. Ebn-Alahrabius الا دَهْ فلا دَهْ habet, alii الا دُهْ فلا دُهْ proferunt i. e. Nisi duo (Persicum دو) dederis, non dabis decem (Persicum دَهْ). Ab'ul'Samahus a verbo اودهه derivandam esse vocem contendit, hunc versum argumento afferens

وأَوْدَهَ رِدْفِي فَارْعَوَيْتُ بِصَوْتِهِ كَمَا رُوِّعَتْ بِالْجَوِّ الظِّمَاءُ الصَّوَادِيا

»Inclamavit post me sedens et abstinui, quemadmodum voce

جو terrentur multum sitientes cameli,« putat enim vocabulum وَدَهْ significare, dixit وَدَهْ. Abu-Ohbaidus putavit verba esse eius, cui, quam proposuerit, res tanquam impossibilis denegata fuerit, ut significet, se aliam, nisi hanc rem assequi possit, assecuturum esse. Alazmäius verbis hunc sensum tribuit: »Quod si res nunc non fit, et postea non fiet,« eorum originem se nescire profitens. Sunt denique, qui dicant, وَدَهْ esse pro وَذَهْ et hoc pro عَدَهْ, »nisi hoc et non illud;« dum alii pro دَهِمْ pulsabis i. e. Si nunc eum non pulsas, nunquam pulsabis, dictum esse contendunt. Ad hanc sententiam probandam poetae Rubah appellati, qui saepius voces Persicas adhibuit, versus adduxerunt sequentes:

فَالْيَوْمَ قَدْ نَهْنَهْنِي تَنَهْنُهِي وَأَوَّلُ حِلْمٍ لَيْسَ بِالْمُسَفَّهِ

وَقَوْلِ اِلَّا دَهْ فَلَا دَهْ وَحَقَّةٍ لَيْسَ بِقَوْلِ التُّرَّهِ

»Hoc autem die retinuit me a tali agendi ratione, quod mihi interdicta erat, et reditus prudentiae pro insipientia non est habendus, et quot feminae dicebant; nisi nunc retineris, nunquam retineberis (ab ista agendi ratione) et profecto! non erant ista nugarum verba.«

Morti se fuisse propinquum significat. Metrum est Redjes appellatum. conf. libr. meum. p. 230. Dixit Scharaf-Aldinus, proverbium adhiberi in re, quam vir, dum tempus est, non aggreditur.

lvv إِذَا كَانَ لَكَ أَكْثَرِي فَتَجَافَ لِي عَنْ أَيْسَرِي

177. Si tibi major mei pars est, minorem mei partem neglige.

Perfer amici unum peccatum, cuius tu multas virtutes noscis.

١٧٨ أَنَا خِرِّيرُكَ مِنْ هٰذَا الْأَمْرِ

178. Ego tibi hujus rei sponsor sum.

Scholion proverbium sic explicat انا عالم فاغترنى اى سلنى عنه على غرة اخبرك به من غير استعداد له وقال الاصمعى معناه انك لست بمغرور من جهتى لكن انا المغرور وذلك انه بلغنى خبر كان باطلا فاخبرتك به ولم يكن ذلك على ما قلت لك »Id est: Ego gnarus sum; de improviso igitur ad me veni: i. e. interroga me haud cogitantem de eo. Ego tibi id narrabo non praeparatus. Et dixit Alazmäihus, verborum sensum esse. Tu non es deceptus a me, ego ipse deceptus sum, nam nuntium falsum, qui ad me delatus erat, tibi narravi, et res, non ita se habebat, qualem tibi narravi.« Meid. Quod si priorem explicandi modum sequeris, proverbium is adhibet, qui rei omnino gnarus est. Altero autem sensu admisso proverbium is dicit, qui rem aliter, quam re vera se habet, narravit. Scharaf-Aldin.

١٧٩ أَنَا مِنْهُ فَالِجُ بْنُ خَلَاوَةَ

179. Ego in ista re Falidjus ben-Chalawah sum.

I. e. Ego ab ista re liber sum, vir enim iste, quum die pugnae يوم الرقم appellato, quo Onaisus captivos occidit, diceretur. »Num Onaiso auxilium fers?» respondit: »Ego ab eo liber sum«; ut postea in proverbium veniret. conf. Kamus. s. فلج

١٨٠ أَنْتَ تَئِقُ وَأَنَا مَئِقٌ فَمَتَى نَتَّفِقُ

180. Tu ad malum pronus es, ego ad fletum; quando igitur consentimus?

Conf. Djeuh. s. تاق et Harir. ٢٩٣. Natura dissentientes designat.

١٨١ إِنَّهُ لَنَكِدُ الْحَظِيرَةِ

181. In ejus caula parum boni est.

Vilem et avarum in quo parum boni est, significat. Scharaf-Aldin, Samachschar.

Cecinit Alcomaitus ben-Said

نَزَلَتْ بِهِ أَنْفَ ٱلرَّبِيعِ وَزَايَلَتْ نُكُدَ الْحَظَايِرْ

»Primo veris tempore ibi advenerunt (cameli) et inde recesserunt in caulis nullum lac habentes.«

Metrum est Alcamil appellatum. conf. l. m. p. 214.

١٨٢ أَنْتَ مَرَّةً عَيْشٌ وَمَرَّةً جَيْشٌ

182. Una vice vita, altera vice exércitus es.

Dicunt عيش esse pro ذو عيش possessor vitae, جيش pro ذو جيش possessor exercitus.« Ibn-Alahrabius proverbii originem in eo, quod vir modo vita commoda utatur, modo miseria prematur, invenit.

١٨٣ إِنْ لَمْ يَكُنْ شَحْمٌ فَنَفَشْ

183. Si adeps non est; at lana est.

Ibn Alahrabius, qui proverbium adtulit, hunc ei sensum tribuit.« »Si factum non est; at facti species est.« Alius quidam vocabulo النفش »lactis pauci« significationem inesse putavit, ut paucitas eius, quod adferretur, designaretur.

١٨٤ آهَةٌ وَمِيهَةٌ

184. Lamentatio et morbilli (in ovibus).

Vox aliis آهة morbillorum, pustulorum significationem habet. Calamitatem gravem proverbium, (cui et accusativi casus tribuitur) designat et qui male alteri precatur, eo utitur.

Scharaf-Aldin. Samachschar. (conf. Schult. prov. Meid. p. 10.)

١٨٥ إِلَيْكَ يُسَاقُ الْحَدِيثُ

185. Ad te sermo pervenit.

In virum dicitur, qui, quamquam res bene cessura est, festinatione utens ante tempus suum ea potiri vult. Scharaf-Aldin. Samachschar. Proverbii originem talem fuisse narrant. Vir quidam ad mulierem, eam in matrimonium petiturus venerat. Illa dum loquebatur, libidine exardenti membrum erigebatur tali modo, ut muliere loquente augeretur. Qua de causa eum præsentium puduit et manum membro imponens ista, quae in proverbium venerunt, verba dixit. Refert autem Ebn-Alcalbius, Ahmirum ben-Zahzaah, quum mortem appropinquantem sentiret, filios, ut mandata daret, advocasse. Hic quum diu tacuisset, eorum unum, qui adessent, eum ad loquendum commovisse his proverbii verbis utentem. conf. prov. 192.

١٨٦ أَنَا النَّذِيرُ الْعُرْيَانُ

186. Ego sum monitor nudus.

Alcalbius talem hujus proverbii originem fuisse narravit. Abu-Duadus poeta, qui Almondsiri ben-Maissemäi vicinus erat, cum viro e gente Albahra oriundo, cui Rakabah ben-Ahmir nomen erat, in oppido Hira rixam contraxerat. Vir ille, quum ab Abu-Duado, ut pacem faceret et foedus juramento confirmaret, petiisset, repulsam tulit, illo coram Almondsiro dicente: Quibusnam rebus gens Ijad vitam degit? Profecto, nisi a gente Bahra res ad vitam sustinendam necessarias acciperet, iam periisset. Quae verba aegre ferens Rakabahus, quum Abu-Duadus tres filios in Syriam mercaturae faciendae causa misisset, genti suae, ut se vindicarent, rem indicavit. Tres igitur illi filios oc-

ciderunt et occisorum capita patri transmiserunt. Abu-Duadus, ut Almondsirum rei certiorem faceret simulque ad ultionem ab iis petendam instigaret, in epulis, ad quæ illum invitaverat, occisi unius caput in scutella proferri iussit, ita regem alloquens.« In tutelam tuam me recepi et vides, quantum mihi malum illatum sit.« Almondsirus quamquam et alter Rakabahus in eius tutela erat, tamen viro satisfacturus, Rakabahum in vincula coniici iussit et quid fieri vellet, interrogavit. Hic, ut duae cohortes Alschahba et Aldausar (cohortes Alnohmani ben-Almondsir fuisse in Kamuso legitur) appellatae contra gentem mitterentur, a rege petiit. Rakabahus vero de gentis periculo certior factus, uxori, ut gentem suam moneret, mandavit. Illa camelo vehens ad suos pervenit, hisce verbis انا النذير العريان »ego sum monitor nudus« eos alloquens, velo enim, ut videtur, ob festinationem tecta non erat. Gens in superiores Syriae regiones secedens fuga salutem petiit. At rex occisorum patrem sexcentis camelis oblatis contentum reddidit. Alius quidam proverbium e more, qui inter Arabes existeret, ut qui hostilem turmam conspexisset, exutis vestibus suis signum facere soleret, ortum esse tradidit. Proverbium autem in omni calamitate subito irruente, ut nullum de re dubium esset, adhiberi dixit.

١٨٧ أَيَّاكِ أَعْنِي وَاسْمَعِي يَا جَارَةُ

187. Te dico et audi o vicina!

Haec verba Sahlus ben-Mahlic Fesarita primum dixisse fertur. Quum in itinere, quo ad Alnohmanum proficisceretur, ad gentem quandam Thajjitarum transiens a principe eius hospitium peteret, principis soror, quia ipse domi non aderat, hospitio petentem munifice excepit. Puellae illius pulcherrimae amore captus et nesciens, quomodo amorem patefaceret, hos, ita ut puella audiret, cecinit versus:

يا أُخْتَ خَيْرِ البَدْوِ والحَضَارَهْ كَيْفَ تَرَيْنَ فِي فَتًى فَزَارَهْ

أَصْبَحَ يَهْوِى حُرَّةً مِعْطَارَهْ إِيَّاكِ أَعْنِى وَٱسْمَعِى يَا جَارَهْ

»O soror optimi viri inter Arabes campestres et oppidanos, quid tibi videtur de iuvene Fesarita, qui feminae ingenuae et aromata semper adhibentis amore captus est? Te dico et audi, o vicina!«

Ex posteriore igitur versu, cuius metrum سريع appellatum est, (conf. lib. meum p. 246.) proverbium desumtum est. In eo adhibetur, qui verbis quae profert, aliam, quam quae verbis inesse videtur, rem significare vult. Conf. Scharaf-Aldin et Samachschar.

١٨٨ أَبِى يَغْزُو وَأُمِّى تُحَدِّثُ

188 Pater meus hostilem incursionem facit et mater mea narrat.

Ibn-Alahrabius narrat: Quum quidam ab incursione hostili domum rediisset et a vicinis de rerum eventu interrogatus esset, uxorem ejus dixisse. »Talis occisus, talis in fugam coniectus, talis vulneratus est.« Tum filium eius admiratione ductum, haec, quae in proverbium cesserint, verba protulisse. In Scharaf-Aldini et Samachscharii libro sic proverbium legitur ابى يغزو وامى تخبر sensu non diverso. In eum dicitur, qui de alius aerumna gloriatur. conf. Schult. prov. Meid. p. 57.

١٨٩ إِنَّمَا هُمْ أَكَلَةُ رَأْسٍ

189. Illi nonnisi caput edunt.

Paucos esse homines significat, ut alimento eorum caput sufficiat. Meid. Djeuh.

١٩٠ أَكَلَهُمُ الشَّيْطَانُ

190. Id Satanas voravit.

Tempore ante Mohammedem vocabulo شيطان Satanas serpens, ut fabula fert, cui nemo resistere poterat, significabatur. Serpentem hunc in templum Meccanum saepius intrasse ibique ipsi occurrentes perdidisse narrant. Proverbium rem, cuius ne vestigium quidem superest, indicat.

١٩١ إِنَّمَا هُوَ شَيْطَانٌ مِنَ الشَّيَاطِينِ

191. Ille Satanas ex Satanarum numero est.

Hominem fortem, alacrem designat.

١٩٢ إِلَيْكَ أُنْزِلَتِ الْقِدْرُ بِأَحْنَائِهَا

192. Ad te demissa est olla cum lateribus suis.

Proverbium hoc eundem fere sensum, quam quod Nr. 185. dictum fuit, praebet.

١٩٣ الْأَمْرُ يَعْرِضُ دُونَهُ الْأَمْرُ

193. Res est, cui altera res, ne attingatur, obstat.

Proverbium, adesse impedimenta, significat. Loco vocis يعرض legitur يحدث »evenit.« Sic Scharaf-Aldin et Samachschari.

١٩٤ إِحْدَى عَشِيَّاتِكَ مِنْ نَوْكَى قَطَنْ

194. Una vesperarum tuarum a stultis Kathani.

Gens Kathani ben-Nahschal ben-Darem Ahalschali stultitia insignis erat. Fieri potest, ut cameli eius, qui haec verba diceret, ab iis noxa affecti essent, quapropter proverbio de iis uteretur. Simile autem est aliud proverbium احدى ليالبك من ابن لحر »Una noctium tuarum ab Ibn-

Horre et احدى ليـاليك فهميسى „Una noctium tuarum et incede!“ (conf. prov. 118). Proverbio autem est metrum Redjes appellatum. conf. libr. meum p. 231.

أَحَدُ حِمَارَيْكِ فَازْجِرِى ١٩٥

195. Unus asinorum tuorum duorum; abige igitur, o femina.

In eo viro proverbio utuntur, qui in rem eum non spectantem incumbit.

إِحْدَى عَشِيَّاتِكِ مِنْ سَقْيِ ٱلْإِبِلْ ١٩٦

196. Una vesperarum tuarum, qua camelis aqua hauritur.

Proverbio hoc in hominem, qui opere fatigatus est, utuntur. Metrum proverbii est Redjes appellatum. conf. libr. meum p. 231. conf. Schult. prov. Meid. p. 163.

أَخَذُوا فِى وَادِى تُولَةْ ١٩٧

197. Abierunt in vallem stuporis.

Eodem sensu احذوا فى وادى تضلل dicunt i. e. In periculum, unde exitus non est, inciderunt. In Kamuso autem وادى تضلل vocabulo الباطل vanum explicatum est; tum ibidem legitur وقعوا فى وادى توله „Inciderunt in vallem stuporis.“ Vallis stuporis cognomen exitii est.

أَخُوكَ أَمِ الذِّئْبُ ١٩٨

198. Num frater tuus est, an lupus?

Vir, quocum amicitiam contraxisti, lupo similis est, ne igitur fidem ei habe! In re dubia adhibetur, quum nocte ob-

scura unus ab altero distingui non potest. Simile est. أَبِكَ أَمَّ بِالذِّئْبِ »Num per te an per lupum"? Conf. prov. 249. Harir. p. ٣٨٣. Scharaf-Aldin.

١٩٩ أَدَّى قِدْرًا مُسْتَعِيرُهَا

199. Reddidit ollam, qui eam mutuatus erat.

In eum dicitur, qui sibi praestanda praestat, quemadmodum is, qui mutuo acceptam ollam reddit, officio suo satisfacit.

٢٠٠ إِذَا كَوَيْتَ فَأَنْضِجْ وَإِذَا مَضَغْتَ فَأَدْقِقْ

200. Quum uris, bene coque, et quum manducas, bene conteras!

Quid agis, bene et diligenter agas! Conf. prov. 102. Proverbium hoc abiecta solummodo littera ج metrum مجتث (conf. libr. m. p. 277.) appellatum haberet, et dubito, num sic proprie efferendum fuerit.

إِذَا كَوَيْتَ فَأَنْضِجْ إِذَا مَضَغْتَ فَأَدْقِقْ
مفاعلن فعلاتن مفاعلن فعلاتن
٥ - ٥ - | ٥ ٥ - - || ٥ - ٥ - | ٥ ٥ - -

٢٠١ إِنَّكَ لَتَمُدُّ بِسُرْمٍ كَرِيمٍ

201. Tu profecto intestinum nobile extrahis.

Vir quidam, sic traditur, qui alvum evacuare aegre ferret, cibo abstinuit, donec vires ei deficiebant. Infirmus autem quum a lupo laceraretur, haec verba mortis momento dixisse fertur. Proverbio autem is describitur, qui res, in quibus nulla gloriae causa est, gloriatur. Loco vocis بسرم „intestinum" legitur بشلو membrum.

٢٠٢ إِنَّكَ مَا وَخَيْرًا

202. Tu et bonum.

Proverbium, bono et re optata potiturum esse quendam, annunciat. Accusativum vocabuli وخيرا sic explicant, ut suppleatur مجموعان »tu et bonum eritis coniuncti.« Vocabulum ما superfluum est.

٢٠٣ إِنَّ ٱلْهَوَى يَقْطَعُ ٱلْعَقَبَةَ

203. Amor montis iugum superat.

Amor efficit, ut molestias patienter perferamus. conf. prov. 16. Quod si العقبة enuncias, proverbium ad metrum Basith referri potest. conf. libr. meum p. 194.

٢٠٤ إِنَّ فِي مِضٍّ لَسِبَمًا

204. In vocabulo مِضٍّ est signum.

Vocabulo مِضٍّ, cui لا non significatio est, neque res conceditur, neque recusatur, quapropter alter proverbii legendi modus est ان فى مض لمطمعا »In vocabulo مض profecto desiderium est.« Et legitur لطمعا. Qui dubitant, num rem perficere possint, proverbio hoc utuntur. Proverbium hemistichium versus metri Raml appellati esse videtur. conf. libr. meum p. 239. conf. Scharaf-Aldin.

٢٠٥ إِنْ تَنْفِرِي لَقَدْ رَأَيْتِ نَفْرَا

205. Si pavida aufugis, profecto iam fugiendi causam conspexisti.

Camelam alloqui videtur. In eo adhibetur proverbium, qui ex re revera timenda timorem concepit. Vocabulum نفر a quarta coniugatione significationem accepit, ut id sit.

quod ad fugam incitat. seu fugae causa. Proverbium versus est, qui ad metrum Sarih appellatum pertinet. conf. libr. meum p. 246.

٢٠٦ إِنْ لَمْ يَكُنْ وِفَاقٌ فَفِرَاقٌ

206. Quod si non est consensus, tum separatio.

In Scharaf-Aldini libro loco vocis وفاق legitur وماق mutuus amor. Proverbii huius origo Ahmiro ben-Althsarib Alahdwani adscribitur. Filiam suam patrueli in matrimonium dederat. Quae quum post aliquot menses a marito verberata ad patrem confugeret, hic patrueli dixit يا بنى ارفع عصاك عن بكرتك تسكن فان كانت نفرت من غير ان تنفر فهو الداء الذى لا دواء له وان لم يكن وماق فتجيل الفراق والخلع احسن من الطلاق ولن نسلبك اهلك ومالك ثمر رد عليه الصداق وفرق بينهما وهو اول خلع كان فى العرب „O fili mi, tolle baculum tuum a iuvenca tua, et ea tranquilla erit, nam si fugit ad fugam non adacta, hic morbus est non curabilis. Si non est mutuus amor, celeriter fiat separatio, nam dimissio simplex melior est quam divortium. Non tibi diripiemus et uxorem tuam et opes tuas. Tum ei dotem reddidit eosque separavit. Haec autem prima fuit hoc modo uxoris dimissio inter Arabes. Scharaf-Aldin. Proverbii sensus est: Quod si homines inter se non consentiunt, separandi sunt.

٢٠٧ إِنِّي مُنَثِّرٌ وَرِقِي فَمَنْ لَشَآءَ أَبْقَى وَرِقَهُ

207. Spargo nummos meos et si quis vult, nummos suos conservet!

Viri duo quum inter se gloria certarent, alterum epula instruxisse, alterum autem quum homines ad epula convenissent, nummos sparsisse, narrant. Factum est, ut epula deserentes nummos colligerent. Calliditatem proverbium designat. Meid.

٢٠٨ أَوَمَرِنًا مَا أُخْرِى

208 Num consuetudinem aliam (tenuit.)

Meidanius verba explicans ellipsin admittit, ut responsum ei datum sit, qui rem haud probatam protulerit et cui fides non habeatur. Accusativi causam in verbo اخذ cepit omisso vidit i. e. »vel consuetudinem aliam, quam tu dixisti, tenuit.« Rem autem aliter se habere, ac dicta fuit, proverbium significat. Femininum اخرى coniunctum est cum vocabulo مرنا, quod significationem vocis عادة consuetudinis, quae est generis feminini, habet. Meid. Adhibetur, quum quis rem omnino necessariam peragere iubetur. Scharaf-Aldin. Samachschari.

٢٠٩ أَهْلَكَ وَٱللَّيْلَ

209. Familiam tuam (reminiscaris) et noctem (caveas)!

Proverbio hoc cautionem commendant. Alii alio modo proverbium explicant; sed sensus idem manet. Scharaf-Aldin. Samachschari. conf. Erpen. Cent. 2, 99.

٢١٠ إِنَّكَ لَا تَجْنِى مِنَ ٱلشَّوْكِ ٱلْعِنَبْ

210. Tu ex rubis uvas non colliges.

Proverbium hoc Actamo tribuitur. Monet, ne quis iniuste agat, quum ex arbore iniustitiae dulces fructus colligi non possint. Dixit poeta

إِذَا وَتَرْتَ ٱمْرَءً فَٱحْذَرْ عَدَاوَتَهُ مَنْ يَزْرَعِ الشَّوْكَ لَا تَحْصُدْ بِهِ عِنَبَا

„Quum virum iniuria afficis, eius inimicitiam cave!“ Qui spinas serit, ex iis uvas non colliget.“ Proverbium hemistichium metri Redjes est. conf. libr. meum p. 230.

٢١١ إِنَّكَ بَعْدُ فِي ٱلْعَزَازِ فَقُمْ

211. Tu post in terra dura eris, surge igitur!

Proverbium, aliquem nondum omnino rem absolvisse neque ad interiores rei partes pervenisse, indicat; terra enim dura in fine regionis est. Comparatur autem cum eo, qui in finibus regionis subsistit putans, se iam ad interiores partes pervenisse. Cohortantis igitur sunt verba. Est autem hemistichium metri Sarih appellati. conf. libr. meum p. **244**.

٢١٢ إِنَّمَا يُضَنُّ بِٱلضَّنِينِ

212. Nonnisi ei adhaeretur, qui aliis adhaeret.

Necesse est ut, qui tibi fraterno amore adhaereat, ei adhaereas. Harir. p. **36**. Dixit poeta

فَيَا شِمَالِي رَوِّحِي يَمِينِي وَإِنْ كَرِهْتِ عِشْرَتِي فَبِينِي

فَإِنَّمَا يُضَنُّ بِٱلضَّنِينِ

„Et o sinistra mea manus! quiescere sine dexteram meam, et si a consortio meo abhorres, separa te, nam nonnisi ei homines adhaerent, qui aliis adhaeret.“

Metrum est Sarih appellatum. conf. l. meum p. **246**. Scharaf-Aldin.

٢١٣ إِذَا أَخَذْتَ عَمَلًا فَقَعْ فِيهِ فَإِنَّمَا خَيْبَتُهُ تَوَقِّيهِ

213. Quando opus tibi faciendum sumsisti, id aggredere forti animo; nam si metuis, non perficitur.

Proverbium, ut, qui opus inceperit, ei fortiter incumbat, hortatur. Sunt versus metri Sarih appellati. conf. libr. meum p. **246**.

٢١٤ إِذَا تَوَلَّى عَقْدَ شَيْءٍ أَوْثَقَ

214. Quando rem nectere iussus est, firmum facit nodum.

Prudentiam et diligentiam in rebus adhibet. Est versus metri Sarih. conf. l. m. p. 246. vel potius e metro Redjes abbreviatum est; cecinit enim poeta

وَمَا عَلَيْكَ أَنْ تَكُونَ أَزْرَقَا إِذَا تَوَلَّى عَقْدَ شَيْءٍ أَوْثَقَا

»Quid autem est, quod sis caeruleus (hostis). Quando ligandae rei praeficitur, firmiter ligat.«

Conf. Scharaf-Aldin, Samachschari.

٢١٥ أَوَّلُ الْعِيِّ الْاِخْتِلَاطُ

215. Primum indicium eius, quod quis rem expedire aut respondere nequit, ira est.

Quum is, quem allocutus es, irascitur, hoc eum tibi respondere non posse, indicat i. e. aut re vera ira impedit, quominus respondere possit aut qui respondere nequit, iram ostendit. Scharaf-Aldin. Samachschari.

٢١٦ أَوَّلُ الْحَزْمِ الْمَشُورَةُ

216. Initium prudentiae cautae est consultatio.

Proverbium hoc Actsamo ben-Zaifi adscribitur. Enunciatur vox المشورة aut Almaschurah aut Almaschwera. Si priorem enunciandi modum admittis, est hemistichium metri Raml appellati conf. l. c. p. 238, sin posteriorem sequeris, metrum Chafif appellatum est. l. c. p. 263.

٢١٧ أَنَا دُونَ هٰذَا وَفَوْقَ مَا فِي نَفْسِكَ

217. Ego minor sum, quam hoc (quod dicis) et maior, quam quod cogitas.

Chalifa Ahlius verba haec viro dixisse dicitur, qui eum simulata admiratione laudaret.

٢١٨ إِيَّاكَ وَأَنْ يَضْرِبَ لِسَانُكَ عُنُقَكَ

218. Cave, ne lingua tua collum tuum amputet.

Cave, ne verba tibi perniciosa loquaris.

٢١٩ أَيْنَمَا أُوجِهْ أَلْقَ سَعْدًا

219. Quo me converto, ibi Saahdo occurro.

Aladbathus ben-Koraih gentis suae princeps iniuria a suis adfectus quum ad aliam gentem se contulisset, et ibi eandem erga principem agendi rationem vidisset, haec verba protulit. Sic quoque refertur فى كل ارض سعد بن زيد »In omni terra Saahdus ben-Said est.“

٢٢٠ إِنَّكَ لَتَحْسِبُ عَلَى الْأَرْضَ حِيصًا بِيصًا

220. Tu putas, terram mihi esse angustam.

Tu calamitates effugere me non posse putas. Legitur quoque حيص بيص haiza baiza vel haizi baizi.

٢٢١ اِسْتَأْهِلِى اهَالَتِى وَأَحْسِنِى إِيَالَتِى

221. Cape tu (o femina) adipem meam, et res meas bene administra!

Vocabulo اهالة »adeps« optima opum pars significatur. i. e. fruere opibus meis, si curam rerum mearum habes. Metrum versus est Redjes appellatum conf. l. m. p. 231.

٢٢٢ أُلْتُ اللِّقَاحَ وَإِبِلَ عَلَّى

222. Camelos administravi, et me alius administravit.

Verba haec mulier dixisse narratur, quae primum aliorum camelos pascebat, tum ipsa camelos possidebat. Fieri potest, ut proverbii sensus sit conf. C. 21, 59. Se experientiam habere et dominae et servae, aut fortunam conditionem suam mutasse.

٢٢٣ أَنْتَ مِمَّنْ غُدِّيَ فَأُرْسِلَ

223. Tu unus ex iis es, qui matutino cibo excepti et tum dimissi sunt.

In legendo proverbio codices non omnino consentiunt. Codex meus habet غذى »nutritus fuit« codd. L. B. غدى »cibo matutino cibatus fuit« cod. Pocockianus غدا »Mane venit.« In cod. Pocockiano in margine Schultensius adscripsit, codicem 194 habere عذّى, qui est vitiosus legendi modus. Proverbii sensus esse videtur: tua nobis origo ignota est, quemadmodum eius originem nescimus, qui matutino cibo exceptus, et tum mox dimissus est. In eo utuntur proverbio, qui interrogans de sua origine responsum rectum non accipit.

٢٢٤ أَنْتِ الْأَمِيرُ فَطَلِّقِي أَوْ رَاجِعِي

224. Tu princeps es, repudia igitur (o femina) aut repudiatam iterum domum deduc.

Proverbium potestatis confirmandae sarcasmum continet, quum repudiare in feminae potestate positum non sit. Hemistichium metri Camil dicti est. conf. l. m. p. 211.

٢٢٥ إِذَا حَرٌّ أَخُوكَ فَكِلْ

225. Si frater tuus ingenuus est, fiduciam habe!

In fratre fiducia ponenda est. In codicibus, Pocockiano et Berolinensi حز, in meo حر legitur. In codice Lugdunensi scriba vocem spatio vacuo omisit. Lectioni حز sensus inesse potest: »si frater tuus dissecat, ede!«

٢٢٦ إِمَّا عَلَيْهَا وَإِمَّا لَهَا

226. Aut contra eam (animam) aut pro ea.

Periculum, sive peris sive salvus evadis, subeundum est. Suffixum vero ها ad animam نفس referendum est.

٢٢٧ إِنَّهُ لَرَابِطُ الْجَأْشِ عَلَى الْأَعْبَاشِ

227. Firmo est animo praeditus in noctibus.

Fortis in periculis proverbio describitur.

٢٢٨ إِمَّا خَبَّتْ وَإِمَّا بَرَكَتْ

228. Aut currit aut in terram decumbit.

De camelo verba intelligenda in virum translata sunt, qui semper mutans agendi rationem, tum in bene, tum in male agendo ad extremum pervenit.

٢٢٩ إِنَّهُ مَاعِزٌ مَقْرُوظٌ

229. Pellis caprina est foliis arboris Salam appellatae concinnata a coriario.

Vir perfectus prudentia et consilio est.

٢٣٠. إِنَّ أُضَاخًا مَنْهَلٌ مَوْرُودُ

230. Odhachus (locus) locus est, quo multi aquatum perveniunt.

Proverbio vir beneficientia inter homines clarus, ut multi eum adeant, designatur, Scharaf-Aldin.

٢٣١ أَمْرَأً وَمَا ٱخْتَارَ وَإِنْ أَبَى إِلَّا ٱلنَّارَ

231. (Relinque) virum et id quod elegit, nam nil nisi ignem (inferni) petit.

Proverbium eum fugere hortatur, qui adhortationes tuas reiicit. In initio proverbii دَعْ relinque supplendum est. إِنْ hoc loco idem est, quod ما non.

٢٣٢ أَنْتَ فِي مِثْلِ صَاحِبِ ٱلْبَعْرَةِ

232. Tu es ei similis, in quem stercus coniiciebatur.

Scharaf-Aldinus et Samachscharius proverbium sic adnotaverunt انت كصاحب البعرة. Cuidam incidisse narrant suspicionem de hominibus et, ut verum cognosceret, eos congregasse. Tum stercus eum sumsisse dicentem: in eum, qui mihi in suspicione est, hoc coniicio. Quod quum audivisset is, ad quem re vera suspicio pertineret, eum retrocessisse timentem, ne stercore coniecto cognosceretur. Proverbium eum significat, qui de se rem patefacit.

٢٣٣ أَخُو ٱلْكَظَائِظِ مَنْ لَا يَسْأَمُهُ

233. Frater difficultatis negotii est, qui eam non fastidit (ab ea non recedit.)

In viro proverbium adhibent, qui, ut aliis adversetur, instigatur. Vocabulum كَظَاظ proprie significat, virum magno cum studio proelio se immiscere. Dicitur quoque بينهم كظاظ »Inter eos difficultas negotii seu malum est.«

٢٣٤ أَنْتَ لَهَا فَكُنْ ذَا مِرَّةٍ

234. Tu ei (bello) es (natus); sis igitur fortis!

Suffixum ها ad bellum لِلْحَرْبِ referendum est.

٢٣٥ إِنْ لَمْ أَنْفَعْكُمْ قَبَلًا لَمْ أَنْفَعْكُمْ عَلَلًا

235. Quod si vobis primo, quem offero, potu utilis non sum, vobis, quum alterum potum porrigo, utilitatem non afferam.

Quod si vobis initio utilis non sum, in fine nulli quoque vobis commodo ero.

٢٣٦ إِنَّ ٱلْعِرَاكَ فِي ٱلنَّهَلِ

236. Conflictus est, quum prima vice (cameli) potant.

Cameli siti nondum sedata, ut propius ad aquam accedant, se invicem premunt. Adhortatio proverbio inest. Quum rixae initium vehemens sit, caveatur.

٢٣٧ إِنَّ ٱلْهَزِيلَ إِذَا شَبِعَ مَاتَ

237. Emaciatus, quando satiatur, moritur.

In eum, qui dives factus, insolentem et superbum se hominibus praebet, dicitur.

٢٣٨ أَمِرْ فَاتَكَ فَارْتَحِلْ شَاتَكَ

238. Res te fugit; ove tua igitur veharis!

Quod si quis interrogantem rem celare cupit, hoc proverbio uti potest; significat enim, ut ove vehi non potes, sic rem quaesitam non attinges.

٢٣٩ الى ذٰلِكَ مَا أُوْلَادُهَا عِيسٌ

239. Ad id, quando pulli eorum (camelorum) admissarii albi erunt.

In eum, qui rem, quam promittit, in tempus serius differt, quadrat. ذاك in codice L. vel, ut in codicibus P. B. et meo est, ذلك rem promissam designat et ما tempus indicat. Quod vero vocabulo عيس admissariorum significationem tribui, ea causa adductus feci, quod verbo عاس inivit camelam significatio inest.

٢٤٠ اِلَى ذَاكَ مَا بَاضَ الْحَمَامُ وَفَرَّخَا

240. Ad hoc (pervenies), quando columbae ova posuerunt et pullos exclusserunt.

Similem sensum quam praecedens proverbium praebet. Hemistichium metri Thawil est. conf. libr. m. p. 161.

٢٤١ إِنْ كُنْتِ عَضْبَى فَعَلَى هَنِكِ فَاعْضَبِى

241. Quod si irata es, vulvae tuae culpa est; irascaris!

Puella stuprum passa erat. Quae quum patrem alloquens dixisset. »Ego irata sum« et tum patri interroganti, quare? respondisset, quod gravida sum, pater proverbii verbis utens, eam commerere culpam, significare voluit. Simile est proverbium C. XXVIII, 17.

٢٤٢ أَنَا أَشْغَلُ عَنْكَ مِنْ مَرْضِعِ بَهْمٍ سَبْعِينَ

242. Magis occupatus sum, ut tui curam non habeam, quam is, qui septuaginta agnos lactat.

Quam maxime occupatum esse hominem significat. (Hoc Pocockius non habet.)

٢٤٣ أَخُو الظَّلْمَاءِ أَعْشَى بِاللَّيْلِ

243. Frater obscuritatis nocte caecus est.

In eum dicitur, qui argumentum haud rectum adferens ex re, in quam incidit, se expedire nequit, neque enim aliter fieri potest, quum ut, qui in loco obscuro versetur, caeco similis sit, quia non cernit.

٢٤٤ إِنْ كُنْتَ عَطْشَانَ فَقَدْ أَنَى لَكَ

244. Si tu sitibundus es, iam tibi tempus est.

Si vindictae cupidus es, ulciscendi tempus adest.

٢٤٥ إِنَّ أَخَا الْعَزَّاءِ مَنْ يَسْعَى مَعَكْ

245. Frater infausti anni is est, qui tecum it.

Qui in infortunio te non deserit, frater tuus est. Metrum proverbii Redjes est. conf. libr. m. p. 231.

٢٤٦ أَنْتَ مِنِّي بَيْنَ أُذْنِي وَعَاتِقِي

246. Tu locum inter aures meas et humerum meum occupas.

Tu apud me in summo dignitatis loco es.

٢٤٧ إِنَّ مِنَ الْيَوْمِ آخِرَهْ

247. Diei huic extrema pars est.

In eum, qui segnis habetur, dicitur. Vituperatus enim,

quod tempus agendi dimiserit, his verbis respondere solet, quibus se extrema diei parte rem perfecturum esse, promittit.

٢٤٨ إِبِلِي لَمْ أَبِعْ وَلَمْ أَهَبْ

248. Cameli mei sunt, neque eos vendidi neque dono dedi.

De iniusto, qui de re ipsi prorsus aliena tecum litigat, adhibetur. conf. Schult. prov. Meid. p. 47.

٢٤٩ إِلَّا تَلِدْ يُولَدْ لَكَ

249. Si tu filios non gignis, tibi gignitur.

De eo, qui rem sibi noxiam tractat, adhibetur, ut qui viduam, cui sunt filii, in matrimonium duxit, ab illis bonis privatur.

٢٥٠ إِنَّ لِلْحُسْنِ شَقْوَةً

250. Pulchritudo est miseria.

Vir ob corporis pulchritudinem superbus et arrogans molestiam inde trahit, aliisque odio erit.

٢٥١ إِنَّهَا ٱلْإِبِلُ بِسَلَامَتِهَا

251. Hi sunt cameli cum incolumitate sua.

Gens quaedam proficiscens, sic narratur, in domo omnino emaciatum, ut surgere non posset, cameli pullum reliquerat. Hyaena, quae eum ceperat, spe eius postea potiundi freta pabulatum eum dimisit. At vero pullus quum pabulo saginatus hyaenae spem omnino fefellisset, haec in ista verba erupit. Proverbio, virum a nobis contemtum contemtu dignum non fuisse, declarant.

٢٥٢ أَخُوكَ أَمِ ٱللَّيْلُ

252. Num (res apparens) frater tuus est, an nox (i. e. noctu apparens res)?

Dubiam esse rem noctu, hoc significat. conf. prov. 194.

٢٥٣ إِنَّهَا مِنِّي لَأَصِرَّى

253. Hoc mihi profecto propositum firmum est.

Suffixum ها ad vocem omissam يمين »iuramentum« aut عزيمة »propositum« referendum esse ducunt. Vocabulum صرى et اصرى vario modo enunciatur. conf. lex. meum.

٢٥٤ أَنْتَ عَلَى ٱلْمُجَرَّبِ

254. Tu es super experto.

Tu mox experientia edoctus rem optime scies, ne igitur interroges! Scharaf-Aldin.

٢٥٥ إِنَّكَ لَوْ صَاحَبْتَنَا لَمَذِحْتَ

255. Tu si nobiscum fuisses, intertrigines haberes.

Vir molestiam expertus alteri haec verba dicit indicaturus, eum, si socius fuisset, easdem molestias perpessurum fuisse.

٢٥٦ إِنَّكَ لَتَنْكِرُ ٱلْحَزَّ وَتُخْطِئُ ٱلْمَفْصَلَ

256. Tu multum secas et artuum compagines non attingis.

Eum, qui multo cum studio et labore rem aggressus, rectum non invenit modum eamque ob causam rem non perficit, designat proverbium.

٢٥٧ إِنَّكَ لَتَحْدُو بِجَمَلٍ ثَقَالٍ وَتَتَخَطَّى إِلَى زَلِقِ ٱلْمَرَاتِبِ

257. Tu canendo propellis camelum tardum, et adscendis in locum lubricum.

Eum, qui in duplicem molestiam incidit, significat.

٢٥٨ إِنَّهُ لَحَوُلٌ قُلَّبٌ

258. Multum versatilis est.

Multum astutus est, quoquoversum et quovis modo se convertens et res, quas suscipit, quoquoversum vertens. Dicitur quoque حولىّ قلبى et حولىّ قلب teste Kamusi auctore. conf. Scharaf-Aldin, Samachschar.

٢٥٩ أَكْلٌ وَحَمْدٌ خَيْرٌ مِنْ أَكْلٍ وَصَمْتٍ

259. Esus et laus melior est, quam esus et silentium.

Qui tibi benefecit, eum laudes.

٢٦٠ إِنَّمَا تَغُرُّ مَنْ تَرَى وَيَغُرُّكَ مَنْ لَا تَرَى

260. Si decipis quem vides, te decipiet is, quem non vides.

Si erga homines male agis, deus te punibit. Alius vero proverbii legendi modus exstat, تعز et يعزك »Si eum quem vidis, vincis, te is, quem non vides, vincet.« Simile quid in Alcorano (In fine Surae الطارق inscriptae).

٢٦١ إِنْ تَعِشْ تَرَ مَا لَمْ تَرَهُ

261. Si vivis, id, quod non vidisti, videbis.

٢٦٧ أَوَّلُ ٱلشَّجَرَةِ ٱلنَّوَاةُ

267. Initium arboris nucleus est.

E re parva magna provenit. conf. Scharaf-Aldin. Samachschar. Gol. Adag. 1.

٢٦٨ آفَةُ ٱلْعِلْمِ ٱلنِّسْيَانُ

268. Pestis scientiae est oblivio.

Conf. Schult. prov. Meid. p. 7.

٢٦٩ آفَةُ ٱلْمُرُوَّةِ خُلْفُ ٱلْمَوْعِدِ

269. Pestis virtutis est contrarium promissi.

Huiusce proverbii auctor Auhfus Alcalbi fuisse traditur. Conf. Schult. prov. Meid. p. 7.

٢٧٠ أَكَلَ رَوَقَهُ

270. Edendo consumsit dentes suos longos.

Grandaevus est.

٢٧١ أَلْفُ مُجِيزٍ وَلَا غَوَّاصٌ

271. Mille portitores et non unus urinator.

Duas res significat, quarum una facilis, altera valde difficilis est. مجيز autem is est, qui traducit aut fluvium aut mare.

٢٧٢ الْإِيْنَاسُ قَبْلَ الْإِبْسَاسِ

272. Mansuefacias, antequam demulces.

Adulationem, ut re potiamur, adhibendam esse designat.

Meid. Vocabulum ابساس significat id, quod mulgens, ut demulceat inter mulgendum camelam, بس بس Bes Bes dicit. Proverbium, re a camela in hominem translata, dicit: si vis ex aliquo demulcendo rem, quam desideras, capere, eum tibi antea mansuefacias, necesse est. Hortatur igitur, ut in petenda re blanditias adhibeamus. Scharaf-Aldin.

٢٧٣ اِذَا نَصَرَ ٱلرَّأْىُ بَطَلَ ٱلْهَوَى

273. Quum consilium iuvat, cupido irrita est.

Monet, ut prudentia et consilio in rebus utamur, neque cupiditates sequamur.

٢٧٤ إِنَّا لَنَكْشِرُ فِي وُجُوهِ أَقْوَامٍ وَإِنَّ قُلُوبَنَا لَتَقْلِيهِمْ

274. Arridemus hominibus, et in animis nostris odio eos habemus.

Loco vocis لتقليهم legitur لتلعنهم »Profecto eos devovimus.« Secuti sumus lectionem cod. P. et B.; codex L. لنكثر et noster لنشكر habet, id quod scribae vitium esse putandum est. Proverbium hortari videtur, ut odium erga homines animo abscondamus. His verbis Abu-l'Derda usus esse dicitur.

٢٧٥ إِنَّهُ لَعُضْلَةٌ مِنَ ٱلْعُضَلِ

275. Infortunium est e numero infortuniorum.

De homine pernicioso adhibetur.

٢٧٦ إِنَّهُ لَذُو بَزْلَاءَ

276. Forti animo et consilio praeditus est.

٢٧٧ إِنَّكَ لَا تَسْعَى بِرِجْلِ مَنْ أَبَى

277. Tu pede eius, qui nolit, non curres.

Adhibetur, quum frater tuus tibi auxilium ferre recusat. Hemistichium metri Redjes est. conf. l. m. p. 230.

٦٧٨ إِنْ كُنْتَ ذُقْتَهُ فَقَدْ أَكَلْتَهُ

278. Si tu id gustavisti, ego id iam edi.

De viro experientia rerum omnino subacto proverbium adhibent. Est hemistichium metri Redjes conf. l. m. p. 230.

٢٧٩ إِيَّاكَ وَالبَغْيَ وَإِنَّهُ عِقَالُ النَّصْرِ

279. Cave iniustitiam, nam victoriae vinculum est (retinet a te victoriam).

Verba haec Mohammedes ben-Sobaidah viro, quem exercitus sui ducem creaverat, dixisse fertur.

٢٨٠ إِنَّهَا لَيْسَتْ بِخُدْعَةِ الصَّبِيِّ

280. Haec (res) deceptio pueri non est.

Principem Ahlium misisse dicunt Djerirum ben-Ahbd-Allah Albadjali ad Moahwijjam, ut ab eo obsequii iuramentum posceret. Hic quum urgeret, Moahwijja haec dixit verba significaturus, rem non esse parvi momenti, ei similem, qua puer, ut sugere desinat, decipiatur. Moram sibi igitur concedendam esse.

٢٨١ إِنْ لَمْ تَغُضَّ عَلَى الْقَذَى لَمْ تَرْضَ أَبَدًا

281. Si festucam patienter non fers, nunquam contentus eris.

Patienter ut ferantur iniuriae, a fratribus nobis illatae, monet. Vox غضّ significat: visum depressit, tum toleravit rem eam quasi non videns.

٢٨٢ إِنْ كُنْتَ فِي قَوْمٍ فَاحْلُبْ فِي إِنَائِهِمْ

282. Si in gente versaris, vasibus eius lac immulge.

Cum iis, quibuscum vivis, consentias. Eandem regulam dedit poeta versu

اذا كُنْتَ فِي قَوْمٍ عِدًى لَسْتَ مِنْهُمْ فَكُلْ مَا عُلِفْتَ مِنْ خَبِيثٍ وَطَيِّبِ

»Quum in gente peregrina, in qua natus non es, degis, ede pabulum, quod tibi porrigunt, sive turpe, sive bonum sit.«

Metrum est Thawil conf. l. m. p. 162.

٢٨٣ اِذَا اَتْلَفَ النَّاسُ أَخْلَفَ الْيَاسُ

283. Quum perdidit Alnasus, reparavit Aljasus.

Alnasus erat vir, qui Kaisus ben-Aihlan ben-Modhar appellabatur. Fratre اليس Elias appellato utebatur. Nomen autem hoc rhythmi causa mutarunt. Proverbium significat, quendam impediri, quominus rem assequatur. Meid.

Scharaf-Aldinus libro citato clarius proverbium explicavit. Alnasi consuetudo erat, sic refert, perdendi; Aljasi autem reparandi, ut quae ille corrupisset, hic repararet. Est autem proverbium vetus, quod in eum adhibetur, qui reparat, quod alter perdidit.

٢٨٤ اِذَا جَاءَ الْقَضَاءُ ضَاقَ الْفَضَاءُ

284. Quum mortis tempus adest, amplus campus angustus est.

De hoc conf. cl. Fleischeri libr. Alis hundert Sprüche p. 89. ubi legitur اذا جاء القضاء ضاق الفضاء »Quum venit etc.«

٢٨٥ إِذَا ظَلَمْتَ مَنْ دُونَكَ فَلَا تَأْمَنْ مِنْ عَذَابِ مَنْ فَوْقَكَ

285. Si te inferiorem injuria afficis, ne sis securus de poena te superioris.

٢٨٦ إِلَّا أَكُنْ صَنَعًا فَإِنِّي أَعْتَثِمُ

286. Quod si manibus solers non sum, at vero leviter consuo.

In codicibus B. L. P. legitur اعتثم; in meo اعتثمت, in codice Scharaf-Aldini ان لا يكن صنعا فانه يعتثم »Si artifex non est; sed rudi modo quamquam non firmiter consuit.« i. e. etsi tibi non omnino satisfacere potest, tamen pro facultate sua satisfacere studet.

٢٨٧ إِنَّمَا نَبْلُكَ حِظَاءٌ

287. Sagittae tuae sunt sagittae parvae sine cuspide.

Debilis et impotens es.

٢٨٨ إِنَّهُ لَيُفْرِغُ مِنْ إِنَاءٍ ضَخْمٍ فِي إِنَاءٍ فَعْمٍ

288. Vas grande evacuat in vas plenum.

In hominem, qui beneficiis haud indiget, beneficus est.

٢٨٩ إِنَّ مَعَ الْكَثْرَةِ تَخَاذُلًا وَمَعَ الْقِلَّةِ تَمَاسُكًا

289. In multitudine (exercitus) se mutuo deserunt; in pauco numero invicem cohaerent.

Fieri potest, ut magnus exercitus fugiat, dum singuli singulis opem non ferunt; pauci autem sibi mutuo auxilium praestent.

٢٩٠ إِذَا تَكَلَّمْتَ بِلَيْلٍ فَاخْفِضْ وَإِذَا تَكَلَّمْتَ نَهَارًا فَانْفُضْ

290. Si noctu loqueris, (vocem) deprime et si die loqueris, circumspice.

Caveas, ne, quem celare rem vis, is verba tua audiat. Sunt duo versus metri Sarih, si littera و ante إذا omittitur. conf. libr. m. p. 246.

٢٩١ إِذَا قَامَ جُنَاةُ الشَّرِّ فَاقْعُدْ

291. Quum iniuriam inferentes surgunt, sede.

Similis est alter loquendi modus إذا نزا بكر الشرّ فاقعد »Quum malum tecum irruit, sede.« conf. prov. 171.

٢٩٢ إِنَّ الْمَنَاكِحَ خَيْرُهَا الْأَبْكَارُ

292. Optimae coniuges sunt virgines intactae.

٢٩٣ إِنْ كُنْتَ مُنَاطِحًا فَنَاطِحْ بِذَوَاتِ الْقُرُونِ

293. Quod si cornibus petis, per eos, quibus cornua sunt, pete.

Simile est aliud proverbium زاحم بعود او دع »Preme in loco angusto per annosos camelos aut omnino non fac.« conf. C. XI, 7. Cavendum est, ne rem difficilem haud praeparatus suscipias, ut ei perficiendae impar sis.

٢٩٤ إِذَا صَاحَتِ الدَّجَاجَةُ صِيَاحَ الدِّيكِ فَلْتُذْبَحْ

294. Quum gallina modo galli canit, mactanda est.

Quum poeta Alferasdakus mulieri carmen dicenti verba dixerit, non dubito, quin versus fuerint, nam si unam tan-

tum syllabam longam ex. gr. vocem لِ post الدجاجة inseris, versus est metri **Wafir** appellati. conf. l. c. p. 204.

٢٩٥ إِيَّاكَ وَعَقِيلَةَ ٱلْمِلْحِ

295. Cave margaritam salsae aquae!

Margarità salsae aquae femina pulchra e gente ignobili originem ducens significatur.

٢٩٦ إِذَا جَاذَبَتْهُ قَرِينَتُهُ بَهَرَهَا

296. Quum trahendo contendit cum eo ipsi coniuncta, eam vincit.

Proverbium, nisi fallor, a camelis desumtum est.. Adligatur camela difficilis fune cum altero robusto, ut per eum dometur. Adligata autem initio multum trahere funem solet, donec a robusto victa quieta fit. In homines igitur translata verba virum fortem designant. Hunc vero proverbio sensum inesse puto, quia verbum جاذب trahendo certavit vix de coniuge, (quae quoque significatio voci قرينة inest) dici potest.

٢٩٧ أَنَّهُ لَيَنْزُو بَيْنَ شَطَنَيْنِ

297. Ille (equus) assilit inter duos funes.

Ab equo, qui duobus funibus ab utroque latere retentus in medio currit, in hominem, qui ab utroque latere captus est, transfertur. Dicitur de eo, qui utrimque difficultatibus obsidetur et se liberum putat.

٢٩٨ إِذَا قُلْتَ لَهُ زِنْ طُؤْطَأَ رَأْسَهُ وَحَزِنْ

298. Quum tu ei dicis, pondera, caput demittit affectus tristitià.

Avarus describitur. Proverbio homoioteleuton est.

٢٩٩ اِذَا رَآنِى رَأَى ٱلسِّكِّينَ فِى ٱلْمَآءِ

299. Quum me videt, cultrum in aqua videt.

Multum me timet.

٣٠٠ أُمُّ ٱلْجَبَانِ لَا تَفْرَحُ وَلَا تَحْزَنُ

300. Mater timidi neque laeta est neque tristis.

Quoquo se convertit, mater eius neque ob periculum aut mortem tristitia neque ob eius fortitudinem et praeclara facta gaudio afficitur. In vituperanda timiditate adhibetur. Scharaf-Aldin. In meo codice proverbium non legitur.

٣٠١ أُمُّ ٱلصَّقْرِ مِقْلَاةٌ نَزُورٌ

301. Mater avis carnivorae semel tantum parit parum prolifera.

Res pretiosas admodum paucas esse indicat proverbium. Alahbbasus ben-Merdas haec verba dixisse narratur.

٣٠٢ أُمُّ قُعَيْسٍ وَأَبُو قُعَيْسٍ

كِلَاهُمَا يُخْلَطُ خَلْطَ ٱلْحَيْسِ

302. Mater Koaihsi et pater Koaihs; uterque mixtus est, quemadmodum miscetur cibus Hais.

Vir quidam Abu-Koaihs cognominatus eiusque uxor pravam agendi rationem sequebantur et alter in alterius scelere connivebat. Qui autem sit proverbii sensus, non liquet. Comparatio instituta est inter istos homines et cibum Hais appellatum. Significationem vocabuli حيس describens scholiastes dixit الحيس عند العرب التمر والسمن

والاقط غير مختلط كما قال الراجز

التَّمْرُ وَٱلسَّمْنُ جَمِيعًا وَٱلْأَقِطْ لِلْحَيْسِ إِلَّا أَنَّهُ لَمْ يَخْتَلِطْ

»Cibus Hais appellatus confectus est dactylis, butyro et lacte schisto non mixtis, quemadmodum poeta metro رجز cecinit:

Dactyli, butyrum simul et lac schistum sunt cibus Hais; nisi quod id non mixtum fuit.«

Nisi me omnia fallunt, tam poetae quam interpretis opinio est, illas tres res, nonnisi quum mixtae sint, Hais nomen accipere. Multum autem, si lexicis fides est habenda, quum illae res subigendo inter se misceantur, proverbii sensus esse videtur, tam virum illum quam mulierem turpissimam agendi rationem sequentes cum aliis pluribus modo illarum rerum multum permisceri, ut stuprum indicetur.

٣٠٣ إِذَا أَتَاكَ أَحَدُ الْخَصْمَيْنِ فَقَدْ فُقِئَتْ عَيْنُهُ
فَلَا تَقْضِ لَهُ حَتَّى يَأْتِيَكَ خَصْمُهُ فَلَعَلَّهُ قَدْ
فُقِئَتْ عَيْنَاهُ جَمِيعًا

303. Quum unus adversariorum, cuius unus oculus erutus est, ad te venit, non statim in eius favorem iudicium feras, donec alter adversarius advenit; fieri enim potest, ut hic duos oculos erutos habeat.

Proverbium tanquam omnibus notum Almondsarius adtulit.

٣٠٤ أَوَّلُ مَا أَطْلَعَ ضَبٌّ ذَنَبَهُ

304. Primum est, quod lacerta caudam extulit.

De eo, qui primum bonum opus, quod antea non fecerat, perficit, adhibetur. Caeterum vocem اول et ذنبه aut nominativi aut accusativi casum esse posse, putant, ut varia verborum grammatice explicandorum ratio admittatur. Triplici nempe modo هذا اول pro اوّل ما اطلع ضب ذنبه »Hoc primum est, quod extulit lacerta caudam suam, aut اوّلُ ما اطلع ضبٌ ذنبه »Prima res, quam extulit lacerta, est cauda eius« aut اول ما اطلع ضب ذنبه »Primo tempore est, quod lacerta extulit caudam suam« intelligi potest.

٣٠٥ إِنْ فَعَلْتَ كَذَا فَبِهَا وَنَعِمَتْ

305. Quod si sic fecisti, quam praeclarus est agendi modus!

Vario autem modo proverbium explicatur. Abu-l'Haitsamo بها admirationem exprimit, quemadmodum كفاك به رجلا dicunt, ut sensus sit ما احسنها من خصلة ونعمت خصلة »Quam pulchra est agendi ratio et bona est agendi ratio!« Sunt autem, qui بها ad omissam vocem الوثيقة referendum censeant, ut sensus sit ان فعلت كذا فبالوثيقة اخذت ونعمت للخصلة الاخذة بها »Si sic fecisti, tu firmo animo egisti et pulchra est indoles, quae id peregit.«

٣٠٦ أَهْلَكَ فَقَدْ أَعْرَيْتَ

306. Ad gentem tuam (celeriter redeas), nam frigidus ventus tibi spirat.

Accusativus اهلك etc. ex omisso verbo بادر festina pendet. Monet, ut videtur, proverbium, ne quis cunctando noxae aut periculo se exponat.

٣٠٧ اسْتَأْصَلَ اللّٰهُ عِرْقَانَهُ

307. Deus radicem eius omnino evellat!

De voce عرقات, eiusque vario enunciandi modo vide lexicon meum maius. Imprecationis est formula. Scharaf-Aldinus et Samachscharius habent استاصل الله شافته »Deleat deus eius ulcus.« Scilicet est ulcus in pede, quod urendo omnino sanatur. Comparatur igitur cum tali ulcere i. e. omnino deleat eum deus.

٣٠٨ أَخَذَهُ بِأَبَدَحَ وَدُبَيْدَحَ

308. Cepit hoc rebus vanis.

Vocibus ابدح ودبيدح »res vanas«, aut facilem faciendi modum designant. Duplex inde oritur proverbii intelligendi modus aut cepit hoc contra ius i. e. per nefas aut cepit hoc sine molestiis. Quid rectius sit, discerni nequit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 267. Est Alazmäii sententia, vocem دبيدح esse pro دُبَيْحٌ et دُبَيْحٌ deminutivum vocis ادبح esse. conf. lex. meum s. دبح. Dicitur quoque جاء بابدح ودبيدح »Res vanas adtulit.«

٣٠٩ إِيَّاكَ وَأَعْرَاضَ ٱلرِّجَالِ

309. Cave, ne virorum honores laedas!

Iasidus ben-Almohalleb, quum filio Mochalado praecepta daret, sic dixisse narratur. ايـاك واعـراض الرجال فان لكم لا يرضيه من عرضه شى واتق العقوبة فى الابشار فانها عار باق ووتر مطلوب »Cave, ne virorum honores laedas, nam ingenuum honore laeso nulla res contentum reddet. Time poenam in hominibus, nam ea est dedecus remanens et vindicta quaesita.«

٣١٠ إِنَّهُ لَشَدِيدُ ٱلنَّاظِرِ

310. Is duro et vehementi oculo est praeditus.

Liber est suspicione, ut vehementi intuitu alium adspicere possit.

٣١١ أَنَّهُ لَغَضِيضُ ٱلطَّرْفِ ع

311. Visum demittit.

Sic scholiastes اى يغض بصره عن مال غيره ونقى الطرف اى ليس بخاين »Demittit visum non adspiciens aliorum opes et purum oculum habens« i. e. alios non decipit. Scholiastes verbis نقى الطرف aliud proverbium انه نقى الطرف »Utique is purum oculum habet« indicare videtur. Prius autem eum designat, qui suo contentus aliorum opes non cupit.

٣١٢ أَنَّهُ لَضَبٌّ كَلَدَةٍ لَا يُدْرَكُ حَفْرًا وَلَا يُؤْخَذُ مُذَنَّبًا ع

312. Is est lacerta loci duri, quae neque fodiendo attingitur neque cauda arrepta capitur.

Eum, qui altos recessus habet, ut quid cogitet, nesciatur, designat. Lacerta aut eo ut terra, id quod in petra fieri non potest, usque ad locum, ubi degit, effodiatur, aut eo ut eius caudam arripiant, capitur. Sed legitur quoque proverbium his modis انه لضب قلعة et انه لضب كدية eodem sensu. Scharaf-Aldin, Samachschari.

٣١٣ أَنَّهُ لَزَحَّارٌ بِٱلدَّوَاهِى ع

313. Is calamitates procreat.

Prudentiam et astutiam adhibet, ut calamitatem aliis afferat.

٣١٤ أَنَّهُ لَغَيْرُ أَبْعَدَ ع

314. Is profecto non est multum profundus.

Proverbii sensus est. Nil boni in eo est, quemadmodum in puteo haud profundo aut parva aquae quantitas aut nulla aqua est. Dicitur quoque هو بعيد الغور vel هو بعيد الحور »Is profundum fundum habet« i. e. prudens et intelligens est. Eundem quoque sensum habent verba انه لذو بعدة »Is remotus vel profundus est.«

٣١٥ إِنَّمَا أَنْتَ عَطِينُهُ وَإِنَّمَا أَنْتَ عَجِينُهُ

315 Tu nonnisi foetens eius es, et tu nonnisi subactus eius es.

Verbis his vir, cui res mandata est, vituperatur. Vocabulum عطين in pelle adhibent, ut sit pro انت عطين هذا الاهاب aut انت العطين من هذا الامر. Vocabuli autem عجين »manu subactus« significatio de farinae massa adhibetur. Sed mihi duplex proverbium esse videtur.

٣١٦ إِنَّهُ لَمُنْقَطِعُ ٱلْقِبَالِ

316. Is profecto corrigia solcae amputata habet.

Vox قبال lorum, quo inter pedis digitos transeunte solea adligatur, designat. Proverbii sensus est: Qui ab eo in re auxilium petit, bonum consilium non accipit.

٣١٧ إِنَّهُ لَمَوْهُونُ ٱلْفِقَارِ

317. Infirmas dorsi vertebras habet.

Debilis est.

٣١٨ إِنَّمَا نُعْطِي ٱلَّذِي أُعْطِينَا

318. Nonnisi quod accepimus, damus.

Originem proverbii Alahrabius sic narrat. Viro cuidam, cui duae puellae natae erant, patienter rem ferebat; sed quum tertia vice puella nata esset, iratus uxorem fugiebat. Qua de causa hos uxor dixit versus

مَا لِأَبِى الدُّلْفَاءِ لَا يَأْتِينَا وَهُوَ فِى ٱلْبَيْتِ ٱلَّذِى يَلِينَا

يَغْضَبُ إِنْ لَمْ نَلِدِ ٱلْبَنِينَا وَإِنَّمَا نُعْطِى ٱلَّذِى أُعْطِينَا

»Quid est patri puellae aequali naso praeditae, quod ad nos non venit, dum in domo nobis propinqua versatur. Iratus est, quod filios non peperimus, sed nonnisi quod accepimus, damus.«

Metrum versuum Sarih appellatum est. conf. l. m. p. 246. Sed fortasse ابو الدلفاء est viri cognomen Abu-l'Dsalfa. In codice uno ابو الدلفاء legitur. Proverbii sensus est: Ultra posse nemo obligatur.

٣١٩ إِيَّاكَ وَحَمِيَّةَ ٱلْأَوْقَابِ

319. Cave studium debilium in tuendis iuribus et officiis.

Cave, ne illi iunctis viribus iniurias sibi oblatas ulciscantur. Instar eius est, quod dicunt اعوذ بالله من غنبة اللئام »Ad Deum confugio a victoria sordidorum.«

Vocabulo اوقاب debiles, aliis vero stupidi significantur. Alahnafus his verbis gentem Banu-Tamim hortatus esse narratur. تباذلوا تحابوا وتهادوا تذهب الاحن والسخا ثم وايا كم وحمية الاوقاب »Date vicissim, amate vicissim et dona mittite vicissim! Hoc odium et iram depellit. Tum cavete studium debilium in tuendis iuribus atque officiis.«

٣٢٠. إِنَّهُ لَهُوَ أَوْ لِجَدْلُ

320. Is profecto is est vel radix arboris.

Proverbium in eo adhibetur, cui res dubia est, ut unam personam duas esse putet.

٣٢١ إِنَّهُمْ لَهُمْ أَوِ الْحَرَّةُ دِيبِيًا

321. Ii profecto hi sunt aut regio petrosa dum incedit.

Dubium et obscurum rei significat. Scholiastes dixit ديبيا esse pro ديبيب في »in lente incedendo.«

٣٢٢ إِنَّ الشَّقِيَّ يُنْتَحَى لَهُ الشَّقِيُّ

322. Miser misero adducitur.

Codex B. in lectione, quam admisimus, cum codice Pocock. consentit. Codex noster ينتجى, codex L. ينتخى habet. Scholion hoc verbum voce يقيض destinatus est explicavit. Addit فيتعارفان ويأتلفان »Unus alterum noscit et cum eo amicitiam init.«

٣٢٣ أَمْرُ اللَّهِ بَلْغٌ يَشْقَى بِهِ الْأَشْقِيَاءُ

323. Mandatum Dei est res, quae ad scopum attingit, quo infelices miseri sunt.

Proverbium in eum quadrat, qui, ut alteri placeat, diligentiam adhibens, nullam inde utilitatem capit. Res aliter a Deo decreta est; nil prodest igitur hominis studium.

٣٢٤ إِنْ كُنْتَ تُرِيدُنِي فَأَنَا لَكَ أُرِيدُ

324. Quod si tu me vis, ego tibi volo.

In scholio nil nisi hoc وقال ابو الحسن الاخفش هذا مثل وهو مقلوب واصله ارود وهو مثل قولهم هو احيل الناس واصله احول من الحول »Dixit Abu-l'Hasanus Alachfasch: hoc

proverbium est. Est conversum. Origo eius ارود est. ut dicunt احيل versutior pro احول a radice حول.«

٣٢٥ إِنَّ حُرْفَكَ إِلَى الْهَدْمِ

325. Ripa tua exesa ruinam minatur.

De viro, qui rem tibi ingratam perficere properat, adhibetur. Simile est proxime sequens.

٣٢٦ إِنَّ حَبْلَكَ إِلَى أُنْشُوطَةٍ

326. Funis tuus nodum habet facile solvendum.

Sic vero proverbium grammatice explicarunt ان عقدة حبلك تصير وتنسب الى انشوطة »Nodus funis tui refertur ad nodum facile solvendum.«

٣٢٧ إِيَّاكَ وَقَتِيلَ الْعَصَا

327. Cave, ne sis in coetu occisus.

Caveas, ne in rebellione et turbis, quibus coetus Mohammedanorum inter se dissidet, occisus sis.

٣٢٨ إِنَّكَ لَا تَهْدِي الْمُتَضَالَّ

328. Tu eum, qui consulto errat, in viam rectam non diriges.

In eum, qui consulto rem haud rectam aggreditur, adhibetur.

٣٢٩ إِنَّ الْقَلُوصَ تَمْنَعُ أَهْلَهَا لِجَلَا

329. Camela (iuvenca) impedit possessorem suum a migratione.

Modo lacte eius utuntur, modo pullum eius verno tempore natum vendunt, adeo ut opus non habeant alio migrare victus quaerendi gratia. In eum, qui in angustias adductus benefici tutelae se committit, quadrat.

٣٣٠. اِنَّكَ اِلَى ضَرَّةِ مَالٍ تَلْجَأُ

330. Tu ad opes multas (alius) confugis.

٣٣١ اِذَا شَبِعَتِ ٱلدَّغِيقَةُ لَحَسَتِ ٱلْجَلِيلَةَ

331. Quando parvum pecus (oves) satiatum est, lambit magnum pecus (cameli).

Oves paucis herbis saturantur, quae camelis parum utilitatis praebent, ut nonnisi lambendo iis inserviant. In paupere, apud divitem serviente, adhibetur.

٣٣٢ اِذَا خَصَبَ ٱلزَّمَانُ جَآءَ ٱلْهَاوِى وَٱلْغَاوِى

332. Quando tempus pabulum abundanter profert, errans et decidens advenit.

Dicunt, voce غـاو errans locustas, voce هـاو decidens muscas (Kamusi auctori locustas) significari; sed in homines, qui ibi conveniunt, ubi divitiae sunt, transfertur.

٣٣٣ اِذَا جَآءَتِ ٱلسَّنَةُ جَآءَ مَعَهَا أَعْوَانُهَا

333 Quando annus infertilis est, simul cum eo eius satellites adveniunt.

Per satellites anni infertilis locustas, muscas et morbos significari dicunt. i. e. Una calamitas alteram secum adducere solet.

٣٣٤ إِنَّ ٱلْإِطِّلَاعَ قَبْلَ ٱلْإِيْنَاسِ

334. Inspectio ante cognitionem et certitudinem.

Cavendum est, ne statim, antequam res cognita sit, fides habeatur. Cecinit Ibn-Alahrabius

وَإِنْ أَتَاكَ ٱمْرُؤٌ يَسْعَى بِكِذْبَتِهِ فَٱنْظُرْ فَإِنَّ ٱلْإِطِّلَاعَ قَبْلَ ٱلْإِيْنَاسِ

»Et si ad te vir venit, adferens mendacium suum, vide; nam inspectio ante certitudinem est.«

٣٣٥ إِنَّمَا يُهْدَمُ ٱلْحَوْضُ مِنْ عَقْرِهِ

335. Aquae receptaculum a loco posteriore destruitur.

Vocabulo حوض receptaculum aquae, quo potaturi cameli conveniunt, voce عقر autem locus pone receptaculum, ubi cameli potantes consistunt, significatur. Rem suo modo aggrediendam esse proverbium indicat.

٣٣٦ أَنَا أَعْلَمُ بِكَذَا مِنَ ٱلْمَايِحِ بِأَسْتِ ٱلْمَائِحِ

336. Ego hoc melius scio, quam is, qui in inferiore putei loco supra haurientis podicem noscit.

Rem optime novi.

٣٣٧ إِنَّهُ سَرِيعُ ٱلْإِحَارَةِ

337. Is in ventrem magnas buccellas celeriter demittit.

Scholion sic proverbium explicat اى سريع اللقم كبيرها الاحارة رد الجواب ورجعه ومنه اراك بشر ما احار مشفر اى

ما رده ورجعه مشفره الى بطنه »Id est: Celer in buccellis et quidem magnis. Vox احارة est reddere responsum et reducere id, et ad hoc pertinet proverbium: ostendit tibi cutis externa id quod labium reduxit sc. ad ventrem i. e. ex externa animalis cute modus, quo animal nutritum est, cognosci potest. Proverbium autem hominem avidum designare videtur.

٣٣٨ أَنْ أُصْبِحَ عِنْدَ رَأْسِ الْأَمْرِ أَحَبُّ إِلَيَّ مِنْ أَنْ أُصْبِحَ عِنْدَ ذَنَبِهِ

338. Quod prope ad caput rei sum, iucundius mihi est, quam quod apud caudam eius sum.

Proverbium homines hortatur, ut in opere praecedant.

٣٣٩ إِنَّ أَكْلَهُ لَسَلْجَانٌ وَإِنَّ قَضَاءَهُ لَلَيَّانٌ وَإِنَّ عَدْوَهُ لَرَضْمَانٌ

339. Esus eius modus devorandi est, solutio eius modus differendi est, cursus eius est tardus.

رضمان tardum, lentum (camelum), cuius nervi corrugati sunt, designat. Initium proverbii idem est, quod prov. 156.

٣٤٠ إِلَّا تَجِدْ عَارِمًا تَعْتَرِمْ

340. Si sugentem non invenit, ipsa se sugit.

Duplex intelligendi proverbii modus esse videtur. Dicunt enim, in eum adhiberi, qui rebus ipsum non spectantibus incumbat. Recitavit Jonesus

وَلَا تُلْغِيَنَّ كَذَاتِ الْغُلَامِ إِنْ لَمْ تَجِدْ عَارِمًا تَعْتَرِمْ

»Et ne inveniaris instar matris pueri, si non invenit sugentem, ipsa sugit (se).« Tum dicit scholion: ne ei similis, sis, qui, quum non invenerit, quem satyra perstringat,

se ipsum perstringit. Citati versus metrum Motakarib appellatum est. conf. l. c. p. 280 sq.

٣٤٠. إِنَّ كَثِيرَ النُّصْحِ يَهْجِمُ عَلَى كَثِيرِ الظِّنَّةِ

341. Multa admonitio multae suspicionis causa est.

Quod si quem multa admonitione urges, hoc eius contra te suspicionem movet. conf. III, 22.

٣٤١. أَتَاهُ فَمَا أَبْرَدَ لَهُ وِلا أَحَرَّ

342. Venit ad eum et neque frigidum neque calidum ei obtulit.

Cibo nullo eum excepit. conf. Schult. prov. Meid. p. 60.

٣٤٣. أَنْتَ كَبَارِحِ الأَرْوَى

343. Tu es similis caprae montanae, quae in campum descendit.

In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere sic proverbium legitur انت كبارح الاروى قليلا ما ترى »Tu es instar caprae montanae, quae rarissime conspicitur.« In eum dicitur, qui amicum raro visitat. Et sic legitur proverbium انت بحازج الاروى قليلا ما ترى »Tu es instar pullorum caprae montanae, qui rarissime conspiciuntur.« In rem adhibetur, quae difficile attingitur. conf. Scharaf-Aldin, Samachschari. Paulo aliter Meidanius: Diu absens fuisti, quod capra montana raro in campos apertos e montibus descendit. conf. prov. 84.

٣٤٤. إِذَا الْعَجُوزُ ارْتَجَبَتْ فَارْجُبْهَا

344. Quod si anus reverentiam meretur, eam reverearis!

Quod si vetula reverentiam meretur, rerum ingratarum, quae tibi propter eam acciduntur, obliviscaris.

٣٤٥ إنّما هُوَ ٱلفَجْرُ أَوِ ٱلبَحْرُ

345. Hoc aut Aurora aut mare est.

Scholion sic proverbium explicat اى ان انتظرت حتى يضيء لك الفجر الطريق ابصرت قدرك وان خبطت الظلماء وركبت العشواء هجما بك على المكروه يضرب فى الحوادث التى لا امتناع منها »Id est: Si exspectas, donec Aurora viam tibi ostendit, videbis id quod vales; sed si nocte obscura proficisceris et veheris camela noctu non cernente, in res ingratas irrues. Adhibetur proverbium in casibus, qui impediri non possunt.«

٣٤٦ أَنْتَ أَنزَلْتَ ٱلقِدْرَ بِأَثَافِيهَا

346. Ollam una cum tripodibus suis deposuisti.

Eum, qui rem gravem suscepit et in eam irruit, designat.

٣٤٧ أَتَتْكُمْ قَالِيَةُ ٱلأَفَاعِي

347. Venit ad vos scarabaeus viperarum.

Animalculum قالية appellatum in societate scorpionum et viperarum semper est, ut si exeat e latibulo, inde scorpionem proditurum esse, cognoscant. Proverbium autem, initium mali quum adsit, maius malum exspectandum esse, indicat. Conf. II. 72, et Schult. prov. Meid. p. 67.

٣٤٨ أَتَى عَلَيْهِمْ ذُو أَتَى

348. Iis supervenit quod (hominibus) supervenit.

Videtur versus aut hemistichium metri Redjes. conf. libr. m. p. 231. Temporis vicissitudines experti sunt. Proverbium genti Thai proprium est, nam ذو in dialecto illius tribus pro الذى usitatum erat, ut in hoc versu

فَانَّ ٱلْمَـاءَ مَاءُ أَبِـى وَجَدِّى وَبِئْرِى ذُو حَفَرْتُ وَذُو طَوَيْتُ

»Aqua est aqua patris mei avique mei et puteus meus, quem effodi et quem muravi.«

Metrum versus Wafir appellatum est. conf. l. m. p. 203. Schult. prov. Meid. p. 76.

٣٤٩ أَبُو وَتِيلٍ أَبَلَتْ جِمَالُهُ

349. Abu-Watsili cameli novi graminis pastu pingues evaserunt.

Conditio hominis melior evasit. Est versus aut hemistichium metri Redjes. conf. l. c. p. 231. et Schult. prov. Meid. p. 54.

٣٥٠ أُمٌّ سَقَتْكَ ٱلْغَيْلَ مِنْ غَيْرِ حَبَلٍ

350. Mater lac Ghil appellatum tibi potandum dedit, quum gravida non esset.

Est versus aut hemistichium metri Redjes. conf. l. m. p. 231. Vocabulum غَيْـل Ghil lac praegnantis, quod infanti noxium esse putant, significat. Proverbio autem in eo utuntur, qui societatem tecum inivit, tum durum se gerens, te, qui peccatum non commiseris, a persona sua removet.

٣٥١ آثَرَتْ عَيْرِى بِغُرَافَاتِ ٱلْقَرَبِ

351. Alium mihi praetuli in pauco utrum.

Versus aut hemistichium metri Redjes est. conf. l. m. p. 231. Vocabulo غُرْفَة vel غُرَافَة paucum significatur aut lactis aut aquae aut alius rei, quod vir sibi asservavit, tum alii cuidam dedit. In eum dicitur, qui, quamquam res multas ab ipso tibi inlatas patienter fers, tamen com-

moveri non potest, ut erga te benevolentem se gerat. conf. Schult. prov. Meid. p. 99.

٣٥٢ آوَى إِلَى رُكْنٍ بِلَا قَوَاعِدَ

352. Ad columnam fundamentis carentem se recepit.

Et hoc proverbium ad metrum Sarih, si enuncias Kawäid, sin Kawäidin, ad metrum Redjes referri potest. conf. l. m. p. 246 et 230 sq. De viro fiducia nostra haud digno, ad quem confugimus, dicitur.

٣٥٣ آبَ وقِدْحُ الْفَوْزَةِ الْمُنِيحِ

353. Rediit et sorte nulla ei portio evenit.

Proverbii metrum ad Alsarih appellatum referendum est. conf. l. c. p. 246. Vocabulo المنيح sagitta, quae nulla portione in ludo potitur, significatur. Proverbio vir, qui absens, dum res gerebantur, nullius rei particeps est, designatur. conf. Schult. prov. Meid. p. 14.

٣٥٤ إِنْ كَذِبٌ نَجَّى فَصِدْقٌ أَخْلَقُ

354. Si mendacium liberat; at veritas dignior est (quae liberet).

Proverbium ad metrum Sarih aut Redjes referre licet. conf. l. c. p. 246.

٣٥٥ أَخٌ أَرَادَ الْبِرَّ صَرْحًا فَاجْتَهَدْ

355. Frater sincerum amorem voluit et diligentia igitur usus est.

Proverbium, quod ad metrum Redjes referendum est, (conf. l. c. p. 230 sq.) eum significat, qui studium in eo consumens, ut sincerum amorem tibi probet, tamen benevolentia tua caret. conf. Schult. prov. Meid. p. 244.

٣٥٦ إِنِّي مَلِيطُ ٱلرِّفْدِ مِنْ عُوَيْمِ

356. Ego pilis adhuc carens fetus beneficii ex parte Ohwaimiri sum.

Ad metrum Redjes referendum est. conf. l. c. p. 230 sq. Comparantur beneficia cum fetibus, qui si pilis carent, imperfecti sunt. Dicit igitur proverbium: Nonnisi parva et imperfecta dona ab eo accepi, cui addictus eram.

٣٥٧ إِنْ حَالَتِ ٱلْقَوْسُ فَسَهْمِي صَائِبُ

357. Et si arcus curvus factus est, tamen sagitta mea scopum ferit.

Ad metrum Redjes referendum est. conf. l. c. p. 250 sq. Eum, qui opibus amissis fortitudinem non abiecit, designat.

٣٥٨ أَيُّ سَوَادٍ بِخِدَامٍ تُذَرَى

358. Quaenam persona compedibus mulieris decipitur?

Ad metrum Redjes referendum proverbium. conf. l. c. p. 230 sq. Verba haec vir, qui se decipi non putat, profert.

٣٥٩ إِنَّهُ لَا يُخْنَقُ عَلَى جَرَّتِهِ

359. Is rumine suo non suffocatur.

A sermone, dum omnia, quae in mentem veniunt, profert, retineri non potest.

٣٦٠ إِنَّهُ لَفِي حُورٍ وَفِي بُورٍ

360. Is profecto detrimento et interitui obnoxius est.

Vir qui, dum rem necessariam quaerit, nil facit, describitur. Vox بور cum vocali Fatah enuncianda fuisset, nisi vox حور Hur antecessisset.

٣٦١ اِنَّهُ غَدًا لِنَاظِرِهِ قَرِيبٌ

361. Is crastino die ipsum exspectanti propinquus est.

Proverbii, quod hemistichium metri Alwafir est, originem talem fuisse narrant. Rex Alnohmanus ben-Almondsir die quodam vehens equo Aljahmum appellato venatum profectus erat. Accidit autem, ut onagrum persequens et a suis separatus ad virum gentis Thai, Hentselah appellatum, perveniret. Hic, quamvis admodum pauper, quum unicam ovem mactans per noctem hospitio regem excepisset, ab eodem postero mane monitus, ut hospitii remunerationem peteret, se facturum esse promisit. Rex cum sociis Hiram rediit. Aliquo tempore post Arabi illi calamitate afflicto regem adire in animo erat. Dies autem, quo Arabs ad regem pervenit, infaustus ille erat, ut, quemadmodum illius temporis mos ferebat, advenientem ad regem occidere oporteret. Rex, postquam advenientem cognoverat, petenti moram anni, si alius quidam caput suum pro ipso obligasset, concessit. Quod quum Alscharicus ben-Ahmru ben-Kais e gente Schaiban oriundus roganti facere recussasset, vir quidam e gente Calb, Koradus ben-Adjdah appellatus in se rem suscepit. Arabs igitur a rege quingentis camelis donatus, ea conditione, ut post annum eodem die reverteretur, ad familiam rediit. Anni praeterlapsi quum nonnisi unus dies superesset, rex de viri reditu dubitans Koradho, cum mane sine dubio periturum esse, dixit. At ille spem non abiiciens respondit versu

فَإِنْ يَكُ صَدْرُ هٰذَا ٱلْيَوْمِ وَلَّى فَإِنَّ غَدًا لِنَاظِرِهِ قَرِيبُ

»Etsi huius diei prior pars abiit, tamen mane cum exspectanti propinquus erit.«

Metrum versus Wafir est. conf. l. c. p. 203. Spes eum non fefellit; nam postero die, quum moriendi tempus iam adesset, Arabs ille vespera advenit et ab Alnohmano interrogatus, cur morte liberatus rediisset, sic respondit: Promissis standum esse, docere religionem Christianam, cui addictus esset. Alnohmanus, ut clarius exponeret istam religionem, iussit et tum se ipsum Christianum fecit. Hiræ incolae omnes regis exemplum imitati sunt. Mos autem diei illius infausti abrogatus est.

٣٦٢ إِنَّ أَخَاكَ مَنْ آسَاكَ

362. Frater tuus est, qui tibi solatium adtulit.

Proverbii, quod fraterni amoris officium observare iubet, originem talem fuisse narrant. Alnohmanus ben-Thewab Ahbdita, vir ingenio et prudentia insignis, tres habuit filios Sahdum, Saihdum et Saihdahum appellatos, quorum quisque virtute quadam excellebat. Mortis tempore appropinquante praecepta quaedam cuiuslibet conditioni quomodo convenirent, filiis pater dedit. Saihdus, cui, ut amicorum delectum haberet, mandaverat, post patris mortem amicos tentandi consilium cepit, huiusce rei causa vitulum mactans, ut vestibus tectum hominem occisum esse putarent amici. Re perfecta a pluribus, ut sibi in occultando homine occiso auxilium praestarent, petiit. Omnes facere recusabant praeter virum Hosaim ben-Naufal Alhamdani appellatum. Qui quum rem audivisset, se facturum esse promisit et num alius quidam, quam servus, qui ad Saihdi latus stabat, rem cognovisset, interrogavit. Neminem praeter servum rem scire, respondit Saihdus. Alter autem haec audiens servum confestim gladio obruit, his verbis utens: ليس عبد باخ لك »Non est servus tibi frater« (conf. XXIII, 250, 434), quæ postea in proverbium venerunt. At Saihdus re perterritus

quum amicum vituperaret, hic dixit ان اخـاك من اسـاك »Frater tuus est, qui tibi solamen adtulit.« Tum Saihdus rem, quam cum amicis habuisset eorumque agendi rationem exposuit. Hosaimus re cognita dixit: سبق السيف العـذل »Gladius reprehensionem praecessit«, quod postea in proverbium cessit. Nomen autem viri vario modo aut خريم Choraim aut حزيم Hosaim in codicibus scriptum legitur, neque quid rectum sit, certum videtur.

٣٦٣ أَلَا مَنْ يَشْتَرِي سَهَرًا بِنَوْمٍ

363. Profecto! quis vigilias cum somno permutat?

Hemistichium metri Wafir appellati est. conf. l. c. p. 203. In eum, qui gratiam neglexit et incolumitatem noluit, proverbium quadrat. Eius originem sic referunt. Himjaritarum rex, Hassanus appellatus, prava agendi ratione omnium in se odium concitarat, ut multi fratrem eius Ahmruum ad regis caedem impellerent. Unus tantum, Dsu-Roaihnus qui appellabatur, rem dissuasit, fore enim, ut facinoris poenitentia omnem animi tranquillitatem regi eriperet, praedicens et quum ille nihilominus rem se perpetraturum dixisset, rogavit, ut scriptum sigillo suo obsignatum in regis aerario deponere sibi liceret. Ut ille praedixerat, sic res evenit; mox enim facinoris poenitentia nullam regem quietem capere sivit. Medici autem, sacerdotes et astrologi ad regem convocati hoc ex caede fratris ortum esse necessarium malum declararunt. Tum rex omnes caedis istius suasores et adiutores occidi iussit. Dsu-Roaihnus autem, ille antea laudatus, quum et se in discrimen vocari videret, ab isto crimine liberum se esse habendum regi dixit, et ut rei probandae causa illud in aerario depositum scriptum afferretur, rogavit. Quod quum sigillo rupto apertum esset, sequentes versus prodierunt

أَلَا مَنْ يَشْتَرِي سَهَرًا بِنَوْمٍ سَعِيدٌ مَنْ يَبِيتُ قَرِيرَ عَيْنِ

فَأَمَّا حِمْيَرٌ غَدَرَتْ وَخَانَتْ فَمَعْذِرَةُ ٱلْإِلٰهِ بِذِي رُعَيْنِ

»Profecto! quis vigilias cum somno permutat? Beatus ille, qui pernoctat oculis quietis. Himjaritae perfide agentes deceperunt; sed Dei excusatio Dsu-Roaihno est.«

Metrum versuum Wafir est. conf. l. m. p. 203. His lectis eius, quod dehortatus erat, regem commonefecit.

٣٦٤ إِنَّكَ لَا تُهَرِّشُ كَلْبًا

364. Tu canem non irritas.

Ei dicitur, qui mansuetum et mitem ad impetum faciendum instigat.

٣٦٥ إِنَّ ٱلذَّلِيلَ مَنْ ذَلَّ فِي سُلْطَانِهِ

365. Vilis est, qui in imperio suo vilis est.

In eum, qui, quum honoratus esse debeat, despicitur et ubi potentia eius exspectatur, debilis est, quadrat.

٣٦٦ إِذَا كُنْتَ كَذُوبًا فَكُنْ ذَكُورًا

366. Quod si mendax es, recordans sis.

De eo dicitur, qui mentitus est et tum mendacii sui obliviscens alia, quam antea narrat.

٣٦٧ إِذَا ٱشْتَرَيْتَ فَاذْكُرِ ٱلسُّوقَ

367. Si emis, fori memor sis.

Suadet proverbium, ut in mercis vitiis cognoscendis prudentia adhibeatur, ut iterum vendi possit.

٣٦٨ إِنَّهُ لَقُبَضَةٌ رُفَضَةٌ

368. Is est arripiens et dimittens.

Eum, qui prehendit rem et statim eam dimittit, proverbium designat.

٣٦٩ إِنْ لَمْ يَكُنْ مُعْلَمًا فَمُدَحْرِجْ

369. Si notis signata non est (vestis), voluta.

Hemistichium metri Basith est. conf. l. c. p. 194. Stultum quendam omnino nudum in dolio, quod volutaret, sedisse narrant. Pater quum vestem offerret, quia notis signata non esset, ille accipere noluit, proverbii verbis utens. De eo, qui ad inopiam redactus ultra modum et necessitatem in petendo progreditur, proverbii verbis utuntur.

٣٧٠ إِيَّاكَ وَالسَّآمَةَ فِي طَلَبِ ٱلْأُمُورِ فَيَقْذِفُكَ ٱلرِّجَالُ خَلْفَ أَعْقَابِهَا

370. Cave in rebus quaerendis fastidium; viri enim pone calces te proiicient.

Verba Abdjarus ben-Djabir Alihdjli filium hortans, ut in rebus quaerendis summam diligentiam adhiberet, dixisse dicitur. Negligentem te alii praecedunt.

٣٧١ إِذَا مَا ٱلْقَارِظُ ٱلْعَنَزِيُّ آبَا

371. Quando fructus acaciae colligens Ahnsita redit.

Hemistichium metri Wafir est. conf. l. c. p. 203. Duo sunt viri e gente Ahnsah oriundi, qui fructum acaciae ut colligerent exeuntes, domum non redierunt. Haec autem est causa, cur de reditu duorum interdum sermo fiat. Sic in versu Abu-Dsuaibi

وحَتّى يَؤُوبَ ٱلْقارِظانِ كِلاهُما ويُنْشَرُ فِي القَتْلَى كُلَيْبٌ لِوايِلِ

»Donec redeunt ambo fructus acaciae colligentes, et Colaibus genti Wajil a mortuis resuscitatur.« Metrum est Thawil conf. l. m. p. 162. Natu maior eorum Iedscorus ben-Ahnsah, natu minor Rohmus ben-Ahmir ben-Ahnsah appellabatur. conf. C. XXIII, 270. Prioris fatum hoc fuisse narrant. Cum Chosaimaho ben-Fahd acaciae fructum ut colligeret, exiens in deserto barathrum, in quo mel erat, invenerat. Chosaimahus, ut inde mel depromeret, fune Jedscorum dimiserat. Qui quum adscendere vellet, alter nisi filiam Fathimah appellatam ipsi in matrimonium daturus esset, adscensuro auxilium ferre recusavit. Jedscorus vehementer iratus se nullo modo id facturum esse dixit, et hanc ob causam ab altero desertus periit. Proverbium autem longam absentiam designat. Dixit igitur moriturus Baschrus ben-Abi-Hasim filiae suae

فَرَجِّي ٱلْخَيْرَ وَٱنْتَظِرِي إِيابِي إِذَا مَا ٱلْقَارِظُ ٱلْعَنَزِيُّ آبَا

»Bonum spera et reditum meum exspecta, quando fructus acaciae colligens Ahnsita redit.«

Metrum versus Wafir est. Primus autem proverbium adhibuisse dicitur Moharremus gentis Ahnsah princeps, qui filium suum Machsumum cum exercitu miserat, quum reditus retardaretur ما كان مخزومٌ لعَهْدِى حافظا، ولن يؤوبَ مُعْتَبًا او غايظا، حَتّى يَؤوبَ العنزى قارظا »Non observavit Machsumus mandatum meum et non redibit contentum me reddens aut ira implens, donec redibit Ahnsita fructus acaciae colligens.« Verbis illis metrum Redjes est.

٣٧٢ إِنَّهُ لَمِشَلُّ عُونِ

372. Is est profecto multum propellens asinos silvestres.

Proverbium hoc Meidanius sic explicavit انه ليصلح ان يشل عليه لحمر الوحشية »Convenit, ut eius ope asini silvestres propellantur« i. e. dignus est, ad quem res magnæ conferantur. Sed in proverbio comparatio potius instituta est inter virum et onagrum asinarum agmen propellentem.

٣٧٣ انه لَمِخْلَطٌ مِزْيَلٌ

373. Is res suspicit et ingeniosus est.

Proprius autem proverbii sensus esse videtur. Ille res miscet et perturbat et tum efficit, ut perturbatio cesset. Eadem ratione dicitur هو الفاتق الراتق »Is rumpens est reparans.« conf. Kam. s. voce خلط

٣٧٤ إِنَّهُ لَلَّيْلُ وَأَضْوَاجُ الْوَادِي

374. Is nox est et flexus vallis.

Legitur quoque واصواج i. e. »Muro similia latera vallis.« Simile est proverbium الليل واعضام الوادى »Nox est et depressus vallis locus« de quo conf. C. XXIII, 48. Proverbii sensus est: Is homo est multum cavendus.

٣٧٥ إِنَّكَ لَا تَعْدُو بَعِيرَ أُمِّكَ

375. Tu matris tuae camelum non praeteribis.

Non possum quin de proverbii sensu dubitem; variae enim sunt codicum lectiones. Quam admisi, codicum L. B. est. Codex meus habet بغير, codex Pocock. تغدو بغير. Admisso بغير, verti potest. »Tu sine matre tua non curres.« Ad metrum Sarih referri potest. conf. l. c. p. 246. In eum, qui citra necessitatem opes erogat, dicitur.

٣٧٦ إِنَّكَ لَوْ ظَلِمْتَ أُمَّا

376. Tu si iniuriam propinquam (levem) fecisses (hanc tibi condonaremus).

Sic scholion habet: Si propinquam i. e. levem iniuriam nobis intulisses, eam tibi condonaremus; sed maximam nobis iniuriam intulisti. Est aut versus aut hemistichium ad metrum Redjes referendum. conf. l. c. p. 230 sq.

٣٧٧ إِنْ كُنْتِ حَالِبَةً فَاسْتَغْزِرِي

377. Si mulgens es, quaere camelam lacte abundantem.

Rem, quae conditioni tuae conveniat, quaeras. Ei dicitur, cui locus rei ipsi necessariae indicatur.

٣٧٨ إِنْ أَخْلَى لِخَلَاطٍ أَعْشَى بِاللَّيْلِ

378. Qui camelos suos in loco secreto cum aliis miscet, ut decimas non det, noctu lusciosi modo agit.

Is, qui camelos suos cum aliorum camelis miscet, ut decimas Deo non det, obstupefit. Proverbium autem in suspectum, deceptorem adhibetur. Verba Mohammedis traditione ad nos delata sunt لَا خِلَاطَ وَلَا وِرَاطَ »Ne camelos tuos misceas cum aliis et in loco profundo abscondas«! Legendi modum codicis mei et Lugdun. secutus sum. Codex B. et P. habent اخا لخلاط. »Qui miscet camelos suos cum aliis, noctu caecus est.«

٣٧٩ إِنَّ أَمَامِي مَا لَا أُسَامِي

379. Ante me est res, cui impar sum.

Quum res gravis exspectatur, proverbium adhibent. Verba autem is dicit, qui ob nimiam cautionem vituperatur. Scharaf-Aldin.

٣٨٠ إِنْ كُنْتِ حُبْلَى فَلِدِى غُلَامًا

380. Si gravida es, filium parias.

Gloriabundo, qui rem se perficere posse, gloriatur, haec verba dicuntur. Proverbium ad metrum Sarih referri potest. conf. l. c. p. 246.

٣٨١ إِنَّمَا طَعَامُ فُلَانٍ الْقَفْعَاءُ وَالتَّاوِيلُ

381. Cibus cuiusdam est arbor Kafah et planta Tawil appellata.

Vox قفعاء »arboris spinis abundantis«, et تاويل »plantae, qua asini aluntur«, nomen est. Proverbium quendam pravam naturae conditionem habere significat, ut asino stupiditate similis sit.

٣٨٢ إِيَّاكَ وَصَحْرَاءَ الْإِهَالَةِ

382. Cave desertum Alihalah.

Cosroem regem Persarum contra gentem Ajad exercitum misisse narrant, cui Lakitham Ajaditam, ut viam monstraret, addidisset. Qui vero quum a via aberrasset, totus exercitus in deserto Alihalah periit, quapropter cautionem in rebus commendantes proverbii verbis utebantur. De deserto Alihalah appellato nil accuratius geographi retulerunt. In libro مراصد الاطلاع inscripto nil legitur praeter hoc: Alihalah nomen loci est in carminibus obvii. Paulo accuratius in libro المعجم الكبير inscripto, cuius auctor Abu-Ohbaid Ebn-Ahbd-Allah Ebn-Mohammed Albecri est, definitur. »Est locus inter montes gentis Thai (sc. Adja et Solma) et Faid situs, cuius in carmine Ahbd-Alrahmani ben-Djohaim Alasadi mentio fit.«

٣٨٣ إِنَّهُ لَيَنْتَجِبُ عِضَاهَ فُلَانٍ

383. Is cuiusdam arbores عضاه appellatas decorticat.

Eum, qui alius carmen sibi attribuit, designat. conf. lex. meum s. v. عضاه

٣٨٤ آخِ الْأَكْفَاءِ وَدَاهِنِ الْأَعْدَاءِ

384. Frater aequalium sis et erga inimicos dissimulator.

Simile huic est aliud proverbium خالص المومن وخالق الفاجر »Sincerum praesta amorem Mohammedano, bonam naturam improbo commonstra« de quo conf. C. VII, 89 .In meo codice وراهن »et pignore certa« legitur.

٣٨٥ إِذَا قَرِحَ الْجَنَانُ بَلَتِ الْعَيْنَانِ

385. Quum cor vulneratur, oculi plorant.

Simili modo dicunt البغض تبديه العينان »Oculi odium ostendunt.«

٣٨٦ إِنَّمَا يُحْمَلُ الْكَلُّ عَلَى أَهْلِ الْفَضْلِ

386. Onus gravius valentibus imponitur.

٣٨٧ إِذَا تَلَاحَتِ الْخُصُومُ تَسَافَهَتِ الْحُلُومُ

387. Quum inter se disputant litigantes, stultos se ostendunt prudentes.

٣٨٨ إِنَّهُ يَنْبَحُ النَّاسَ قَبْلَا

388. Coram homines adlatrat.

Eum, qui sine causa homines contumeliis adficit, designat.

٣٨٩ إِنَّ ٱلسَّلاَءَ لِمَنْ أَقَامَ وَوَلَّد

589. Butyrum purum ei est, qui stat et parientem (camelum) adiuvat.

Fetus eiusque commodum diligenti, non negligenti est. Proverbio hoc incuria vituperatur. Si وولد legis, hemistichium metri Camil dicti proverbium est. conf. libr. m. p. 211.

٣٩٠ أَنْتَ بَيْنَ كَبِدِى وخِلْبِى

590. Tu inter iecur meum et iecoris mei velum es.

Tu apud me in magno honore es.

٣٩١ آخِرُ سَفَرِكَ أَمْلَكُ

391. Postrema itineris tui pars magis occupans est.

Viro, qui initio itineris alacer est, dicitur: Postrema itineris pars dignior, ut alacritas te occupet. conf. Schult. prov. Meid. p. 269. In codice B. scriba signum Teschdid litteræ ل imposuit, ut a radice ملك derivanda sit vox et in scholiis scripsit وقوله املك اى احق بان يملك به فيه النشاط; sed nil nisi scribae correctio esse videtur, qui vocem املك falso derivavit.

٣٩٢ إِنَّكَ رَيَّانُ فَلاَ تَعْجَلْ بِشُرْبِكَ

392. Tu potu satiatus es, ne igitur bibere festines.

Is, qui desiderio paene potitus est, ut leniter agat, et modum non excedat, monetur.

٣٩٣ إِنْ كُنْتَ نَاصِرِي فَغَيِّبْ شَخْصَكَ عَنِّي

393. Si tu adiutor meus es, personam tuam a me occulta!

De eo, qui te adiuturus rem tibi noxiam adfert, proverbio utuntur.

٣٩٤ أَخَذَهُ عَلَى عِلَّ غَيْظِهِ

394. Quamvis odium irae in omnino haberet, illud tamen cepit.

conf. Schult. prov. Meid. p. 269.

٣٩٥ إِذَا لَمْ تَسْمِعْ فَأَلْمِعْ

395. Quum vocem edere non potes, innue!

Proverbii sensus esse videtur, hominem, si alteri auxilium perfectum afferre non possit, tamen aliquo modo eum adiuvare posse.

٣٩٦ إِنَّ مِنِ ابْتِغَاءِ الْخَيْرِ اتِّقَاءَ الشَّرِّ

396. Ex boni desiderio cautio mali (oritur).

Abu-Schehabus poetae, qui eum carmine laudaverat, opes dans haec verba dixit.

٣٩٧ إِنَّمَا الشَّيْءُ كَشَكْلِهِ

397. Res figurae suae similis est.

Haec primum dixit verba Actsamus ben-Zaifi. Adhibentur in duabus rebus aut duobus viris, qui in una re consentientes societatem ineunt. Scharaf-Aldin.

٣٩٨ أَتَتْ عَلَيْهِ أُمُّ ٱلْهُبَيْمِ

398. Mater mortis (infortunium) ei supervenit.

Perdidit eum calamitas aut (ut alii contendunt) mors. conf. Schult. prov. Meid. p. 63.

٣٩٩ أَكَلْتُمْ تَمْرِي وَعَصَيْتُمْ أَمْرِي

399. Dactylos meos edistis, et mandatis meis inobsequentes fuistis.

Ahbd-Allahus ben-Alsobair verba haec dixit.

٤٠٠ أَيْنَ بَيْتُكِ فَنُزَارِيَ

400. Ubi domus tua est, o femina! ut visiteris?

Ei verba dicimus, qui raro nos visitatum venit.

٤٠١ إِنَّ ٱلْهَوَى شَرِيكُ ٱلْعَمَى

401. Amor caecitatis socius est.

Similis est hic loquendi modus حُبُّكَ الشيء يعمي ويصم »Amor tuus in rem caecum te reddit et surdum.«

٤٠٢ إِذَا أَعْيَاكَ جَارَاتُكَ فَعُوكِي عَلَى ذِي بَيْتِكِ

402. Quod si vicinae tuae te frustrant, ad eum, qui in domo tua est (maritum tuum) recede.

Haec verba maritus uxori dixisse narratur. Quod si re, quam alius possidet, potiri non potes, ea fruaris, quae in potestate tua est. Diverso autem modo a Kamusi auctore proverbium adnotatum est عوكي على بيتك اذا اعياك بيت جارتك »Revertere ad domum tuam, quum ad domum

vicinae tuae pervenire non potes« i. e. Rediens ad domum tuam ede res, quae in ea sunt. conf. s. voce عوك In codice L. عولى »fiduciam pone« legitur.

٤٠٣ أَخَذَنِي بِأَطِيرِ غَيْرِي

403. Propter alius peccatum me punivit.

Conf. Schult. prov. Meid. p. 265. Cecinit Miscinus Daremita

أَتَضْرِبُنِي بِأَطِيرِ ٱلرِّجَالِ وَكَلَّفْتَنِي مَا يَقُولُ ٱلْبَشَرْ

»Num ob peccata virorum me punis, et mihi id quod homines dicunt, imponis.«

Metrum versus Motakarib appellatum est. conf. libr. m. p. 281 sq.

٤٠٤ إِنَّ دُونَ ٱلطُّلْمَةِ خَرْطَ قَتَادٍ هَوْبَرَ

404. Priusquam pane in cineribus cocta potiris, tragacanthae loci Haubar appellati decorticandae sunt.

Haubar nomen loci tragacanthis abundantis est, ut proverbium rem difficilem perfectu designet.

٤٠٥ إِنَّهُ دِيسٌ مِنَ ٱلدَّيَسَةِ

405. Is conterens ex conterentibus (est.)

De forti, qui omnes adversarios vincit, dicitur.

٤٠٦ إِنَّ ٱلرَّأْيَ لَيْسَ بِٱلتَّظَنِّي

406. Consilium non est opinando.

Hortatur, ut, quum opinio, quam conceperimus, consilium non sit, multum de rebus cogitemus.

٤٠٧ أَنَا ٱبْنُ كُدَيِّهَا وَكَدَائِهَا

407. Ego filius montium Codojjon et Cadaon eius sum.

كُدَى et كَدَاء nomina duorum montium sunt, quorum ille in inferiore Meccae parte, hic in superiore situs est; quapropter suffixum ها eius aut ad Meccam aut ad terram (ارض) referendum est. Proverbii verbis glorians utitur significaturus, se esse loco nobili natum.

Forma comparativi.

٤٠٨ آبَلُ مِنْ حُنَيْفِ الْحَنَاتِمِ

408. Camelorum magis gnarus quam Honaifus Alhanatim.

Conf. Schult. prov. Meid. p. 3. Virum istum ad gentem Banu Taim Allat ben-Tsahlabah pertinuisse narrant. Pollebat autem tanta camelorum tractandorum scientia, ut cameli eius per duodecim dies sitim tolerare possent; aliorum enim cameli nonnisi per decem dies sitim ferebant. Probare autem eius camelorum notitiam, quæ dixerit verba, contendunt فقد من قاظ الشرف وتربع للحزن وتشتى الصمان اصاب المرعى »Qui aestatem degit in regione Alscharf, vere est in regione Alhasn et hieme versatur in regione Alzamman, is pratum invenit.« Regio Alscharf in terra gentis Banu-Ahmir sita est, Alhasn autem est regio a loco Alsebalah incipiens et in regiones terrae Nedjd

adscendens, denique regio Alzammau in terris gentis Banu-Tamim sita est. conf. Scharaf-Aldin.

٤٠٩ آبَلُ مِنْ مَالِكِ بْنِ زَيْدِ بْنِ مَنَاةَ

409. Magis camelorum gnarus, quam Malicus ben-Said ben-Manat.

Conf. Schult. prov. Meid. p. 4. Vir iste, e quo gens Tamim ben-Morr originem duxit, in aliis rebus stupiditatis accusatus, in camelorum scientia excelluit. conf. Scharaf-Aldin.

٤١٠ آكَلُ مِنْ حُوتٍ

410. Voracior quam piscis magnus.

Dicunt quoque اروى من حوت »Magis potu satiatus, quam piscis magnus.«

٤١١ آكَلُ مِنَ ٱلسُّوسِ

411. Voracior quam tinea.

Proverbium aliud a tinea desumtum est اخر العيال سوس المال »Postremus domesticorum tinea opum est.« conf. Schult. prov. Meid. p. 11.

٤١٢ آكَلُ مِنْ ضِرْسٍ

412. Voracior quam dens molaris.

Interdum quoque sic dicunt اكل من ضرس جايع »Voracior quam dens esurientis.« conf. Scharaf-Aldin, Samachschari et Schult. prov. Meid. p. 11.

٤١٣ آكَلُ مِنَ ٱلْفِيلِ وَآكَلُ مِنَ ٱلنَّارِ

413. Voracior quam elephas et voracior quam ignis.

٤١٤ آكَلُ مِنْ لُقْمَانَ

414. Voracior quam Lokmanus.

Nempe Lokmanus Ahdita; hunc enim mane mactatum animal جزور et vespera mactatum animal devorasse fabula narrat. conf. Pocock. specim. hist. Ar. p. 36 ed. pr.

٤١٥ آمَنُ مِنَ ٱلْأَرْضِ

415. Fidelior quam terra.

Quod res depositas terra reddit.

٤١٦ أَكْتَمُ مِنَ ٱلْأَرْضِ وَأَحْمَلُ وَأَحْفَظُ مِنَ ٱلْأَرْضِ ذَاتِ ٱلطُّولِ وَٱلْعَرْضِ

416. Magis abscondens quam terra et magis portans, magis custodiens quam terra, quae lata et longa est.

٤١٧ آمَنُ مِنْ حَمَامِ مَكَّةَ

417. Securior quam columbae Meccae.

Columbae in templo Meccano, quum nemo noxam iis inferat, securae e nullius conspectu fugiunt. conf. Monument. Vetust. Arab. Carm. l. v. 10. 11.

٤١٨ آمَنُ مِنْ ظَبْيِ ٱلْحَرَمِ وَمِنَ ٱلظَّبْيِ بِٱلْحَرَمِ

418. Securior quam dorcas sacrae Meccae regionis et quam dorcas in sacra Meccae regione.

Loco verborum امن من ظبى الحرم, quae e codicibus B.

L. depromsi, legitur in meo codice امن من طير الحرم »Securior quam avis sacræ regionis.«

٤١٩ آلَفُ مِنْ حَمَامِ مَكَّةَ وَآلَفُ مِنْ كَلْبٍ

419. Mansuetior quam columba Meccae, et mansuetior quam canis.

٤٢٠ آلَفُ مِنْ غُرَابِ عُقْدَةَ

420. Mansuetior quam corvus regionis Ohkdah.

Quod si vocem عقدة nomen proprium regionis palmis abundantis esse putas, duos solummodo casus admittit. Sic Mohammedes ben-Habib vocem explicavit. Ibn-Alahrabius autem vocem عقدة omnem proventu abundantem terram significare dixit. conf. Schult. prov. Meid. p. 13.

٤٢١ آلَفُ مِنَ الْحُمَّى

421. Magis homini adhaerens quam febris.

٤٢٢ آكَلُ مِنْ مُعَوِيَةَ وَمِنَ الرَّحَى

422. Voracior quam Moahwijjah et quam mola.

Prius proverbium versus dilucidat

وَصَاحِبٌ لِي بَطْنُهُ كَالْهَاوِيَهْ كَأَنَّ فِي أَمْعَائِهِ مُعَاوِيَهْ

»Et mihi socius est, cuius venter inferno similis est, quasi in eius visceribus Moahwijahus sit.«

Metrum Redjes est. conf. l. c. p. 231.

٤٢٣ آنَسُ مِنْ حُمَّى الْغَيْنِ

423. Adhaerentior quam febris loci Alghin appellati.

Loci Alghin incolae frebribus frequentissime laborasse dicuntur. In codicibus pluribus الفين scriptum est. Modum Kamusi, in quo proverbium adnotatum est, secutus sum.

٤٢٤ آنَسُ مِنَ ٱلطَّيْفِ وَمِنَ ٱلْحُمَّى

424. Familiarior quam spectrum et quam febris.

Proverbia recentiora.

٤٢٥ انَّهُ لَضَيِّقُ ٱلْحَوْصَلَةِ

425. Is ingluviem angustam habet.

٤٢٦ إِنْ تُزَاحِمْ لَمْ يَقَعْ فِي ٱلْخُرْجِ شَيْءٌ

426. Si premis violenter, nil in hippoperam incidit.

٤٢٧ إِنَّ لِلْحِيطَانِ آذَانًا

427. Parietibus aures sunt.

٤٢٨ إِنَّ ٱلسُّلْطَانَ سُوقٌ

428. Imperator forum est.

٤٢٩ انَّ لَيْتًا وَإِنَّ لَوًّا عَنَاء

429. Utique utinam et utique si molestia.

Hoc in proverbio dubitare licet, quaenam et legendi et intelligendi recta sit ratio, multum enim codices inter se discrepant. Noster sic habet ان لينا وان لوا اعتا, codex L. ان ليتا وان لوا عناء codex B. ان ليت ولوا عيا Codex P. ان لوا وان ليتا اعنا, quocum codex Parisiensis consentit, quem pro sua erga me amicitia doctissimus Schmölders in nonnullis locis contulit. Codicum optimorum auctoritate fretus legendi modum ان ليتا وان لوا عناء practuli. Fit interdum, ut particulae nominum locum habeant; id quod in hoc proverbio particulis لـو et ليـت accidisse puto. Proverbii autem sensus talis esse videtur: sive utinam, sive o si! dicis, molestiam inde capio. Qui autem alterum legendi modum ان لينا وان لوا عنـاء praeferendum esse censet, is vertat »sive lenitas, sive cortorsio est, molestia erit« i. e. quocunque modo, sive leniter sive duriter agatur, molestiam capio.

٤٣٠. إِنِ ٱسْتَوَى فَسِكِّينٌ وَإِنِ ٱعْوَجَّ فَمِنْجَلٌ

430. Si rectus est, culter; sin curvus est, falx.

Proverbio res, quae duplici ratione laudem meretur, significatur.

٤٣١ إِذَا أَرَادَ ٱللَّهُ هَلاَكَ ٱلنَّمْلَةِ أَنْبَتَ لَهَا جَنَاحَيْنِ

431. Si Deus formicam perdere vult, alas duas ei dat.

٤٣٢ إِذَا قَالَ ٱلْمَجْنُونُ سَوْفَ أَرْمِيكَ فَأَعِدَّ لَهُ رِفَادَةً

432. Quum insanus dicit, telo te petam, para ei pannum, qui vulneri imponatur.

Forma فاعدّ imperativus est pro فاعدد.

٤٣٣ اِذَا ذَكَرْتَ ٱلذِّئْبَ فَأَعِدَّ لَهُ ٱلْعَصَا

433. Quum lupi mentionem facis, baculum ei para!

٤٣٤ اِذَا لَمْ يَنْفَعْكَ ٱلْبَازِي فَٱنْتِفْ رِيشَهُ

434. Quum accipiter tibi inutilis est, eius plumas evelle!

٤٣٥ اِذَا تَمَنَّيْتَ فَٱسْتَكْثِرْ

435. Quum optas, multum opta!

٤٣٦ اِذَا ذَكَرْتَ ٱلذِّئْبَ فَٱلْتَفِتْ

436. Quum lupi mentionem facis, respice!

٤٣٧ اِذَا شَاوَرْتَ ٱلْعَاقِلَ صَارَ عَقْلُهُ لَكَ

437. Si prudentem de re consulis, prudentia eius tibi commodo erit.

٤٣٨ اِذَا ٱفْتَقَرَ ٱلْيَهُودِيُّ نَظَرَ فِي حِسَابِهِ ٱلْعَتِيقِ

438. Quum Iudaeus ad paupertatem redigitur, rationaria sua antiqua inspicit.

٤٣٩ اِذَا تَعَوَّدَ ٱلسِّنَّوْرُ كَشْفَ ٱلْقُدُورِ فَٱعْلَمْ أَنَّهُ لَا يَصْبِرُ عَنْهَا

439 Quum felis ollas detegere adsueta est, scito eam ab iis (ollis) se non abstenturam esse.

٤٤٠. إِذَا جَاءَ أَجَلُ ٱلْبَعِيرِ حَامَ حَوْلَ ٱلْبِيرِ

440. Quum camelo mortis tempus advenit, circum puteum vagatur.

Nempe in eum decidens, perit.

٤٤١ إِذَا دَخَلْتَ قَرْيَةً فَٱحْلِفْ بِإِلٰهِهَا

441. Quum oppidum intras, per Deum eius iura!

٤٤٢ إِذَا لَمْ يَكُنْ لَكَ ٱسْتٌ فَلَا تَأْكُلِ ٱلْهَلِيلَجَ

442. Quum podex tibi non est, ne myrobalanum edas.

٤٤٣ إِذَا تَخَاصَمَ ٱللِّصَّانِ ظَهَرَ ٱلْمَسْرُوقُ

443. Quum fures duo inter se litigant, res furto ablata adparet.

٤٤٤ إِذَا وَجَدْتَ ٱلْقَبْرَ مَجَّانًا فَٱدْخُلْ فِيهِ

444. Quum gratis invenis sepulcrum, intra!

٤٤٥ إِذَا جَاءَ نَهْرُ ٱللّٰهِ بَطَلَ نَهْرُ مَعْقِلٍ

445. Quando flumen Dei venit, fluvius Makkili irritus est.

In Djeuharii opere legitur: Makkil ben-Jesar unus e sociis prophetae est. Ad gentem Mosainah Modhar pertinet et ab eo fluvius apud Bazram nomen accepit.

٤٤٦ اِذَا تَفَرَّقَتِ الْغَنَمُ قَادَتْهَا الْعَنْزُ الْجَرْبَاءُ

446. Quum oves dissipatae sunt, capra scabiosa eas ducit.

Vili interdum nobis opus esse, proverbium docet.

٤٤٧ اِذَا عَابَ الْبَزَّازُ ثَوْبًا فَاعْلَمْ أَنَّهُ مِنْ حَاجَتِهِ

447. Quum pannorum venditor pannum vituperat, eum ipsi necessarium esse scito.

٤٤٨ اِذَا كَذَبَ الْقَاضِي فَلَا تُصَدِّقْهُ

448. Quum iudex mentitur, ne fidem ei habeto.

٤٤٩ اِذَا أَرَدْتَ أَنْ تُطَاعَ فَسَلْ مَا يُسْتَطَاعُ

449. Quum efficere vis, ut obsequium tibi praestetur, pete quod praestari potest.

٤٥٠ اِنَّمَا يُخْدَعُ الصِّبْيَانُ بِالزَّبِيبِ

450. Nonnisi pueri uvis passis decipiuntur.

٤٥١ اِنَّ الْبَيَانَ لَدَى الطَّبِيبِ

451. Facundia apud medicum est.

٤٥٢ اِنَّ الْأَسَدَ لَيَفْتَرِسُ الْعِيرَ فَاِذَا أَعْيَاهُ صَادَ الْأَرْنَبَ

452. Leo onagrum dilacerat, et quum eum attingere non potest, leporem venatur.

٤٥٣ إذا اصطلح الفارة والسنور خرب دكان البقال

453. Quum mus et felis pacem faciunt, olera vendentis officina destruitur.

De mutuo deceptorum duorum auxilio adhibetur.

٤٥٤ إذا رزقك الله معرفة فلا تحرق يدك

454. Quum Deus cognitionem tibi dat, ne manum tuam ure.

In eum, qui alius sufficiens auxilium invenit, ut labore supersedere possit, quadrat.

٤٥٥ إن الندا حيث ترى الضغاط

455. Mador est, ubi camelos se prementes vides.

Nam cameli sitientes, quum ad aquam adducuntur, se ob festinationem premere solent.

٤٥٦ إن يكن الشغل مجهدة فإن الفراغ مفسدة

456. Quod si occupatio molestia est; at laboris defectus corruptio.

٤٥٧ إن غلا اللحم فالصبر رخيص

457. Si caro cara est; at patientia parvo venalis est.

٤٥٨ اياك والعينة فانها لعينة

458. Mutuum cave, nam res execranda est.

Almohallebo verba *tribuntur*. Se quadraginta drachmas

469. Quando vides ebrium olfacientem malum punicum, scito eum efficere velle, ut lapset.

De huius proverbii sensu dubito. In legendo proverbio omnes paene codices consentiunt, nisi quod codex L. يشتم habet. Id aut octava forma a radice شمر, cui eadem significatio quam primæ, derivata, esse; aut a radice شتم contumelia affecit derivari potest. Caeterum in codice B. littera م signo Teschdid affecta est, nec non littera ل in codice meo, Parisiense, Lugdun. et Berolin. Inde sequitur, de proverbii legendi modo vix dubium oriri posse. Scholiastes ad explicandum proverbium addidit يضرب لمن يسر حسوا فى ارتغا »In eum adhibetur, qui clam lac bibit, dum spumam petere videtur.« Quae autem explicandi gratia addidit scholiastes, ea proverbii verba sunt, quod C. XXVIII, 42. legitur. Sensus autem ratione habita, qui isti proverbio inesse dicitur, nostrum proverbium talem sensum offerre videtur.« Ebrius malum punicum olfacit, dum id edere vult, ea de causa, ut vini odorem, malum punicum edens, a se depellat. Petit igitur e malo punico parvum commodum sc. odoris, dum maius sc. edendi cupere videtur.

٤٧٠ أُمُّ الْكَاذِبِ بِكْرٌ

470. Mater mendacis virgo est.

In eum, qui rem absurdam narrat, quadrat.

٤٧١ أُمَّةٌ عَلَى حِدَةٍ

471. Populus, dum solus est.

Id est: Vir iste solus instar populi valet. Laudi hoc inservit.

٤٧٢ إِنَّ الْأَيَادِيَ قُرُوضٌ

472. Beneficia sunt debita.

٤٧٣ اَلْاِمَارَةُ حُلْوَةُ الرِّضَاعِ مُرَّةُ الْفِطَامِ

473. Principatus dulcis in sugendo, amarus in ablactando est.

Imperium dum gerimus, dulce est, sed quum nobis imperium abrogatur, amarum est.

٤٧٤ أَيُّ يَوْمٍ لَكَ مِنِّي

474. Qualis dies tibi a mea parte (fuit)?

Ad metrum Raml referri potest. conf. libr. m. p. 238. Ei dicitur, qui a te malo afflictus est. In meo codice est لمن اصابك منه شر "Ei (dicitur), a quo tu malo afflictus es."

٤٧٥ أَنَا لَهَا وَلِكُلِّ عَظِيمَةٍ

475. Ego ei sum et cuique rei magni momenti.

٤٧٦ أَوَّلُ الْجِدِّ دَرْدَبَةٌ

476. Initium seriae est faex.

٤٧٧ أَنْتَ سَعْدٌ وَلٰكِنْ سَعْدُ الذَّابِحِ

477. Tu Sahdus es; sed Sahdus aldsabih.

Nomen سعد الذابح duabus stellis lucidis in cornu sinistro Capricorni est. conf. lex. meum sub سعد et ذابح.

٤٧٨ أَيُّ قَمِيصٍ لَا يَصْلُحُ لِلْعُرْيَانِ

478. Quaenam tunica nudo non convenit?

٤٧٩ أَيُّ طَعَامٍ لَا يَصْلُحُ لِلْغَرْثَانِ

479. Quinam cibus esurienti non convenit?

٤٨٠ أَوَّلُ ٱلْحِجَامَةِ تَخْدِيرُ ٱلْقَفَا

480. Initium cucurbitulas aptandi est stupor occipitis.

In meo codice تحذير, in Pocockiano تخدير est. Codices L. B. تخدير habent. Avicennae تخدير stupor in membris est, qui stupor igitur causa est cucurbitulas aptandi.

٤٨١ أَيُّ عُشْقٍ بِٱخْتِيَارٍ

481. Quinam amor cum electione est?

٤٨٢ أَلْيَةٌ فِي بَرِّيَّةٍ مَا هِيَ إِلَّا لِبَلِيَّةٍ

482. Adeps in deserto nonnisi propter calamitatem est.

Quam affero proverbii explicationem, tota Pocockio debetur, qui quum in intelligendis proverbiis Arabis cuiusdam docti auxilium adhibuit, fide non omnino caret. Sic scripsit proverbium الية فى برمة ما هى الا البلية »Adeps in olla non est nisi perniciesa et hanc proverbii explicationem addidit: Dicitur, cum illud, quod quis bonum putat, malum re vera est et perniciosum. Alibi sc. in libro نظم الدر ita scriptum lego الية فى البرية من البلية. Ortum eius hunc vulgo referunt. Quidam in deserto iter faciens quum vidisset ollam adipe plenam, ut ei videbatur, nemine custodiente, panem intinxit et comedit. Postea rediens et hominem quendam videns, ut ignosceret, rogavit, quod eo absente panem adipi intinxerit. Cui ille. Et quomodo fit, ut mortuus non sis, verbis tum proverbii utens, (ille sc. venenum ibi conficiebat) et eductos ex olla serpentes illi ostendit. Quidam ferunt, illum deinde opinione eius quod fecerat, mortuum

esse, alii, cum evasisse vi herbae quam una comedisset. Observandum est, in codice meo et B. vocem البيـة cum Teschdido litterae ى scriptam esse, qui enunciandi modus ob homoioteleuton in proverbio admissus esse videtur.

٤٨٣ أَيْشٍ فِى تَبَّتْ من طَرْد الشَّيَاطِين

483. Quinam nexus est inter Tabbetum et daemonum expulsionem.

Quomodo voce تبت daemones expelli possunt? Tabbat est initium capitis centesimi undecimi Corani, ex quo caput illud nomen accepit. Videtur adhiberi proverbium, quum quis duarum rerum mentionem facit, quae omnino non cohaerent. Voce ايش vulgus pro اى شى »quaenam res« utitur.

٤٨٤ أَنَا أَذْكُرُهُ وَنِصْفُهُ طِينٌ

484. Ego eius recordor, dum dimidium eius lutum erat.

٤٨٥ أَيْشٍ فِى الضَّرْطَةِ من هَلَاكِ الْمِنْجَلِ

485. Quinam nexus ext inter crepitum ventris et falcis amissionem.

Mulier quum propter crepitum ventris a marito vituperata diceret, وانت قد ضيعت منجلا »Et tu falcem amisisti«, maritus haec dixit verba. Dicitur quum quis sermone res coniungit, quae omnino non cohaerent. Voce ايش vulgus pro اى شى »quaenam res« utitur.

Caput II.

Littera Ba.

١ بِيَدَيْنِ مَا أَوْرَدَهَا زَايِدَةٌ

1. Ambabus manibus eos (camelos) Sajidahus ad aquam adduxit.

Verbis ambabus manibus بيدين, roborem significavit, quemadmodum dicitur ما لى به يدان »Non mihi in eo duae manus« i. e. robur et potestas. Nil autem impedit, quominus sensus sit; is est firmiter tenens, ut duas in opere manus adhibeat. Hisce verbis ad studium atque diligentiam in re perficienda incitant. conf. Samachschari.

٢ بِهِ لَا بِظَبْيٍ أَعْفَرَ

2. In eo, non in dorcade alba.

Verbis his utitur is, qui alieno malo laetatur. Samachscharius, in cuius opere proverbium sic legitur به لا بظبى hanc explicationem addidit اى جعل الله ما اصابه لازما له موثرا فيه ولا كان مثل الظبى فى سلامة منه »Id est: Efficiat Deus, ut res ipum attingentes ei semper adhaereant eumque affligant, et ne incolumitate dorcadi similis sit.« Quum

Ferasdako Sijadi ben-Abijah (in al. loc. اميـة Omajjah) mors nuntiatus esset, dixit

أَقُولُ لَهُ لَمَّا أَتَانِي نَعِيُّهُ بِهِ لَا بِظَبْيٍ بِٱلصَّرِيمَةِ أَعْفَرَا

»Dico ei, quum eius mors mihi nuntiata esset; ei, non dorcadi albae in arenarum tumulo (accidat)!« Metrum Thawil est. conf. l. m. p. 162.

٣ بِهِ وَلَا بِكَلْبٍ نَابِحٍ بِٱلسَّبَاسِبِ

3. Ei, non cani latranti in deserto (haec res accidat).

Eadem ratio quam praecedenti proverbio est.

٤ بَقَّةَ صُرِمَ ٱلْأَمْرُ

4. Apud locum Bakkah appellatum res abrupta fuit.

Verba haec Kazirus ben-Sahd-Allachmi regi Djadsimaho Alabrasch, quum in potestatem reginae Sabbae venisset, dixit (de verborum causa et sensu conf. VII, 9.) Bakka nomen loci in Syria siti est.

٥ بَقِّ نَعْلَيْكَ وَٱبْذُلْ قَدَمَيْكَ

5. Soleas tuas conserva et pedes tuos concede!

Proverbium monet nos, ut in opibus conservandis periculum subeamus. conf. Samachschar.

٦ بَدَلُ أَعْوَرَ

6. Permutatio caeci facta est.

Quum Jasido ben-Almohallab e provincia Chorasanae remoto Kotaibahus ben-Muslim, vir avarus, monoculus eius loco in provinciam missus esset, haec verba homines di-

cebant. Rem pravam in locum rei bonae et gratae successisse, proverbium significat. Poeta quidam Chorasanensis sic cecinit

كَانَتْ خُرَاسَانُ أَرْضًا إِنْ يَزِيدُ بِهَا ... وَكُلُّ بَابٍ مِنَ الْخَيْرَاتِ مَفْتُوحُ

حَتَّى أَتَانَا أَبُو حَفْصٍ بِأُسْرَتِهِ ... كَأَنَّمَا وَجْهُهُ بِالْخَلِّ مَنْضُوحُ

»Chorasana terra erat, quum Jasidus in ea esset, cuius omnes bonorum portae apertae erant, donec Abu-Hafzus cum cognatis suis ad nos venit, cuius facies quasi aceto conspersa est.«

٧ بَرِّقْ لِمَنْ لَا يَعْرِفُكَ

7. Cui ignotus es, eum apertis oculis adspice!

Timorem ignoto incute, nam qui tui notitiam habet, tui rationem non habebit. Alia est lectio بَرِّقْ »Apertis oculis adspice o femina.« Sed quum dicatur رَعَدَ الرَّجُلُ وَأَبْرَقَ »Tonuit vir et fulminavit« fieri potest, ut hoc in proverbio secundae formae multum fulminandi significatio tribuatur. conf. Samachschar. Ad metrum Redjes referri potest.

٨ بَرْدُ غَدَاةٍ غَرَّ عَبْدًا مِنْ ظَمَاءْ

8. Frigus matutini temporis servum falsa spe decepit, ut sitis rationem non haberet.

Servus quidam frigore matutini temporis deceptus, quum camelos libere pastum dimisisset et aquam sibi non comparasset, siti periit; quapropter proverbium in cautione commendanda adhibuerunt. Praepositio من cum verbo غرك coniungenda est, quemadmodum غرك من فلان dicere solent, ut ita locus intelligatur من اهلاك الظما اياه »ut sitim eum perdituram esse non putaret«, aut من فقد ظماء »ut se siti non laboraturum esse putaret.« conf. Samachschar.

٩ بَلَغَ ٱلسَّيْلُ الزُّبَى

9. Aquae fluxus ad foveas leonum pervenit.

In Samachscharii opere sic legitur بلغ الماء الزبى »Pervenit aqua ad foveas leonum« i. e. Res terminum suum transgressa est. De re gravissima vel calamitate magna proverbium adhibere solent. Foveam autem ad capiendum leonem destinatam in loco elato faciebant. In Djeuharii opere proverbium legitur sub زبى conf. C. V, 48. XXI, 119.

١٠ حَصْبَصَ إِنْ حُدِيَ بِٱلْأَذْنَابِ

10. Caudas motitarunt, quum cantu ducerentur.

Canens camelorum ductor in itinere praecedere solet, ut ad celeriorem gressum cameli cantu incitentur. Proverbio utuntur, ut pavidi obedientiam significent. In libro quem doct. Bertheau de Abu-Obaidi proverbiis edidit. Göttingae 1836, vitiose الاذناب legitur p. 14. text. Arab. conf. Samachschar. Ad metrum Sarih referri potest. conf. libr. m. p. 246.

١١ بِأَتْ عَرَارِ بِكَحْلٍ

11. Ahrari pro Cahla occisa fuit.

Ahrari عَرَار, quae vox in fine cum vocali Kesre secundum Hidjasi et Tamimitarum dialectum enunciatur et Cahl كحل, quae vox aut indeclinabilis aut declinabilis esse potest, duarum vaccarum nomina sunt, quae cornibus se invicem petentes mutuo se interfecerunt. Duos igitur inter se aequales proverbium describit. Narrat Meidanius, Cotsairum ben-Schehab Alharetsi percussisse Ahbd-Allahum ben-Alhedjdjadj Altsahlebi in oppido Rei et quum ille a praefectura remotus fuisset, hunc vindictam ut caperet eius os fregisse et hunc versum dixisse

بِأَثْ عَرَارِ بِكَحْلٍ فِيمَا بَيْنَنَا وَالْحَقُّ يَعْرِفُهُ أُولُوا الْأَلْبَابِ

»Ahrari occisa est pro Cahla! si nostrae conditionem rationem habes, et rerum veram conditionem cordati cognoscunt.«

Samachscharius dixit, eas fuisse duas vaccas in duabus gentibus. Quarum uni quum pedum nervi amputati essent, et alteri idem factum esset, inter istas gentes perniciosissimum bellum ortum esse. Aliis autem Cahl tauri nomen est. Tum declinabile nomen est. Aliis verba عرار et كحل annorum sterilium nomina videntur. Annis duobus sterilibus homines afflicti istis verbis utebantur significaturi, unum alteri aequalem esse. Adhibetur autem proverbium ad significandum, unum virum alterum occidisse, aut duos viros aequales esse malo, quod unus alteri intulerit.

١٢ بَعْدَ خِيَرَتِهَا يَحْتَفِظُ

12. Post optimos custodit.

Altera lectio est خيراتها, quae ab altera non differt, nisi eo quod pluralis forma est. i. e. Postquam optimos camelos amisit, reliquos custodit. Eum, qui amissa maiore opum parte reliquam partem conservare studet, proverbium designat.

١٣ بَعْدَ اللَّتَيَّا وَالَّتِي

13, Post maguam calamitatem et parvam calamitatem.

Proverbii huius originem talem fuisse narrant. Vir quidam e gente Djadis feminam parvam in matrimonium duxerat, cuius causa multa ipsi mala perpetienda erant. Illa repudio dimissa alteram magno corpore quum duxisset et ex ea duplicem malorum partem accepisset, hanc quo-

que repudians dixit »Post illam parvam et hanc magnam (tertiam in matrimonium non ducam).« Tum in calamitates omnes translata in proverbium venerunt. In tribus Meidanii codicibus proverbium non legitur. Simile est Cap. V, 34. Ad metrum Redjes referri potest.

١٤ بِعِلَّةِ ٱلْوَرَشَانِ يَأْكُلُ رُطَبَ الْمُشَانِ

14. Sub praetextu columbae silvestris optimos recentes dactylos edit.

Aliam rem ostendit, aliam rem intendit. Vocabulum مشان dactylum, cui muris forma est, significat. Meid. conf. Kam. et Dj. s. ورش. Samachscharius proverbii causam hanc adnotavit: Servo cuidam dactylos custodiendos tradiderant. Qui quum dactylos ipse comederet, culpam autem in columbas silvestres conferret, gens ista verba dixit.

١٥ بَيْتِي يَبْخُلُ لَا أَنَا

15. Domus mea avara est, non ego.

Mulier quaedam, quum ab ea res peteretur, rem apud se non inveniri dixit et avaritiae accusata excusandi causa verbis proverbii usa est. In eum dicitur, qui ob inopiam, esti natura beneficus est, beneficia conferre non potest. Samachschari.

١٦ بَيْنَ ٱلْعَصَا وَلِحَائِهَا

16. Inter baculum et eius librum.

De duobus amicis intime coniunctis proverbio utuntur. Meid. Legitur quoque sic proverbium لا مدخل بين العصا ولحايها »Non est locus intrandi inter baculum eiusque librum« et لا تدخل بين العصا ولحايها »Ne intres inter baculum eiusque librum.« Quibus verbis maxima propinqui-

tas inter duos designatur. Samachscharius autem dixit, proverbium de peregrino adhiberi, qui inter duos cognatos, intraverit. Cecinit poeta

لَا تَدْخُلَنْ بِنَمِيمَةٍ بَيْنَ الْعَصَا وَلِحَائِهَا

»Ne intres cum obtrectatione inter baculum eiusque librum.«

i. e. Ne duos cognatos obtrectatione separes. Metrum versus est Camil. Confer libr. m. p. 214.

١٧ بَيْنَ الْمُمَاخَةِ وَالْعُجَافِ

17. Inter ovem, in cuius ossibus medulla est et emaciatam.

De eo, quod homo una re contentus aliam non expetit, adhibetur.

١٨ بَيْنَ الرَّغِيفِ وَحَاجِمِ التَّنُّورِ

18. Inter libum et furni locum maxime ardentem (ponaris).

Proverbium execrationi inserviens ad metrum Camil referri potest. conf. libr. m. p. 212. Sed in Samachscharii opere legitur يضرب للواقع فى امر صعب قد التبس به »In eum dicitur, qui in rem difficilem incidit, qua implicitus est.«

١٩ بَيْنَ الْقَرِينَيْنِ حَتَّى ظَلَّ مَقْرُونًا

19. Inter duos coniunctos, ut coniunctus fiat.

Inter duos coniunctos intrat, ut iis similis fiat. De eo, qui se rei ad ipsum non spectanti immiscet, ut ipsi adhaereat (donec ea intricatus sit), dicitur. Samachscharius dixit: Duobus coniunctis camelis tertius non coniunctus se immiscet, et cum iis simul coniungitur. Proverbium ad metrum Basith referendum in eum dicitur, qui bonum sibi comparare studet. conf. libr. m. p. 190.

٢٠ بَيْنَهُمْ دَاءُ ٱلضَّرَائِرِ

20. Inter eos est morbus mulierum cum aliis communem maritum habentium.

De inimicitia inter homines stabilita adhibetur, quia inimicitia inter tales uxores nunquam cessat. Samachscharius. Ad metrum Raml referri potest. conf. libr. m. p. 238.

٢١ بَيْنَهُمْ عِطْرُ مَنْشِم

21. Inter eos (est) odoramentum mulieris Manschimae appellatae.

Manschima mulier erat odoramenta vendens in oppido Medina. Gentes autem Chosaah et Djorhom, pugna dimicaturi his odoramentis corpus inficiebant. Tum magna caedes esse solebat. Cum hoc aliud proverbium cohaeret اشأم من عطر منشم »Infaustior quam odoramentum Manschimae«. conf. C. XIII, 125. Harir ٥٣٥. De magno malo adhibitum ad metrum Chafif referri potest. conf. l. m. p. 262.

٢٢ بِهِ دَآءُ ضَبِّي

22. Morbo dorcadis laborat.

Id est: nullus in eo morbus est, quod dorcadem nullo laborare morbo dicunt. Alii autem, qui dorcadem morbo laborare dicunt, putant significari, morbum eius non nosci, quemadmodum dorcadis morbum nemo noscat.

٢٣ بَلَغَتِ ٱلدِّمَآءُ ٱلثُّنَن

23. Sanguis ad postremos crines in talo iumenti pervenit.

Ad extremum calamitas pervenit. conf. proverb. 9.

٢٤ جَنْبِهِ فَلْتَكُنِ ٱلْوَجْبَةُ

24. In latere eius et sit lapsus!

His verbis is, qui Deum in aliquem advocat, utitur. Morbus enim in latere (pulmone) semper mortem adfert. In initio proverbii ellipsis est جنبه داء فلتكن الوجبة به vel رماه الله بداء جنبه فلتكن الوجبة به »In latere eius sit morbus, ut inde mortuus in terram decidat »vel« Deus morbo in latere eum affligat etc.« conf. Samachschar.

٢٥ بَلَغَ فِي ٱلْعِلْمِ أُطْوَرَيْهِ

25. In scientiis ad extremum finem pervenit.

Legitur أُطْوَرَيْهِ et اطورَيْهِ (ut dualis aut pluralis forma sit). Si dualem admittis, scientiae initium et finem significat; sin pluralem, fines eius extremos. conf. Kam. Samachschar.

٢٦ بِأَبِي وُجُوهٌ ٱلْيَنَامِي

26. Per patrem meum orbi redimantur!

Legitur quoque وا بابى »Eheu! per patrem meum.« Vir quidam Sahdus Alkarkarah ex incolis Hodjri[1]) unus, quem ludere solebat rex Alnohmanus ben-Almondsir, regis equum Aljahmum appellatum, qui omnes in eo vehentes deiiciebat, conscendere iussus, quum artis equestris minime peritus facere recusaret, vi a rege coactus erat. Quapropter in eo sedens, et perniciosum huius rei exitum sibi timens, quum unum filiorum suorum conspexisset, haec verba protulit. Quibus ad risum commotus rex ab incoepto abstitit. De misericordia, qua quis erga propinquos afficitur, proverbium adhibetur. Verba autem sic explicanda sunt

1) Nomen urbis primariae regionis Bahrain.

فدى بابى وجوه اليتامى »Redimantur per patrem meum orborum facies!«

At Sahdus ad istam rem alludens dixit:

نَحْنُ بِغَرْسِ ٱلْوَدِيِّ أَعْلَمُنَا مِنَّا بِجَرْيِ ٱلْجِيَادِ فِي ٱلسُّلَفِ

يَا لَهْفَ أُمِّي فَكَيْفَ أُطْعِنُهُ مُسْتَمْسِكًا وَٱلْيَدَانِ فِي ٱلْعُرَفِ

»Nos plantationem parvarum palmarum in complanatis arvis melius noscimus, quam cursum generosorum equorum. Eheu! matrem meam. Et quomodo efficiam tenens, ut recta pergat, dum manus ambae in iuba sunt.«

Observandum quoque est اعلمنا esse pro اعلم منا. Est autem dialecto urbis Hodjr proprium omittere praepositionem من et coniungere pronomen cum comparativo.

Metrum est Monsarih. conf. libr. mei p. 255.

٢٧ بِأُذْنِ ٱلسَّمَاعِ سُمِّيتَ

27. Propter aurem auditus (us) nominatus es.

Eum, qui audiens benefaciendi virtutem beneficum se ostendit, designat. Hic autem proverbii grammatice explicandi modus est بسماع اذن شانها السماع سميت بكذا وكذا »Propter auditum auris, cuius res auditus est, tali nomine appellabaris« i. e. Beneficus appellabaris propterea, quod beneficientiam commemoratam audiebas et faciebas. Vocabulum سماع cum aure connexuit, quia auris cum auditu cohaeret; vocabulo autem سمى inesse potest commemorandi significatio, ut proverbii sensus sit. »Propter beneficia tua, quae audiebantur, commemoratus es gratiarum verbis, ut ad beneficientiam incitareris.« Grammaticus Alamawi autem dixit, proverbii sensum hunc esse: Agendi ratio tua verba tua, quae aures audiunt, vera esse probat. conf. Samachschar.

٢٨ بَعْضُ ٱلشَّرِّ أَهْوَنُ مِنْ بَعْضٍ

28. Mali una pars levior est altera.

His verbis usus esse dicitur Tharafahus ben-Alabhd in hoc versu, quum Alnohmanus eius occidendi mandatum dedisset

أَبَا مُنْذِرٍ أَفْنَيْتَ فَاسْتَبْقِ بَعْضَنَا حَنَانَيْكَ بَعْضُ الشَّرِّ أَهْوَنُ مِنْ بَعْضِ

»O Abu-Mondsire tu perdidisti; sed nostrae (gentis) partem relinque; miserere mei! pars una mali levior est, quam altera.«

Metrum est Thawil appellatum. conf. libr. m. p. 163. Proverbio in duobus malis inter se diversis utuntur. Simili ratione ان من الشر خيارا »Inter mala sunt meliora.« conf. I, 12. conf. XXVI, 61 et Harir. p. ۴۹۳. Hoc proverbium in versu Hamasae p. ۳۶۵ legitur. Reiskius autem, versus occasionem non eam fuisse, quam Meidanius adtulerit, probavit. Sic Reiskius duce Nowairio refert: Haritsus ben-Abad, qui multis cladibus gentem Thaghleb afflixerat, se pacem cum iis non facturum iuraverat, donec terra ipsum alloqueretur. Quapropter ut pacem nanciscerentur, Taghlebitae in fovea virum, qui e terra versu Tharafahi Haritsum illum, cui cognomen Abu-Mondsir esset, alloqueretur, abscondebant. Inde autem error ortus videtur, poetam regem Alnohmanum alloqui. conf. Vullers. clar. in Tarafahi Moallaca p. 9. et Reiskium.

۲۹ بِبَطْنِهِ يَعْدُو ٱلْقَرْقَرُ

29. Per ventrem suum equus currit.

Vario modo proverbium explicatur. In equis maribus cursus eandem rationem esse quam pabuli, quod consumant, equos mares autem maiorem pabuli copiam, quam equas, consumere dicunt. Alii proverbii originem talem fuisse constituunt. Vir quidam quum ad suos reversus et propter magnam famem inter edendum neque filii neque uxoris ullam rationem haberet, tum satiatus puerum advocaret et ab uxore concubitum peteret. uxor proverbii

verba dixit. Alii narrant, feminam cum viro ventroso cursu certasse, et ut eum terreret ما اعظم بطنك »Quam magnus venter tuus est!« dixisse; illum vero ببطنه يعدو الذكر »Per ventrem suum equus mas currit« respondisse. Samachscharius dixit esse interpretes, qui voce بطن vallem intelligendam esse censerent, quippe quum equus mas in campo plano, femina in terra salebrosa melius curreret. Adhiberi autem proverbium in excusatione, quum quis factum, ob instrumenti defectum relinquat. Ad metrum Redjes referri potest. conf. l. m. p. **232**.

٣٠ بِكُلِّ وَادٍ أَثَرٌ مِنْ ثَعْلَبَةَ

30. In qualibet valle gentis Tsalebahi vestigium est.

Vir quidam, cui gentis Tsalebah agendi ratio non placeret, ad aliam se contulit et ibi eandem agendi rationem expertus est. Huic simile proverbium I, **217**, II, 105 legitur. In eum dicitur, qui quovis se convertat, res sibi ingratas experitur. Sam. Ad metrum Redjes referri potest.

٣١ بِالسَّاعِدَيْنِ تَبْطُشُ الْكَفَّانِ

31. Per brachia duo manus duae validae sunt.

Mutuum virorum duorum auxilium significat. Alter proverbii legendi modus est بالساعد تبطش الكف »Per brachium manus valida est« quem Samachscharius secutus est. Abu-Ohbaidahus proverbii sensum sic explicavit. Nonnisi potentia et opibus voluntatem meam exequi possum; sed illas res non possideo. Verbis his uti solet vir natura beneficus; sed opibus carens. Tum verbis, virum paucos tantum adiutores habere, significant. Metrum Redjes est.

٣٢ بَدَا تَجِيثُ الْقَوْمِ

32. Apparuit terra putei gentis.

Vocabulum تجيبة et تجيبنة proprie »terram e putei fundo egestam« significans in arcana gentis translatum est. Sunt autem, qui تجيبة hoc loco »terram ad scopum sagittariorum congestam« significari dicant, ut proverbii sensus sit.« »Eorum arcanum scopus est, qui petitur.«

٣٣ بَرِحَ الخَفَآءُ

33. Cessavit occultatio.

Cessavit arcanum et prodiit res, quemadmodum erat. Sunt autem, qui dicant خفاء esse »terrae locum depressum«, براح vero »locum elatum«, ut proverbii sensus sit. »Depressus terrae locus factus est elatus.« Primus qui proverbio uteretur Sathih ariolus fuisse dicitur (sic in codice B.).

Cecinit poeta proverbii verbis utens

بَرِحَ الخَفَاءُ فَبُحْتُ بِالكِتْمَانِ وشَكَوْتُ ما أَلْقَى مِنَ الكِتْمَانِ

لَوْ كَانَ مَا بِي فَيْنَنَا لَكَتَمْتُهُ لَكِنَّ ما بِي جَلَّ عَنْ كِتْمَانِي

»Cessavit occultatio, et arcanum indicavi et questus sum occultationem, qua affligor. Si res, quae mihi accidit, levis fuisset, eam occultassem, sed res maior erat, quam ut eam occultare possem.«

٣٤ بِمِثْلِ جارِيَةٌ فَلْتَزْنِ ٱلزَّانِيَةُ

34. Cum tali viro qualis Djarijahus est, scortum scortetur.

Vir Djarijahus ben-Salith pulcher erat, quam ob causam puella amore capta, ex eo conceperat. Puellae mater rei certior facta, primum filiam vituperans, quum Djarijahum conspexisset, filiae excusandae causa dixit بمثل جارية فلتزن الزانية سرا او علانية. »Cum tali viro,

qualis Djarijahus est, scortum scortetur sive secreto sive publice.« In generoso, cui inferior servit, proverbium adhibent.

٣٥ بِفِيهِ مِنْ سَارٍ الى ٱلْقَوْمِ ٱلْبَرَى

35. In ore eius, qui ad gentem noctu proficiscitur, sit terra!

Hoc proverbium in virum dicunt, qui noctu proficiscens genti res ingratas nuntiavit. In Samachscharii opere بفيك »in ore tuo« legitur. Proverbio metrum Redjes est. conf. libr. meum p. 230.

٣٦ بِفِيهِ ٱلْبَرَى وَعَلَيْهِ ٱلدَّبَرَى وَحُمَّى خَيْبَرَا
وَشَرُّ مَا يُرَى فَإِنَّهُ خَيْسَرَى

36. In ore eius sit terra, contra cum fuga et febris Chaibarae, et malum quo, dum non cernitur, perit.

Vocabulum خيسرى idem est quod خسار »interitus«; est autem خيسرى pro خيبرى positum. In loco Chaibar febres periculosae erant. conf. prov. 107. Dicitur quoque بفيه الكثكث »In ore eius terra« conf. Dj. et بفيه الاثلب »In ore eius terra et lapides«, quod spe frustratum esse hominem significat. Cecinit poeta

كِلَانَا يَا مُعَاذُ نُحِبُّ لَيْلَى بِفِيَّ وَفِيكَ من لَيْلَى التُّرَابُ

»Ambo nos Lailam amamus. In ore meo et ore tuo ex Laila terra est.« De metro Wafir conf. libr. m. p. 204.

٣٧ بَلَغَ ٱلسِّكِّينُ ٱلْعَظْمَ

37. Culter ad os penetravit.

Simile est proverbium Cap. II. 9. et prov. 65. De summa molestia et periculo adhibetur.

٣٨ بِحَمْدِ ٱللَّهِ لَا بِحَمْدِكَ

38. Per laudem Dei, non per laudem tuam.

Haec verba Ajescha Mohammedi dixisse fertur, quum ei versus الافك revelationem annuntiaret. Conf. Sur. 24. 11. Praepositio ب ab omisso verbo اقر „Confiteor, praedico, laudem Deo, non tibi esse tribuendam, pendet. conf. Gagnier vita Moham. p. 82. In eum transfertur proverbium, qui beneficium, quod sibi vendicare non potest, facit.

٣٩ بَيْضَةُ ٱلْعُقْرِ

39. Ovum sterilitatis.

De re, quae semel tantum accidit, dicitur, quod gallus semel tantum ovum deponere putatur. Abu-Ohbaidahus dixit: Quod si semel tantum donum dat avarus, hoc بيضة الديك galli ovum appellatur; sin vero donum pluries dat, tum donare haud pergit, hoc بيضة العقر ovum sterilitatis appellatur. Sunt autem qui dicant, proverbio eundem esse sensum, quam verbis بيض الانوق „Ovum avis Anuk appellatae“ et الابلق العقوق „Variegatus praegnans“ quibus rem re vera non existere, aut fieri non posse, designant. Dixit Baschschar ben-Bord

قَدْ زُرْتِنِي زَوْرَةً فِي الدَّهْرِ وَاحِدَةً ثَنِّي وَلَا تَجْعَلِيهَا بَيْضَةَ ٱلدِّيكِ

„Tu (o femina!) semel me visitasti, repete autem, ne galli ovum sit.“

٤٠ بَاقِعَةٌ مِنَ ٱلْبَوَاقِعِ

40. Versutus e numero versutorum.

Verisimilis huius proverbii explicandi ratio videtur, qua باقعة nomen avis cautae est, ut ab ave in hominem loquendi modus translatus sit.

٤١ بَيْتُ ٱلْأَدَمِ

41. Domus coriorum.

Vocem أَدَمٌ a singulari اديم derivandam esse putant, et بيت الادم terram significare. Aliis domus sutoris est. Proverbium plures, quorum naturae diversae sint, esse coniunctos significat, quemadmodum in terra aut in domo sutoris res multum diversae congregatae sunt. Sic in poetae versu est

ٱلنَّاسُ إِخْوَانٌ وَشَتَّى فِي ٱلشِّيَمْ وَكُلُّهُمْ يَجْمَعُهُ بَيْتُ ٱلْأَدَمْ

„Homines fratres sunt diversas naturas habentes, omnes vero eos congregat terra.“

Metrum versus est Redjes. conf. I. m. p. 231. Sunt denique, qui domum esse corio confectam dicant, ut proverbii sensus sit, omnes homines etsi natura et moribus diversos ab uno viro originem ducere, quemadmodum dicatur الارض من تربة والناس من رجل „Terra ex humo et homines e viro.“ conf. II, 185.

٤٢ بِنْتُ ٱلْجَبَلِ

42. Filia montis.

Cognomine hoc sonum a monte repercussum (echo), qui nil veri habet, appellant. Nomine autem hoc vir, qui cum uno quoque est et nullam personae rationem habet, describitur.

٤٣ بِئْسَ مَقَامُ ٱلشَّيْخِ أُمْرُسْ

43. Quam malus est senis locus (in quo dicitur), delapsum funem in loco suo repone!

Si funis, cuius ope situla in puteum demittitur, e media trochlea in latus recedit, hoc مرس للحبل appellatur, sin vero funis in mediam trochleam reducitur, hanc rem vocabulo امرس designant. Sic vero proverbii verba explicant بئس مقام الشيخ المقام الذى يقال له فيه امرس „Quam malus est senis locus sc. locus in quo ei dicitur: delapsum funem in loco suo repone!“ Senex propter aetatem imbecillis aquae hauriendae molesto labori impar est. Quod si igitur senex isti operi molesto praeficitur, male se habet. De eo proverbii verbis utuntur, qui necessitate rem peragere cogitur, cui impar est aut qua liberatus esse debet. Proverbium ad metrum Sarih referri potest. conf. Samachschar.

٤٤ بَاتَ بِلَيْلَةٍ أَنْقَدَ

44. Pernoctavit modo herinacei.

Per totam noctem vigilavit. Dicitur quoque اجعلوا سر بنا لكم ليلة انقد „Ponite vobis noctem herinacei“ et ليلة ابن انقد „Proficiscere nobiscum nocte filii herinacei!“

٤٥ بَرْضٌ مِنْ عِدٍّ

45. Pauca aqua ex perenni aqua.

Parum e multo.

٤٦ بَيْضَةُ الْبَلَدِ

46. Ovum nidi struthiocameli.

In eum transfertur, cuius nulla ratio habetur, siquidem struthiocamelus nullam ovorum, quae in arena deposuerit, rationem habere dicitur. Interdum quoque hic loquendi modus laudi inservit. Unus est in terra, ad quem omnes conveniunt, cuiusque verbis obediunt. Hanc vero significationem verbis mulier tribuit, quae ab Ahlio occisum Ahmruum ben-Ahbd-Wodd deplorabat

لَوْ كَانَ قَاتِلُ عَمْرٍو غَيْرَ قَاتِلِهِ بَكَيْتُهُ مَا أَقَامَ الرُّوحُ فِي جَسَدِي

لٰكِنَّ قَاتِلَهُ مَنْ لَا يُعَابُ بِهِ وَكَانَ يُدْعَى قَدِيمًا بَيْضَةَ الْبَلَدِ

„Si fuisset Ahmrui occisor alius, cum deplorassem, quamdiu in corpore meo animus remansisset; sed occisor eius est talis, qui non vituperatur et iam olim ovum nidi struthiocameli appellabatur.“

Metrum versus Basith est. conf. l. m. p. 189.

٤٧ بَرِيءٌ حَيٌّ مِنْ مَيِّتٍ

47. Liber est vivus a mortuo.

In discessu et separatione adhibetur proverbium.

٤٨ بَرِيئَةٌ قَائِبَةٌ مِنْ قُوبٍ

48. Liberum est ovum a pullo.

Sunt, qui vocabulo قائبة ovi, vocabulo قوب pulli significationem tribuant; alii autem vocem قابة pullum, vocem قوبة ovum significare dicunt. Intelligendi ratio paululum diversa est, ut actio aut ovo aut pullo tribuatur.

٤٩ بَالَ حِمَارٌ فَاسْتَبَالَ أَحْمِرَةً

49. Urinam asinus egessit et effecit, ut asini urinam redderent.

Proverbium adhibent in auxilio mutuo, quod plures in re tibi ingrata sibi praestant. Ad metrum Redjes proverbium referri potest. conf. libr. m. p. 230.

٥٠ بِئْسَ الْعِوَضُ مِنْ جَمَلٍ قَيْدَهُ

50. Quam pravus est restituendi modus, quum

pro camela perdita lorum, quo pedes colligebantur, redditur.

Narrant, virum, cui pastor cameli perditi lorum, quo pedes colligebantur, adtulisset, haec verba dixisse.

٥١ بِئْسَ ٱلرِّدْفُ لَا بَعْدَ نِعْمَ

51. Quam male vocabulum non sequitur vocabulum sane!

Quod si primum rem concedisti, postea a te neque negari neque recusari debet. Hunc sensum poeta Almotsakkab appellatus versibus expressit

حَسَنٌ قَوْلُ نِعَمْ مِنْ بَعْدِ لَا وَقَبِيحٌ قَوْلُ لَا بَعْدَ نِعَمْ

انَّ لَا بَعْدَ نِعَمْ فَاحِشَةٌ قَبِلَا فَٱبْدَأْ اذَا خِفْتَ النَّدَمْ

وَاذَا قُلْتَ نِعَمْ فَٱصْبِرْ لَهَا بِنَجَاحِ ٱلْوَعْدِ انَّ ٱلْخُلْفَ ذَمْ

„Pulchrum est verbum Sane post verbum Non, et turpe est verbum Non post verbum Sane. Utique verbum Non post verbum Sane turpe est; incipe igitur verbo Non, si poenitentiam times. Quum dixisti Sane, cum patientia promisso satisfac, nam promisso contrarium vituperio dignum est.“

Metrum Chafif est. conf. libr. m. p. 262.

٥٢ بَطْنِي عَطِرِي وَسَائِرِي ذَرِي

52. Ventrem meum odorantem redde (o mulier)! reliqua omitte!

Legitur quoque sic proverbium بطنى فعطرى وسائرى فذرى Sensus idem est. Samachschar. Virum quendam, qui ad hospitem esuriens venisset, quum ancilla odoramenta afferre iuberetur, verba haec dixisse narrant. In eum, cui gravior

res mandatur, quadrat. Meid. Cibum rogans proverbii verba dicere solet. Samachschar.

٥٣ بُغِيتُ لَكَ ووُجِدْتَ لِي

53. Ego a te desideratus sum et tu mihi inventus es.

De amicis inter se consentientibus proverbium adhibetur.

٥٤ بَقْلُ شَهْرٍ وشَوْكُ دَهْرٍ

54. Olus mensis et spinae aevi.

In eum, cuius bonum breve, malum autem diuturnum est, quadrat.

٥٥ بِمَا تَجُوعِينَ ويَعْرَى حِرْكِ

55. Pro eo, quod famelica eras et pudendum tuum nudum erat.

Si quis e paupere dives factus est, et de opibus novis gloriatur, haec ei verba dicunt ad significandum, eum antea pauperem fuisse.

٥٦ بَرْقٌ لَوْ كَانَ لَهُ مَطَرٌ

56. Fulmen est, si ei pluvia fuisset.

Eum, qui forma pulchra praeditus virtutibus caret, significat.

٥٧ بَقِّطِيهِ بِطِبِّكِ

57. Disperge id cognitione tua!

Virum amatam visitatum ivisse narrant, et quum necessitate alvum ibi exonerare cogeretur, haec ut vestigia

rei deleret, mulieri verba dixisse. De eo, qui, qua est prudentia, bene agere iubetur, proverbii verbis utuntur.

٥٨ بَيْنَ الْحُذَيَّا وَالْخَلْسَةِ

58. Inter donum et rem raptam.

De eo dicitur, qui donum leniter petit et id assequi studet quasi dicens: »Dono date aut id rapiam.«

٥٩ بَالَ فَادِرٌ فَبَالَ جَفْرُهُ

59. Caper montanus annosus urinam fecit et eius pullus urinam fecit.

Filium patri suo simillimum esse significat.

٦٠ بِمِثْلِي تُطْرَدُ الْأَوَابِدُ

60. Per virum mihi similem ferae propelluntur.

Per virum mihi similem res difficiles perficiuntur.

٦١ بَلْدَةٌ يَتَنَادَى أَصْرَامُهَا

61. Regio, cuius corvus et lupus conveniunt.

Hominem, quem mores pravum esse adnuntiant, designat.

٦٢ بَكَرَتْ شَبُوَةٌ تَزْبِيمُ

62. Pilos erigens scorpio advenit.

Ad malum inferendum se praeparavit. Recitavit Ebn-Alahrabius hunc versum

قَدْ بَكَرَتْ شَبُوَةٌ تَزْبِيمُ تَكْسُو أَسْتَهَا لُحْمًا وَتَقْمِطُ

„Advenit scorpio pilos erigens, podicem carne vestiens et corpus contrahens caudamqne inflectens.“

Metrum est Sarih appellatum. conf. libr. m. p. 246.

٦٣ بَقِيَ أَشَدُّهُ

63. Negotii gravior pars restat.

Fabulam proverbii huius explicandi causa adtulerunt. Mures, quum a fele vehementer afflicti essent, ut tintinabulum ad felis collum appenderent, consilium ceperunt. Quum autem unus, quis nostrum id appendet, interrogasset, alter proverbii verbis respondit. Sic autem verba intelligi possunt, ut sint pro بقي أشدّ هذا الامر „Remanet gravior rei pars.“ Altera autem lectio بقي شده hunc sensum praebet. „Restat, ut adligatur.“

٦٤ بَاتَ هٰذَا ٱلْأَعْرَابِيُّ مَقْرُورًا

64. Arabs hic frigore affectus pernoctavit.

De eo, qui alios rebus necessariis carentes deridet, proverbium adhibetur. Dum ipse calet, caeteri frigore affecti pernoctant. Simile huic proverb. est. Cap. XXVII, 61.

٦٥ بُعْدُ ٱلدَّارِ كَبُعْدِ ٱلنَّسَبِ

65. Distantia domus est eadem, quam distantia cognationis.

Quod si cognatus tuus utilitatem tibi non affert, idem est ac si cognatione tecum coniunctus non est.

٦٦ بَلَغَ مِنْهُ ٱلْمَخَنَّقُ

66. Ad eius guttur perventum est.

Tantum ei onus impositum fuit, vel tanta molestia afflictus fuit, ut ad extremum perveniret. Dixit poeta Rubahus

دَارَتْ رَحَانَا وَرَحَاهُمْ نَسْتَقِي سِجَالَ مَوْتٍ مَنْ يَخُضْهَا يَغْرَقِ

إِذْ أَبْلَغَ ٱلْمَوْتُ إِلَى ٱلْمَخَنَّقِ

„Circumversa fuit mola nostra et mola eorum, dum hauriebamus plenas situlas mortis, quas qui ingreditur, submergitur, nam mors ad guttur adducta est.."

Metrum est **Redjes** appellatum. conf. prov. 36.

٦٧ بِعَيْنِ مَا أُرَيِّنَّكَ

67. Oculo te video.

Sic age, ut me te semper observantem putes. Socordia ut fugiatur, proverbium monet. Samachscharius dixit, proverbio legatum ad festinandum impelli. Particula ما confirmandae et corroborandae sententiae inservit.

٦٨ بِالْإِلْفَاءِ وَالْبَنِينَ

68. Cum concordia et liberis.

Verbis hisce novae coniugi gratulantur. Vocem بالرفاء duplici modo explicari posse, interpretes putant, uno deducto a verbi significatione **coniungendi**, altero a **quietis** significatione. Quidam novo coniugi gratulaturus dixit „Opto tibi concordiam et firmitatem, et filios, non filias." بالرفاء والثبات والبنين لا البنات

Conf. **Harir.** p. ٣١٥ schol. Kam. Djeuh.

٦٩ أَبْنُكَ مِنْ أَبِنْ بُوحِكَ

69. Filius tuus est filius animae tuae.

Vario autem modo proverbii huius verba explicant. Vocabulo بوح **animae** significationem qui tribuunt, suffixum aut generis feminini aut masculini esse posse statuunt. Qui autem vocabulum بوح **penis** significationem habere contendunt, ii nonnisi masculini genus in suffixo admittunt. Tum sunt, qui dicant, vocabulum بوح nomen esse a verbo باح بالشيء „manifestavit rem" derivandum,

ut sensus sit: „filius tuus est is, quem tanquam filium tuum publice agnovisti.“ Quum enim inter Arabes quosdam mulieris communio esset, filium aut agnoscere aut repudiare in cuiuslibet potestate erat. Sunt denique, qui vocabulum بوح pluralis formam esse contendant a باحة atrium ortam, ut proverbii sensus sit „filius est tuus, qui in atrio tuo natus est.“ Proverbii originem hanc fuisse tradunt. Cabscha filia Ohrwahi Ohkailum ben-Thofail ben-Malic ben-Djahfar filium suum appellaverat. Mater eius id audiens dixit ابنك من دمى عقبيك „Filius tuus est, qui calces tuas sanguine infecit“ i. e. quem peperisti. Cabscha autem verbis proverbii respondit. Scharaf-Ald., Samachsch. Pluribus Schultensius (Meid. proverb. p. 49 sq.) rem exposuit.

٧٠ بِنْتُ بَرْحٍ شَرَكٌ عَلَى رَأْسِكَ

70. Infortunium est laqueus super capite tuo.

Vocabulis بنات بَرْح Filiae mali et بَنُو بَرْح Filii mali calamitas, noxa significatur. De gravi et periculosa re proverbium adhibetur.

٧١ جَحَازِجُ الْأَرْوَى

71. Pulli caprae montanae.

Personam, quae nonnisi raro conspicitur, designat.

٧٢ بَرِّزْ نَارَكَ وَإِنْ هَزَلْتَ فَارَكَ

72 Ignem tuum profer et si brachii tui musculum emacias.

Hospitem tuum laute excipe et si ipse inopia affligeris.

٧٣ بَدَتْ جَنَادِعُهُ

73. Scarabaei eius nigri apparuerunt.

Vocabulo جندعة „animalculum nigrum (scarabaeus), duobus in capite longis cornibus praeditum, in lacertae latibulo vivens“ significatur. Quum fossor ad lacertae locum pervenit, haec animalcula apparent. Proverbium mali initium apparere, indicat. conf. C. I, 347.

٧٤ بَاتَتْ بِلَيْلَةٍ حُرَّةٍ

74. Pernoctavit nocte libera.

Arabes noctem, qua integram virginitatem servat nupta, ليلة حرة noctem liberam appellare solent, noctem autem, qua inita est, ليلة شيباء „noctem candidam“; quapropter in eo qui victus non est, adhibent proverbium, contra de victo باتت بليلة شيباء Pernoctavit nocte candida dicunt.

٧٥ بَرِئَتْ مِنْهُ مَطَرَ ٱلسَّمَآءِ

75. Ista re immunis sum, quamdiu pluviam coelum demittit.

Id est: Semper.

٧٦ بِسِلَاحٍ مَا يُقْتَلَنَّ ٱلْقَتِيلُ

76. Armis quibuscunque occisus occiditur.

Ahmruus ben-Omamah regis Ahmrui ben-Hind frater a gente Morad[1]) occisus erat. Necis ulciscendae causa rex contra eam exercitum duxit pluresque neci dedit et quum pacem colens Ebn-Aldjoaihdus adductus tentorii palis eius iussu occisus esset, ista verba dixit significaturus, malum malo pensatum esse, nil differre quo instrumento occisus

1) Gens ista originem a Kahlano filio Sabae repetens in montibus Jemanae sedes habebat. *conf. Pocock. specim. hist. Arab. p. 44. Abulfed. hist. anteisl. ed. Fleischer. p. 190.*

esset. Forma futuri parogogici ob antecedens ما, ut vis addatur verbis, adhibita dicitur. Aut omissum est قاتل, ut sit pro يقتلن قاتل القتيل „Occiditur occisor occisi“ aut voce القتيل occisus, ipse Ebn-Aldjoaihdus significatur. Proverbium legitur apud Bertheauum l. c. p. 13. text. Ar. Samachscharius autem sic adnotavit proverbium بسلاح ما يقتل القتيل et praeter istam a me ex Meidanii opere adlatam explicationem aliam talem dedit. Vir, qui frustra inimici occidendi occasionem quaesiverat, cum pace facta et securitate promissa occidit. Verbis proverbii, quibus utebatur, significare in animo habebat; plures esse occidendi modos, ut ipsa pax concessa in eorum numero esset. Adhibetur autem proverbium de astutiis, quas quis instituit, ut desiderio suo satisfaciat.

أَبْدَاهُمْ بِالصُّرَاخِ يَفِرُّوا ٧٧

77. Contra eos clamare incipe! fugient.

Virum quendam alteri iniuriam intulisse narrant, et ut alterius vituperationem effugeret, de ipso apud eundem queri incepisse. De iniusto, qui iniuria se violatum simulat, ut eius factum silentio praetermittatur, proverbium, quo vulgus utitur, adhibent. conf. Schult. prov. Meid. p. 22.

أَبْدَايِهِنَّ بِعَفَالِ سُبِيتِ ٧٨

78. Incipe illis dicere, Ahfahli! in captivitatem abducaris!

Hanc proverbii originem fuisse narrant. Sahdus ben-Said Manat Rahamam filiam Alchesredji ben-Taim-Allah pulcherrimam feminam in matrimonium duxerat. Quam quum reliquæ viri uxores ignominiae nomine عفلاء (i. e. morbo in pudendis vel duritie in utero laborans) appellarent, mater, ut illas verbo (Ahfali) primum alloqueretur, suasit. Vocabulum

عفال (Ahfali) varie explicant. Nonnullis eodem modo, quo vocabulum خَبَاث, formatum est; aliis est imperativi forma, quemadmodum دَرَاك pro ادرك dicitur, ut idem sit quam عَفِّلِيهَا „dic, eam morbo عفلة laborare"; aliis denique est cum nunnatione infinitivi forma, quemadmodum vocabulo سراح significatio vocabuli تسريح tribuitur. Res autem ista in causa erat, cur gens Banu-Malic ben-Sahd, ad quam poeta الحجاج pertinet, ab ista femina oriunda (peperat enim Malicum ben-Sahd) cognomine Banu-l'Ohfail بنو العُفَيْل appellabantur. conf. Schult. prov. Meid. p. 23.

٧٩ بَعْدَ ٱلْهِيَاطِ وَٱلْمِيَاطِ

78. Post clamorem et propulsum.

Id est: post malum et noxam. Alii sic proverbium legunt بعد الهيط والميط „Post clamorem et propulsum." Loquendi modus a camelis, qui clamore et vi ab aqua depelluntur, desumtus in homines translatus est. Dicitur quoque ما زال فى هيط وميط „Non cessavit esse in angore."

٨٠ أَبْدَى ٱلصَّرِيحُ عَنِ ٱلرَّغْوَةِ

79. Lac purum remota spuma apparuit.

Muslimus ben-Ohkail ben-Abi-Thalcb, ab Alhosaino ben-Ahli missus apud Hanium ben-Ohrwah Almoradi se occultaverat. Hanius ab Ohbaid-Allaho ben-Sijad interrogatus primum rem negavit, tum minis territus confessus est. Ohbaid-Allahus haec verba dixit rem patefactam esse significaturus. Vocabulo أَبْدَى aut intransitivam aut transitivam significationem tribuunt. Quod si transitivam significationem habet, obiectum نَفْسَه omissum esse censent.

Similiter dictum est „Sub spuma تحت الرغوة اللبن الصريح est lac purum“ et صرح الحق عن محضه „Manifesta est veritas, ut lac purum eius appareat.“ conf. prov. 33. Scharaf-Aldin. et Schult. prov. Meid. p. 24.

٨١ أَبْرَمًا قَرُونًا

81 O avarum, duas bucceas coniungentem!

In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere ابرما وقرونا legitur. Vir quidam ob avaritiam sortis ludi particeps esse nolebat. Qui quum uxorem suam carnem edentem vidisset, accessit et inde simul duas bucceas sumsit, quapropter in haec verba uxor erupit. Duo vitia in homine esse coniuncta, proverbium significat. Meid. Et in avarum dicitur, qui ad se commodum rapere studet. Accusativum ab omisso تكون pendere dicunt. Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. Meid p. 30.

٨٢ بِعْتُ جَارِى وَلَمْ أَبِعْ دَارِى

82. Vendidi vicinum meum, et non vendidi domum meam.

Quum vicinus malus mihi esset, domum meam vendidi, ut vicino liberarer. De vicinis malis adhibetur. Samachsch.

٨٣ أَبَادَ ٱللَّهُ خَضْرَاءَهُمْ

83. Perdat Deus eorum bona et proventum!

Sunt qui pro vocabulo خضراءهم legant غضراءهم Vocabulo غضراء alii „Bonorum et proventus copiae“ significationem, alii pulchritudinis tribuunt. Conf. Schult. prov. Meid. p. 14.

٨٤ بَرَزَ الصَّرِيحُ بِجَانِبِ ٱلْمَتْنِ

84. Prodiit clamans in latere regionis aequabilis.

De re omnino manifesta adhibetur. Hemistichium metri Camil esse videtur. conf. libr. m. p. 214.

٨٥ بَقبقةٌ فِي زَهْوقةٍ

85. Clamor in risu.

De fastuoso, vanas res sermone proferente, proverbium adhibetur. Sunt duo pedes metri Redjes. conf. libr. m. p. 231.

٨٦ يَحْسِبُهَا أَنْ يَمْتَذِقَ رُعَاؤُهَا

86. Propter eam pastores lac aqua mixtum bibunt.

Quum parum lactis camela reddit, necesse est, ut pastores lac aqua mixtum bibant. De viro adhibetur, qui auxilium praestare aut beneficium, quod postulatur, deferre non potest, suis rebus omnino occupatus.

٨٧ بِسَالِمٍ كَانَتِ الْوَقْعَةُ

87. Salimum conflictus obruit.

Salimus viri nomen est, qui innocens puniebatur. De eo igitur adhibetur, qui liberatus est a malo, quod merebatur et de eo, qui immeritus poenam passus est.

٨٨ بَقِيَتْ مِنْ مَالِهِ عَنَاصِ

88. Exigua opum pars remansit.

In eum proverbium dicunt, cui exigua opum pars superest, quibus calamitates effugiat.

٨٩ بِتْ عَلَى كَعْبِ حِذْرٍ قَدْ سِيلَ بِكَ

89. Pernocta super talo cautionis, nam a torrente iam abreptus es.

Eum, cui haud curanti interitus paratur, proverbium monet.

٩٠ بَرَزَ غَمَّانَ فَلَا تُمَارِ

90. Manifestavit Ghammanum; et ne (de eo) dubites.

Ghammanus vir inter aequales generositate et virtute insignis erat. Proverbii sensus est: Se ostendit generosum; ne igitur dubites, eum talem esse. In eo adhibetur, qui rem abnegavit, quae omnino manifesta est.

٩١ بِمِثْلِي يُنْكَأُ الْقَرْحُ

91. Per mei similem vulnus escharâ nudatur.

Per virum, qualis ego sum, malum averti potest. Proverbio similem sensum expressit poeta

لِزَازُ حُرُوبٍ يَنْكَأُ الْقَرْحَ مِثْلُهُ يُمَارِسُهَا تَارًا وَتَارًا يُضَارِسُ

»Pertinax in bellis, vir ei similis vulnus escharâ nudat, modo ea aggreditur, modo ea dentibus molaribus prehendit.«

٩٢ بَيْنَهُمَا بَطْحَةُ الْإِنْسَانِ

92. Inter utrumque est statura hominis.

De rebus duabus invicem propinquis, i. e. una ab altera distat hominis longitudine.

٩٣ بَيْنَ الْمُطِيعِ وَبَيْنَ الْمُدْبِرِ الْعَاصِي

93. Inter obsequentem et retrocedentem rebellem.

Eum significat, qui neque inimicitiam ostendit neque amicum sincerum se probat.

٩٤ بَيْنَهُمْ أَحْلَقِي وَقُومِي

94. Inter eos dies Ahlaki et Kumi.

Ahlaki et Kumi nomina dierum sunt, quibus inter Arabes pugnatum est, quorum unus altero peior erat. Inter homines inimicitiam et mala esse, proverbium indicat, conf. C. XXI, 102.

٩٥ بَرَدَ عَلَى ذٰلِكَ جِلْدُهُ

95. Firma fuit super hoc cutis eius.

In eo acquievit et constanter permansit.

٩٦ بَعْضُ الْجَدْبِ أَمْرَأُ لِلْهَزِيلِ

96. Quaedam annonae penuria macro convenientior est (quam pabuli abundantia).

De eo, qui divitias ferre non potest et insolens fit, adhibetur.

٩٧ بِغَيْرِ اللَّهْوِ تَرْتِيقُ الْفُتُوقِ

97. Non lusu rupturae reparantur.

Diligentiam et serium in rebus adhibendum esse proverbium docet.

٩٨ بِكُلِّ عُشْبٍ آثَارُ رَعْيِ

98. In omni herba vestigia pecoris pascentis.

Ubi divitiae sunt, ibi petentes sunt.

٩٩ بِكُلِّ وَادٍ بَنُوا سَعْدٍ

99. In omni valle gens Banu-Sahd est.

Conf. prov. II, 31.

١٠٠ بَلَغَ ٱلْغُلَامُ لِحِنْثَ

100. Pervenit adolescens ad peccatum.

Pervenit ad eam aetatem, ut aut obedire aut obsequium recusare posset.

١٠١ بَقِيَ مِنْ بَنِي فُلَانٍ أُنْفِيَّةٌ خَشْنَاءُ

101. Remansit e gente quadam sustentaculum ollae asperum.

Vocabulo انفية hoc loco multitudinem, vocabulo خشناء armis tectam significari dicunt.

١٠٢ بَعْضُ ٱلْقَتْلِ أَحْيَى لِلْجَمِيعِ

102. Quaedam caedes omnibus vitam conservat.

Iure talionis, quo quis occiditur, quominus bellum oriatur neve tota gens pereat, impeditur. In Corano (Sur. II, 175) legitur ولكم فى القصاص حيوة »Et vobis in iure talionis vita est.« Simile est proverbium القتل انفى للقتل »Caedes impedit caedem.« Ardeschirus ben-Babec dixisse fertur رب اراقة دم تمنع من اراقة دماء »Interdum effusio sanguinis unius hominis impedit, quominus multorum sanguis effundatur.« conf. Fakihat-Alcholafa p. ١٣ l. 13.

١٠٣ ٱلْبَضَاعَةُ تُيَسِّرُ لِلْحَاجَةِ

103. Donum negotium facile reddit.

١٠٤ بَيْنَهُمْ رِمْيًا ثُمَّ حِجْرَى

104. Inter eos est iactus, tum cessatio.

Primum se invicem aut lapidibus aut sagittis petunt, tum cessant.

١٠٥ أَبْدَى اللَّهُ شَوَارَهُ

105. Deus pudendum eius ostendat!

Affligat eum Deus calamitatibus, ut omnino nudus incedat. Conf. Schult. prov. Meid. p. 24.

١٠٦ اَلْبَغْلُ نَغْلٌ وَهُوَ لِذٰلِكَ أَهْلٌ

106. Mulus corruptus est et is ad istam rem aptus est.

De corio corrupto vocabulum نَغْلٌ adhibetur; in proverbio autem نَغْلٌ ob praecedens بَغْلٌ enunciatur. Vir origine vilis, qui turpiter simul agit, proverbio designatur. Scharaf-Aldin.

١٠٧ اَلْبِطْنَةُ تَأْفِنُ الْفِطْنَةَ

107. Impletio ventris mentem minuit.

In eum, cuius mens et intelligentia divitiarum possessione diminutae sunt, quadrat.

١٠٨ بِهِ الْوَرَى وَحُمَّى خَيْبَرِى

108. In eo (sit) pus et febris Chaibarae!

Conf. prov. 36.

١٠٩ بَعْضُ الْبِقَاعِ أَيْمَنُ مِنْ بَعْضٍ

109. Una regio prosperior alterâ.

Arabs in via occurrens donum Moahwijjam rogavit et repulsus iterum alio loco Moahwijjam adiit. Quum hic,

cur iterum veniret, interrogasset, illis verbis respondit et donum eam ob causam accepit.

١١٠ بَعْدَ ٱطِّلَاعِ ٱلْإِيْنَاسُ

110. Post adparitionem (est) cognitio.

Haec verba Kaisus ben-Sohair Hodsaifae ben-Badr die certaminis Dahes, quum hic illi, se eum praevertisse, dixisset, respondit significaturus, rem nonnisi postquam apparuisset, cognosci posse.

١١١ بُؤْسًا لَهُ وَتُؤْسًا لَهُ وَجُوعًا لَهُ

111. Malum ei, calamitas ei, fames ei (sit a Deo)!

Imprecationis formula est, in qua verba الزمه الله supplenda sunt.

١١٢ بِئْسَ مَا أَفْرَعَتْ بِهِ كَلَامَكَ

112. Quam male sermonem tuum exorsus es!

١١٣ بِمِثْلِي زَايِنِي

113. Per mei similem repelle, o femina!

Fortis sum.

١١٤ اَلْبَطْنُ شَرُّ وِعَاءٍ وَشَرُّ وَعَاءٍ مَلْآنُ

114. Venter pessimus loculus est, et pessimus loculus, quum impletus est.

In codicibus B. et P. legitur البطن شر وعاء صفرا وشر وعاء ملان »Venter pessimus loculus est, dum vacuus est, et pessimus loculus, dum plenus est.« Quando vacuus est venter, esuris, quando plenus est, noxam inde concipis. In

virum quadrat natura pravum, qui tibi noxam infert, quum ei benefecisti; tibi inimicus est, quum ei malum intulisti.

١١٥ بِأَلَمٍ مَا تُخْتَنَنَّ

115. Cum dolore circumcideris (infans).

Factum laudabile cum molestia coniunctum est. Alius legendi modus est بِأَلَمٍ مَا تُخْتَنُهُ, ut generis feminini persona sit. In codice Lugdunensi تختتن legitur.

١١٦ أَبْغِضْ بِغِيضَكَ هَوْنًا مَّا

116. Qui odio tuo dignus est, eum odio levi habe!

Conf. C. VI, 96.

١١٧ يِئْسَ الشَّعَفُ أَنْتَ يَا فَتَى

117. Quam prava supellex tu es, o vir!

Verba شعوف البيت fornacem, scutellam, ollam, quae despecta domus suppellex est, significant. Quamquam in tribus codicibus L. B. et meo legitur الشعف et in scholiis شعوف, tamen ista supellectilis significatio nonnisi voci سعف a Kamusi auctore tribuitur. Sic quoque Pocockius legisse videtur.

١١٨ بِالْأَرْضِ وَلَدَتْكَ أُمُّكَ

118. In terra te genuit mater tua.

Ne quis originis suae immemor arrogans et superbus sit, proverbium monet.

١١٩ بَنَانُ كَفٍّ لَيْسَ فِيهَا سَاعِدُ

119. Digiti manus, quibus brachium non est.

In eo, qui rei perficiendae propositum habet, sed potestate caret, adhibetur. Proverbium ad metrum **Redjes** referri potest.

١٢٠ أَبْرَمَ طَلْحٌ نَالَهَا سَرَافُ

120. Fructus protulit arbor طلح appellata, quae ab animalculo سرفة occupata erat.

In eo adhibetur, cuius opes creverunt, postquam parvae fuerant, ut commoda vita fruatur. Illud **Sorfah** appellatum animalculum domum quadratam ex lignis parvis glutine suo compactis, in quam intrans moriatur, sibi construere dicitur. Et hoc proverbium ad metrum **Sarih** referre licet. conf. libr. m. p. 246. Conf. Schult prov. Meid. p. 30.

١٢١ بَيْضَاءُ لَا يُدْجِي سَنَاهَا الْعِظْلِمُ

121. Alba; nox obscura eius albedinem non reddit nigram.

In virum celebrem, cuius gloria nullo modo diminui potest, dicitur. Sunt autem, qui vocem عظلم hoc loco plantam, cuius succo tingatur, significare dicant. Sed quum vocabulum دجا de noctis obscuritate adhibeatur, vocabulo عظلم „noctis obscurae“ significatio potius tribuenda videtur. Femininum indicare videtur, verba proprie mulieris laudem continere. Proverbio metrum **Redjes** est.

١٢٢ بَايِعْ بِعِزٍّ وَجْهُهُ مُلَثَّمُ

122. Vende dignitatem, cuius facies velo obtecta est.

Voces بايع بعز idem significant, quod بع عزا i. e. **vende dignitatem ita constitutam** i. e. usque ad

hunc diem incognitam; nos enim cum gente, cuius dignitas talis est, societatem non inimus. Proverbii metrum Redjes est. conf. libr. m. p. 230.

١٢٣ بِنْتُ صَفًا تَقُولُ عَنْ سَمَاعِ

123. Sonus repercussus (Echo) quae audivit verba, eadem repetit.

In eum transfertur, qui ad rem quamcunque vocatus, vocanti semper adnuit, eadem quasi verba, sicut sonus repercussus, repetens. بنت صفا filia petrae autem idem est quod بنت الجبل filia montis (Echo). Proverbium ad metrum Sarih revocare licet. conf. libr. m. p. 246.

١٢٤ جِنَّ قَلْعٍ يُغْرَسُ ٱلْوَدِيُّ

124. Quo tempore evellere incipimus, parvus palmae surculus plantandus est.

Vocabulum جنّ de temporis, tum cuiuslibet rei initio usurpatur. Proverbium, ne rei perficiendae occasionem et tempus praetermittamus, monet.

١٢٥ ٱبْنُ زَانِيَةٍ بِزَيْتٍ

125. Filius scorti pro oleo.

Fures, quacum rem habuerant, meretrici oleum, nil aliud enim possidebant, dare volebant. At illa oleum recusans dixit: gravidam me esse puto, nolo igitur filium meum appellari filium scorti pro oleo, quae verba postea in proverbium venerunt. conf. Schult. prov. Meid. p. 48. Dixit poeta

إِذَا مَا لَحَيَّ هَاجَى حَشْوَ قَبْرٍ فَذَالِكُمُ ٱبْنُ زَانِيَةٍ بِزَيْتِ

»Quotiescunque vivens sepulcro conditum satyra perstringit, hic vobis est filius scorti pro oleo.«

١٢٦ بَاتَ فُلَانٌ يَشْوِى ٱلْقَرَاحَ

126. Pernoctavit quidam meram aquam calefaciens.

Pauperem omnibus rebus destitutum, ut cibum coquere non possit, significat. Pauperem quendam narrant aquam calefecisse et vapore, quem aqua bulliens exhalaret, famem urentem levasse.

١٢٧ بِقَدْرِ سُرُورِ ٱلتَّوَاصُلِ يَكُونُ حَسْرَةُ ٱلتَّفَاصُلِ

127. Qui est laetitiae modus in coniunctione (amicorum), idem (doloris) in separatione est.

i. e. Tantum dolorem percipimus ex proficiscentibus amicis, quantum ex advenientibus gaudium percepimus.

١٢٨ ٱلْبَلَايَا عَلَى ٱلْحَوَايَا

128. Calamitates super pannis farctis in camelorum dorsis.

Verba haec Ohbaidus ben-Alabraz die infausto, quo Alnohmano occurrebat, dixit significaturus, infortunium a Deo homini destinatum, in cameli dorso neminem effugere posse.

١٢٩ ٱلْبَغْىُ آخِرُ مُدَّةِ ٱلْقَوْمِ

129. Iniustitia est postremum temporis, quo gens existit.

Iniustitia tandem ad interitum ducit.

١٣٠ بِحَيْثُ ٱلْعَيْنُ تَرْنُو مَا يُضِرّ

130. Ubi oculus est, ibi rem nocentem conspicit.

De eo, qui quoquo modo virum fugit, sive is benefecerit sive malefecerit dicitur. Proverbio metrum Wafir est. Conf. libr. m. p. 203.

١٣١ بَيْتٌ بِهِ لِحْيَتَانِ وَٱلْأَنُوقُ

131. Domus, in qua pisces magni et avis Anuk est.

Adversarios duos in una re consensisse, proverbium significat. Avis enim sic appellata in altissimis montium regionibus est, pisces autem magni in maribus vivunt, ut nunquam cum illis conveniant. Metrum proverbii ad Sarih appellatum revocari potest. conf. libr. m. p. 246.

١٣٢ بِئْسَ مَحَلًّا بِتَّ فِي صَرِيمِ

132. Quam malus est locus, in quo pernoctasti!

Sic proverbium explicandum بئس المحل محلا بت فيه »Quam malus est locus quoad locum, in quo pernoctasti.« Metrum ad Sarih referri potest. conf. l. m. p. 246. Viro, qui in homine fiducia indigno, fiduciam posuit, dicitur.

١٣٣ بِشْرُ كَحَفَّةِ ٱلْعَلُوقِ ٱلرَّائِمِ

133. Vultus splendor ut nobilitas camelae, quae naso quasi amans a sugendo pullum prohibet.

Proverbio hoc virum designant, qui vultu et verbis placere studet, non factis. Comparatur cum camela, quae olfaciens pullum amare videtur, sed eundem a sugendo prohibet. Metrum Redjes est. conf. l. m. p. 230.

١٣٤ بَيْضُ قَطًا بِحَضْنِهِ أَجْدَلُ

134. Avis Kathae ova, quibus vultur incubat.

Vilem in nobilis cuiusdam tutelam se recepisse, proverbium designat. Metrum Sarih est. conf. l. m. p. 243.

١٣٥ بَنِيكَ حَمِّرِي وَمَكِّكِينِي

135. Filiis tuis parum, mihi multum da!

Anno, quo homines inopia laborabant, vir quidam dactylos comparaverat, qui familiae alimento inservirent. Uxor dactylos quotidie in partes aequales distribuebat, ut maritus pro aetate sua parum cibi acciperet. Quam rem aegre ferens, haec proverbii dixit verba. Vocabulum حمّر tantum dedit, quantum avi parvae حمرة appellatae sufficit; مكّك vero quantum avi maiori مكّاء appellatae, significat. Aequaliter quum distribuat vir dona inter suos, eos, qui personae eius propriores sint, maiora dona postulare, significat proverbium, quod ad metrum Sarih revocari potest. conf. libr. meum p. 243.

١٣٦ بَلَغَ ٱللَّهُ بِكَ أَكْلَأَ ٱلْعُمُرِ

136. Deus ad extremum vitae terminum te perducat!

In Djeuharii opere sub كلا proverbium legitur, nec non in Samachscharii opere.

١٣٧ بِئْسَ حَكُّ ٱلضَّيْفِ أَسْتَهُ

137. Quam pravum est, quum hospes anum fricat!

Abu-Saidus proverbium adferens nil explicandi gratia addidit. Loco vocis محكّ alii محلّ locus legunt.

١٣٩ بَخٍ بَخٍ سَاقٌ بِخَلْخَالِ

138. Quam pulchrum est crus compede ornatum!

Arabum mulieres crura compedibus ornare solent. Verbis hisce in re, quae ludibrio est, quum ludibrii locus non sit, utuntur. Primum verba ista dixit Alwaratsa filia Tsahlebahi uxor Dsohli ben-Schaiban. Dsohlus ben-Schaiban maritus Alwaratsae simul uxorem duxerat Rikacham filiam Ahmrui ben-Ohtsman e gente Banu-Taghleb oriundi, quam Cahbus ben-Malic ben-Taim Allah ben-Tsahlebah ben-Ohcabah a se dimiserat. Accidit die quodam, quum Rikascha cruribus compedibus ornatis prodiret, ut Alwaratsa ludibrii causa بخلخال بخ بخ ساق »Quam pulchrum est crus compedibus ornatum!« diceret. Ad quae verba quum Rikascha imo crus cum compedibus, sed a tuis diversis, respondisset, irata Alwaratsa in illam insiliit; solebat enim mariti sui uxores verberibus expellere. At a Rikascha victa hac vice succubuit. Victa autem hos tum versus dixisse dicitur

يَا وَيْحَ نَفْسِي ٱلْيَوْمَ أَدْرَكَهَا ٱلْبَكِي عَلَى نَفْسِي ٱلْعَشِيَّةَ أَمْ أَذَرْ

فَوَاللّٰهِ لَوْ أَدْرَكْتُ فِيَّ بَقِيَّةً لَلَاقَيْتِ مَا لَاقَى صَوَاحِبُكِ ٱلْأُخَرْ

»Vae mihi! nam hodie grandaevitas me attigit; num me hac vespera deplorem an omittam? Et per Deum! si modo vires in me reliquae fuissent, tibi accidisset id, quod tuis sociis accidit.«

Metrum est Thawil appellatum, cuius in initio primi versus una syllaba excidit. conf. libr. m. p. 170 sq.

Ex Rikascha quatuor filii nati sunt: Morrahus, Abu-Rabiahus, Mohallemus et Alharitsus ben-Dsohl.

Forma comparativi.

١٣٩ أَبْلَغُ من قَسّ

139. Facundior, quam Kassus.

Nomen viri est Kassus ben-Sahidah ben-Hodsafah ben-Sohair ben-Ijad ben-Nesar Alijadi. Arabum iudex omnium prudentissimus habebatur. Primus omnium epistolam scripsit, mortuorum resurrectionem quamvis nesciret, confessus est, argumentis ab iis, qui contendebant, rem probandam esse censuit et negantibus iuramentum imposuit. Primus quoque orationes verbis اما بعد »praemissa Dei laude etc.« incepit, et nixus baculo orationem habuit. Usque ad centesimum et octogesimum aetatis annum vixisse dicitur. Conf. Pocock. specim. hist. Arab. p. 344. Schult. in praef. ad Vit. Salad. et Schult. prov. Meid. p. 46 sq.

Poeta Alachsa proverbium in hoc versu protulit

وَأَبْلَغُ مِنْ قَسٍّ وَأَجْرَى مِنَ الَّذِى بِذِى الغِيلِ مِنْ خَفَّانَ أَصْبَحَ خَادِرَا

»Facundior quam Kassus et audacior quam qui in arboreto denso loci Chaffan in lustro habitat (leo).«

Metrum versus Thawil est. conf. libr. m. p. 161.

Versus autem sequentes, quos Abu-Becrus in consessu Mohammedis praesentibus legatis gentis Becr ben-Wajel recitavit, ipsi Kasso adscribuntur

فِى ٱلذَّاهِبِينَ ٱلْأَوَّلِينَ مِنَ ٱلْقُرُونِ لَنَا بَصَائِرْ

لَمَّا رَأَيْتُ مَوَارِدًا لِلْمَوْتِ لَيْسَ لَهَا مَصَادِرْ

وَرَأَيْتُ قَوْمِى نَحْوَهَا يَسْعَى ٱلْأَصَاغِرُ وَٱلْأَكَابِرْ

لَا يَرْجِعُ ٱلْمَاضِى إِلَىَّ وَلَا مِنَ ٱلْبَاقِينَ غَابِرْ

أَيْقَنْتُ أَنِّى لَا مَحَالَةَ حَيْثُ صَارَ ٱلْقَوْمُ صَابِرْ

»In praetereuntibus prioribus temporibus nobis sunt certae demonstrationes. Quum loca, quibus ad mortis lacum homines adeunt, vidissem, ex quibus non sunt loca reditus et vidissem gentem meam properare ad ea tam parvos quam magnos, non redibat abiens ad me et non erat inter remanentes cunctans; certe sciebam, me sine dubio abiturum esse, quo gens abiit.

Metrum est Camil dictum. conf. libr. m. p. 215.

١٤٠ أَبْخَلُ مِنْ مَادِرٍ

140. Avarior quam Maderus.

Maderus cognomen viri e gente Banu-Helal ben-Ahmir ben-Zahzaah oriundi, cui nomen Mocharik erat. Cognomen inde ei impositum fuisse narrant, quod, quum cameli ex aquae receptaculo bibissent et parum aquae restaret, receptaculum merda sua oblevisset (مدر madar), ne alius quis aquam reliquam exhauriret. Conf. Schult. prov. Meid. p. 22. Fesaritae et gens Banu-Helal ben-Ahmir ad Insum ben-Modric Chasahmitam convenerunt, ut arbiter inter eos esset, nam pignore centum camelorum posito uter eorum alterum gloria praestaret, certabant. Gens Banu-Helal Fesaritis, unum eorum asini veretrum edisse, obiecit; Fesaritae contra genti Banu-Helal Madiri facinus regesserunt. Fesaritae in hoc gloriae certamine victoriam reportaverunt.

١٤١ أَبْخَلُ مِنْ كَلْبٍ وَأَبْخَلُ مِنْ ذِى مَعْذِرَةٍ

141. Avarior quam canis et avarior quam is, qui excusationem profert.

Duo sunt proverbia. Cani avaritia adscribitur, quod ossa carne nudata sibi asservat et in terram abscondit. Quapropter summam vilitatem et aviditatem hominis descripturi dicunt يستثير الكلاب عن مرابضها »Excitat canes e locis suis, ubi cubant.« sc. ut cibum ibi sibi quaerat, canum ossa abscondita effodiens. Cecinit poeta

وَمَنْ طَلَبَ الْحَوَايِجَ مِنْ لَئِيمٍ كَمَنْ طَلَبَ الْعِظَامَ مِنَ الْكِلَابِ

»Qui res necessarias a vile petit, is ei similis est, qui ossa a canibus petit.«

Metrum Wafir est. conf. libr. m. p. 203. Posteriori aliud simile est المعذرة طرف من البخل »Excusatio est extrema pars avaritiae.« conf. XVIII, 144. Legitur quoque ابخل من ذى عذر „Avarior quam se excusans.“ Scharaf-Aldin.

١٤٢ أَبْخَلُ مِنَ الضَّنِينِ بِنَايِلِ غَيْرِهِ

142. Avarior, quam qui parcus est in donis, quae alius dat.

Hoc proverbium ex versu sequente Abu-Tammami ortum est

وَإِنْ امْرَأً ضَنَّتْ يَدَاهُ عَلَى امْرِئٍ بِنَيْلِ يَدٍ مِنْ غَيْرِهِ لَبَخِيلُ

»Vir, cuius manus tenaces sunt, ut ne ab alio quidem donum accipere permittat, profecto avarus est.

Metrum versus Thawil est conf. libr. m. p. 163. conf. Scharaf-Aldin.

١٤٣ أَبَرُّ مِنْ فَلْحَسٍ

143. Magis pius in parentes quam Falhasus.

Falhasum, virum e gente Banu-Schaiban oriundum, patrem suum ad Meccae templum humeris portasse narrant. Conf. Schult. prov. Meid. p. 26.

١٤٤ أَبَرُّ مِنَ ٱلْعَمَلَّسِ

144. Magis pius in parentes quam Alahmallasus.

Hunc matrem suam humeris portasse narrant. Meid. Narrant quoque, eundem potum vespertinum matri suae ferentem, quum eam dormientem invenisset, usque ad posterum mane ibi exspectasse, donec evigilaret. Alii, Alahmalles lupi nomen esse, contendunt. Dicitur quoque ابر من الذئبة »Magis pia quam lupa.« Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. Meid. p. 25.

١٤٥ أَبْصَرُ مِنْ زَرْقَاءِ ٱلْيَمَامَةِ

145. Acutiore visu praeditus, quam Sarkaa Aljemama.

Aljamamah puellae nomen in terram postea translatum fuisse, dixit Samachscharius. De hoc muliere interpretes non consentiunt. Aldjahitsus filiam Lokmani ben-Ahd fuisse tradidit, nomen Ahnsa gerentem, caeruleos oculos habentem. Mohammedes ben-Habib feminam e gente Djadis oriundam hoc nomine appellari, dixit, quae res spatio trium dierum distantes oculis videret. Factum autem est, ut, quum gens Djadis in gentem Thesm caedem fecisset, et necis ulciscendae causa Hassanus ben-Tobbah exercitum misisset, femina ista exercitum trium dierum spatio a loco Djaw remotum conspiceret. Hassanus autem advenientem exercitum occultaturus, quemlibet militem arborem portare iusserat, qua de causa suis illa dixit· يا قوم اتتكم الاشجار او اتتكم حمير »O gens mea! veniunt ad vos arbores aut Himjaritae ad vos veniunt.« Quibus verbis quum fidem non haberent, illa versum metri Redjes dixit. conf. Schult. prov. Meid. p. 32.

أُقْسِمُ بِٱللَّهِ لَقَدْ دَبَّ ٱلشَّجَرْ أَوْ حِمْيَرٌ قَدْ أَخَذَتْ شَيْا تَجَرْ

»Per Deum iuro, iam repunt arbores, aut Himjaritae sumserunt rem, quae trahitur.«

Securos autem postero mane, qui iterum atque iterum monentis verba reiicissent, Hassanus subito irruens cum suis perdidit. Prima autem illa mulier fuisse dicitur, quae stibium in oculis adhiberet. Tanto oculi acumine gaudebat, ut celerrime praetervolantes columbas numero recte definire posset. Poeta Nabeghahus versu istius rei mentionem fecit

وَٱحْكُمْ كَحُكْمِ فَتَاةِ ٱلْحَيِّ إِذْ نَظَرَتْ إِلَى حَمَامِ سِرَاعٍ وَارِدِ ٱلثَّمَدِ

»Iudicium fer ut iudicium puellae gentis, quum observaret columbas celeres ad aquam volantes.«

Metrum versus Basith est. conf. libr. m. p. 189.

١٤٦ أَبْعَدُ مِنَ ٱلنَّجْمِ مِن مَنَاطِ ٱلعَيُّوقِ وَمِن بَيْضِ ٱلأَنُوقِ وَمِنَ ٱلْكَوَاكِبِ

146. Remotior, quam sidus; remotior, quam distantia sideris capellae; remotior, quam ovum avis Anuk; remotior, quam sidera.

Plura proverbia sunt. Vocabulo النجم sidus Plejades significari scholiastes dixit. Avis Anuk, quae etiam Rahma appellatur, in locis ab hominibus multum remotis nidnm struit. Quapropter ovis illius avis res remotissima, quam nemo assequitur, designatur, quemadmodum dixit poeta

وَكُنْتُ إِذَا ٱسْتُودِعْتُ سِرًّا كَتَمْتُهُ كَبَيْضِ أَنُوقٍ لَا يُنَالُ لَهُ وَكْرُ

»Quum secretum mihi servandum traditur, similis sum ovis avis Anuk, cuius nidus non reperitur.«

١٤٧ أَبْصَرُ مِنْ قَرَسَيْ بَيْهَمَاءَ فِي غَلَسِ

147. Acutiore visu praeditus, quam equus in deserto nocte tenebrosa.

Diverso modo legitur proverbium أبصر من فرس »Acutiore visu praeditus quam equus« aut additis في ظلماء ليل وغلس »nocte tenebrosa et tenebris postremae noctis« aut بيهماء في غلس »in deserto tenebris postremae noctis.« Eodem modo proverbialiter dicunt أبصر من عقاب ملاع »Acutiore visu praeditus, quam aquila deserti.« Sic autem dicunt, quod aquila deserti acutiore visu praedita et celerior esse putatur, quam aquila montes incolens. In explicanda voce ملاع interpretes non consentiunt. Aliis collis nomen est, aliis desertum. Aut Ohkabi Malahin aut Ohkabin Malahin enunciatur. Aliis عقاب ملاع aquila celeris est, aliis accipitris species est. Abu-Ahmruus ben-Alahla dixit, Arabes dicere أنت أخف يد من عقيب ملاح »Tu levior manu es, quam parvus vultur deserti« i. e. qui passeres et mures venatur.

١٤٨ أَبْصَرُ مِنْ غُرَاب

148. Acutiore visu praeditus, quam corvus.

Grammaticus Alahrabi dixit, corvum cognominari caecum, quod unus oculus semper conniveat, quum alterius acumen sufficiat. conf. Schult. prov. Meid. p. 35.

١٤٩ أَبْصَرُ مِنَ الْوَطْوَاطِ بِاللَّيْل

149. Acutiore visu praeditus, quam vespertilio noctis tempore.

Dicitur quoque ابصر ليلا من الوطواط. Sensus idem est.

١٥٠ أَبْصَرُ مِنْ كَلْب

150. Acutiore visu praeditus, quam canis.

Proverbium ex versu poetae Morrahi ben-Mahkan Tamimitae originem cepisse dicunt

فِي لَيْلَةٍ مِنْ جُمَادَى ذَاتِ أَنْدِيَةٍ لَا يُبْصِرُ الْكَلْبُ مِنْ ظَلْمَايِهَا الطُّنُبَا

»Nocte mensis Djumadae nebulosa, qua canis propter caliginem tentorii funem non cernit.«

١٥١ أَبَى أَجَأُ مِنْ حُنَيْفِ الْحَنَاتِمِ

151. Superbior, quam Honaifus Alhanatim.

Ita superbum fuisse narrant, ut neminem primum alloqueretur. Idem esse videtur, quam is, qui camelorum tractandorum maxime gnarus erat. conf. C. I, 408.

١٥٢ أَبَى أَجَأُ مِمَّنْ جَاءَ بِرَأْسِ خَاقَانَ

152. Superbior, quam is, qui Chakani caput adtulit.

Conf. C. V, 70. Proverbio hoc Arabes meri campestres usi non sunt. Vulgus dicere solet كانه جاء براس خاقان »Quasi adtulit Chakani caput.« Turcarum rex quidam in Armeniam irruperat eiusque praefectum Aldjarrahum ben-Abd-Allah occiderat. Misit igitur Heschamus ben-Ahbd-Almalic Saihdum ben-Ahmru Alhereschi in provinciam illam cum exercitu, cuius dux Muslimahus erat. Saihdus Turcarum regem seu Chakanum occidit eiusque caput ad Heschamum misit. De facto autem quum Saihdus gloriaretur, res in proverbium cessit. Anno Hedjrae 119 victoria ista de Turcis reportata est. conf. Abulfed. Ann. Vol. I. p. 452.

١٥٣ أَبَرُّ مِنْ هِرَّةٍ

153. Magis pius, quam felis.

Quod pullos vorat, id amori eius tribuunt. Sed e contrario dicunt أَعَقُّ من الهِرّة conf. C. XVIII, 225. conf. Schult. prov. Meid. p. 26.

١٥٤ أَبْغَضُ مِنَ الطِّلْيَاءِ

154. Ingratior, quam camela pice oblita.

Proverbii verba duplici ratione explicant, dum duplicem vocabuli طلياء significationem admittunt. Camelam ob scabiem pice illitam esse dicunt, quippe quum Arabibus nulla res scabie maiori odio sit. Sunt autem, qui vocabulum طلياء „pannum mulieris mensibus laborantis“ significare contendant. Tum proverbii explicandi diversa est ratio. Simile huic est proverbium اقذر من معباة aut اهون من معبـاة „Spurcior, quam pannus mulieris mensibus laborantis“ aut „Magis despectus, quam pannus mulieris mensibus laborantis.“ Conf. C. XXI, 135. XXVII, 127. et Reisk. ad Tarapham p. 102.

١٥٥ أَبْرَدُ مِنْ عَضْرَسٍ

155. Frigidior, quam glacies.

Aut عَضْرَس aut عِضْرِس enunciatur. Scharaf-Aldin.

١٥٦ أَبْرَدُ من عَبَقَرٍ

156. Frigidior, quam grando.

Varius est legendi modus aut عَبْقَرٍ aut عَبٍّ قَرٍّ aut عَبْقَرٍّ. Legitur quoque حبقر. Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. Meid. p. 28.

١٥٧ أَبْرَدُ مِنْ غِبِّ الْمَطَرِ

157. Frigidior, quam finis pluviae.

i. e. quam finis diei pluviosi.

١٥٨ أَبْرَدُ مِن جِرِّيَّاءَ

158. Frigidior, quam Boreas.

١٥٩ أَبْطَأُ مِنْ فِنْدٍ

159. Tardior, quam Findus.

Findus cliens Ajeschae filiae Sahdi ben-Abi Wekaz erat. conf. C. III, 78. et Schult. prov. Meid. p. 35.

١٦٠ أَنْتَنُ مِنْ أَسَدٍ وَمِنْ صَقْرٍ

160. Foetidior ore quam leo; et quam vultur.

Conf. Bocharti Hieroz. I, 3, 2. II, 2, 19. Dicitur quoque انتن من حمل „Foetidior quam agnus“ انتن من فهد „Foetidior ore quam lupus cervarius.“ Dixit poeta

وَلَهُ لِحْيَةُ تَيْسٍ وَلَهُ مِنْقَارُ نَسْرٍ وَلَهُ نَكْهَةُ لَيْثٍ خَالَطَتْ نَكْهَةُ صَقْرٍ

„Ei hirci barba et ei rostrum vulturis, et ei halitus oris leonis, qui mixtus est cum halitu oris accipitris.“

Metrum versus Raml est. conf. libr. m. p. 239.

١٦١ أَبْقَى مِنَ الدَّهْرِ

161. Perennior, quam tempus.

Dicitur quoque ابقى من الدهر على الدهر „Perennior quam tempus in tempore“ vel ابقى على الدهر من الدهر transpositis verbis. Scharaf-Aldin.

١٦٢ أَبْقَى مِن تَفَارِيقِ ٱلْعَصَا

162. Perennior, quam baculi partes dissectae.

De hoc proverbio vid. C. I. 145. C. XXII, 233.

١٦٣ أَبْطَشُ مِنْ دَوْسَرَ

163. Fortior quam cohors Dausar.

Regi Alnohmano ben-Almondsir quinque erant cohortes الرهاين Alrahajin, الصنايع Alzanaih, الوضايع Alwadhajih, الاشاهب Alaschahib, et دوسر Dausar appellatae. Prima Alrahajin appellata cohors quingentis militibus constabat et per anni tempus apud regem commorabatur. Finito anno ad gentes suas redibant, et in eorum locum succedebat nova cohors e gentibus adveniens. Cum hac cohorte, quæ regis mandata perficiebat, hostes quoque rex invadere solebat. Secunda cohors Alzanaih appellata e gente Banu-Kais et Banu-Taim Allat, filiorum Tsahlebahi electa erat. Personae regis addicta erat aulam regiam nunquam relinquens. Tertia Alwadhajih appellata mille milites continens, in oppido Hira stationes habens, a rege Persarum regi auxilio missa erat. Quovis anno nova cohors ex Perside veniebat. Quarta cohors Alaschahib appellata regis fratres et patrueles eorumque satellites comprehendebat. Nomen autem inde milites gerebant, quod colorem in facie album habebant. Quinta denique cohors Dausar appellata fortissimos continebat milites ex omnibus Arabum gentibus, praecipue vero e gente Rabiah electos. Nomen دوسر a verbo دسر „cum vehementia percussit“, derivatum est. Cecinit poeta

ضَرَبَتْ دَوْسَرُ فِيهِمْ ضَرْبَةً أَثْبَتَتْ أَوْتَادَ مُلْكٍ فَاسْتَقَرّ

„Cohors Dausar percussit eos percussione, qua regni clavos confirmavit, ut firmum esset.“ Metrum Raml. est.

Quotannis autem et quidem veris tempore principes Arabum et qui regi pignora dabant, apud regem conveniebant, ut pignora commutarent per mensis spatium ibi commorantes. Tum epula iis instruere solebat rex. Temporis spatio finito escam, quam a rege accipiebant, secum sumentes ad suos rediere. conf. Schult. prov. Meid. p. 37.

١٦٤ أَبْرَدُ مِنْ أَمْرَدَ لَا يَشْتَهِي وَمِنْ مُسْتَعْمِلِ النَّحْوِ فِي الْحِسَابِ وَمِنْ بَرْدِ الْكَوَانِينِ

164. Frigidior, quam imberbis (adolescens), cui non est libido (conf. Schult. prov. Meid. p. 27); et frigidior, quam is, qui circiter (fort. grammaticam) in arithmetica adhibet; et frigidior quam frigus mensium Alcanun (Decembris et Ianuarii).

١٦٥ أَبْغَضُ مِنْ قَدَحِ اللَّبْلَابِ وَمِنَ الشَّبَبِ الَى الغَوَانِي وَمِن رِيحِ السَّذَابِ الَى الحَيَّاتِ وَمِنْ سَجَّادَةِ الزَّانِيَةِ وَمِنْ وُجُوهِ التُّجَّارِ يَوْمَ الكَسَادِ

165. Odiosior, quam poculum, in quo medicamen Lablab porrigitur (conf. C. IV, 45); quam canities feminis pulchris; quam odor rutae serpentibus; quam stratum, in quo scortum adorandi ritum peragit; et quam facies mercatorum die, quo merces non venduntur.

Conf. Schult. prov. Meid. p. 42. Dixit poeta

يَا بَغِيضًا زَادَ فِي البُغْضِ عَلَى كُلِّ بَغِيضِ
أَنْتَ عِنْدِي قَدَحُ اللَّبْلَابِ فِي كَفِّ المَرِيضِ

»O odiosum! odiosior est quam quilibet odiosus; tu mihi es poculum medicamenti Lablab in manu aegroti.«

Versus sunt metri Raml appellati conf. l. m. p. 239.

١٦٦ أَبْوَلُ مِنْ كَلْبٍ

166. Saepius mingens, quam canis.

Vocabulo بول aut urinam aut coitum aut prolem significari posse putant. Scharaf-Aldin.

١٦٧ أَبْيَنُ مِنْ فَلَقِ ٱلصُّبْحِ وَمِنْ فَرْقِ ٱلصُّبْحِ

167. Clarior, quam Aurorae lux erumpens.

Vocabulo فلق الصبح et فرق الصبح »Auroram« significant, ut فرق pro فلق dictum putet Djeuharius.

١٦٨ أَبْطَأُ مِنْ مَهْدِيِّ ٱلشِّيعَةِ وَمِنْ غُرَابِ نُوحٍ

168. Cunctantior, quam Mahdius Schiihtarum; et cunctantior quam corvus Noae.

Mahdius Schiihtarum est illius sectae duodecimus Imamus legitimus Ahlii ex eorum sententia successor, qui tanquam proditurus exspectatur. conf. Herbelot. v. Imam, Mahadi et Mohammed Aboulcassem; Reisk. Abulfed. Ann. T. II, p. 737.

Corvus autem, quem Noa miserat, quum cadaver invenisset, in navem non rediit.

١٦٩ أَبْقَى مِنْ وَحْيٍ فِي حَجَرٍ

169. Durabilior quam scriptura in lapide.

١٧٠ أَبْلَدُ مِنْ ثَوْرٍ وَمِنْ سُلَحْفَاةٍ

170. Stupidior, quam taurus; et quam testudo.

Scharaf-Aldinus dixit: Arabes Jemanenses sapientiae praecepta lapidibus inscripsisse, ut posteritati conservarentur.

١٧١ أَبْشَعُ مِنْ مَثَلٍ غَيْرِ سَائِرٍ

171. Vilior quam proverbium non divulgatum.

١٧٢ أَبْغَى من الإبرة ومن الزبيب ومن الحبرة

172. Magis concupitus, quam acus; et quam uvae passae; et quam atramentarium.

De hisce tribus proverbiis et Pocockius et Schultensius dubitarunt. Primum et secundum non vertit Schultensius, tertium Pocockium secutus sic latine reddidit: „Iniuriosior atramentario“ et ex Pocockio addidit. Quidam exposuit, quod, cum decidat et effundatur, atramentum omnia quae prope sunt, inficiat et corrumpat. Sed vix dubito, quin in tribus proverbiis voci ابغى „Magis concupiti“ significatio apta sit; in secundo enim quum vix dubitare liceat, eadem significatio duobus aliis tribuenda videtur. Acus in terram delapsa non negligitur, quamvis sit parvi pretii, sed tollitur. Hunc esse sensum a Meidanio adductus versus probare videtur:

أَبْغَى مِنَ الابْرَةِ لكِنَّهُ يُوهِمُ قَوْمًا أَنَّهُ لُوطِى

„Magis concupitus quam acus, sed suspicionem affert hominibus, eum esse puerorum amori deditum.“

Versus, cuius metrum Sarih (conf. l. m. p. 244) est, hunc sensum praebet: Vir ille, qui tanquam acus ab omnibus concupitus, nil in se pretii, cur desideretur, habeat, aliis in suspicionem venit, eum esse talem.

De atramentario autem dici potest, id a multis concupitum esse, nam pueri ut ludo inserviat, eo potiri vehementer cupiunt.

١٧٣ أَبْقَى مِنَ النَّسْرَيْنِ وَمِنَ الْعَصْرَيْنِ

173. Durabilior, quam aquilae duae; et quam tempora duo.

Vocabulo النسران »aquilae duae« duorum siderum signa scil. النسر الطاير „aquila volans“ et النسر الواقع „aquila

decidens“ significatur. De his confer. illust. Ideleri libr. „Untersuchungen über den Ursprung und die Bedeutung der Sternnamen. p. 105. Duo autem tempora sunt tempus matutinum et vespertinum.

أبهى من القمرين ١٧٤

174. Pulchrior (vel Splendidior) quam sol et luna.

أبهى من قرطين بينهما وجه حسن ١٧٥

175. Pulchrior, quam inaures duae, inter quas facies pulchra est.

أبكر من غراب ١٧٦

176. Ante corvum matutino tempore surgens.

Corvus omnium avium primus primo diluculo conspicitur.

أبكى من يتيم ١٧٧

177. Magis plorans, quam orphanus.

Frequens quoque est proverbium لا يعلم اليتيم البكاء „Non didicit orphanus ploratum. conf. C. XXIII, 400.

أبخل من صبي ومن كسع ١٧٨

178. Avarior, quam puer; et quam Cosahus.

Puer nullius pretii res retinere cupit. Vir iste canis sui, ne latraret neve latratu advenientibus domini habitaculum indicaret, podicem ussisse narratur. Pocockius, se virum illum gulam cani ussisse, ne latraret, legisse adnotavit. Ubi sit, ignoro; rei magis conveniret.

Proverbia recentiora.

١٧٩ بِئْسَ ٱلشِّعَارُ ٱلْحَسَدُ

179. Quam pravum interius amiculum est invidia!

١٨٠ بَيْنَ ٱلْبَلَاءِ وَٱلْبَلَاءِ عَوَافِي

180. Inter calamitatem et calamitatem sunt incolumitates.

١٨١ بَيْتِي أَسْتَرُ لِعَوْرَاتِي

181. Domus mea magis occultat pudenda mea.

De eo, qui solus ab aliis hominibus separatus vitam degit, adhibetur.

١٨٢ بَيْتُ ٱلْإِسْكَافِ فِيهِ مِنْ كُلِّ جِلْدٍ رُقْعَةٌ

182. Domus sutoris, in qua segmentum cuiuslibet cutis reperitur.

Homines inter se ex diversis gentibus uno loco mixtos esse significat. Conf. C. II, 40.

١٨٣ بِعِ ٱلْحَيَوَانَ أَحْسَنَ مَا يَكُونُ فِي عَيْنَيْكَ

183. Vende animal, et si pulcherrimum tibi videtur.

١٨٤ بِعِ ٱلْمَتَاعَ مِنْ أَوَّلِ طَالِبِهِ تُوَفَّقْ فِيهِ

184. Vende vas primum quaerenti, qui ad te venit!

Lectionem codicum B. et L. in voce طالبه praetuli; codex P. بايعه, noster طلبة habet.

١٨٥ بِعِلَّةِ الزَّرْعِ يُسْقَى الْقَرْعُ

185. Propter semen rigatur cucurbitae fructus.

١٨٦ بِعِلَّةِ الدَّايَةِ يُقَبَّلُ الصَّبِيُّ

186. Propter nutricem infanti oscula dantur.

١٨٧ بُغَاثُ الطَّيْرِ أَكْثَرُهَا فِرَاخًا

187. Aves viles pullorum maximum numerum habent.

١٨٨ بَذْلُ الْجَاهِ أَحَدُ الْمَالَيْنِ

188. Donatio dignitatis est altera opum duarum.

Opes duae sc. dignitas, quae opum locum tenet et divitiae.

١٨٩ بَشِّرْ مَالَ الشَّحِيحِ بِحَادِثٍ أَوْ وَارِثٍ

189. Annuncia opibus avari vicem fortunae aut haeredem.

Verba haec Ebn-Almohtassus dixit.

١٩٠ بَعْضُ الشَّوْكِ يَسْمَحُ بِالْمَنِّ

190. Quaedam spinosae arbores resinam Manna appellatam proferunt.

Et in homine, cuius exterior habitus parum se nobis commendat, virtutes interdum sunt.

١٩١ بَعْضُ الْعَفْوِ ضَعِيفٌ

191. Quaedam condonatio debilis est.

i. e. Debilitati tribuenda est.

١٩٢ بَعْضُ الْحِلْمِ ذُلٌّ

192. Quaedam mansuetudo vilitas est.

١٩٣ بَرِئْتُ مِنْ رَبٍّ يَرْكَبُ الْحِمَارَ

193, Liber sum (sim) a domino, qui asino vehitur.

١٩٤ بَلَدٌ أَنْتَ غَزَالُهُ كَيْفَ بِاللَّهِ نَكَالُهُ

194. Regio, cuius dorcas tu es, quomodo a Deo poena infligi potest?

Proverbio metrum Raml est. Conf. libr. m. p. 239.

١٩٥ بِهِ حَرَارَةٌ

195. In eo calor est.

De eo, qui suspicionem habet.

١٩٦ بِهِ دَاءُ الْمُلُوكِ

196. In eo morbus regum est.

De eo, qui suspicionem habet.

١٩٧ بَيْنَ وَعْدِهِ وَإِنْجَازِهِ فَتْرَةُ نَبِيٍّ

197. Inter promissum eius et rei perfectionem intervallum duorum prophetarum est.

Id est: longum temporis spatium. Conf. ill. de Sacy Chr. Arab. T. II, p. 374. adv.

١٩٨ بَيْنِي وَبَيْنَهُ سُوقُ السِّلَاحِ

198. Inter me eumque armorum forum est.

Hostes sumus.

١٩٩ بَدْنٌ وَافِرٌ وَقَلْبٌ كَافِرٌ

199. Corpus perfectum et cor perfidum.

De homine corpore pulchro; sed vili animo adhibetur.

٢٠٠ جَبْهَةُ الْعَيْرِ يُفْدَى حَافِرُ الْفَرَسِ

200. Fronte asini ungula equi redimitur (liberatur).

Proverbium ad metrum Basith revocari potest. Conf. libr. m. p. 189.

٢٠١ بِقَدْرِ السُّرُورِ يَكُونُ التَّنْغِيصُ

201. Quae laetitiae ratio est, eadem tristitiae est. Conf. prov. 126.

٢٠٢ بَعْدَ الْبَلَاءِ يَكُونُ الثَّنَاءُ

202. Post calamitatem erit laus.

٢٠٣ بَعْدَ كُلِّ خُسْرٍ كَيْسٌ

203. Post omnem iacturam est prudentia.

٢٠٤ بَاعَ كَرْمَهُ وَاشْتَرَى مِعْصَرَةً

204. Vendidit uvas suas et torcular emit.

٢٠٥ بِذَاتِ فَمِهِ يَفْتَضِحُ الْكَذُوبُ

205. Verbis oris sui mendax ignominia afficitur.

٢٠٦ بِشْرُكَ تُحْفَةٌ لِإِخْوَانِكَ

206. Hilaris vultus tuus donum est fratibus tuis datum.

٢٠٧ بَيْنَ جَبْهَتِهِ وَبَيْنَ الْأَرْضِ جِنَايَة

207. Inter frontem eius et terram peccatum est.

Preces non facit.

٢٠٨ الْبُسْتَانُ كُلُّهُ كَرْفَس

208. Hortus apio omnino impletus est.

Malum inter omnes aequale est.

٢٠٩ اَلْبَغْلُ الْهَرِمُ لَا يُفْزِعُهُ صَوْتُ الْجُلْجُل

209. Mulus decrepitus sono tintinnabuli non terretur.

٢١٠ اِبْنُهُ عَلَى كَتِفِهِ وَهُوَ يَطْلُبُهُ

210. Filium, quem in humero portat, quaerit.

٢١١ اِبْنُ آدَمَ لَا يَحْتَمِلُ الشَّحْم

211. Homo adipem non portat.

Proverbii sensus esse videtur: homo commodam vitam et rerum abundantiam ferre non potest.

٢١٢ اِبْنُ عَمِّ النَّبِيِّ مِنَ الدَّلْدَل

212. Patruelis prophetae ex Daldala.

Daldala nomen muli est, quem propheta Mohammedes possedit. In eum, qui originem nobilem falso sibi arrogat, dicitur. Eodem modo dicunt ابن عمه من اليعفور »Patruelis eius ex Aljahfuro«; Iahfur enim asini, quem propheta possidebat, nomen est.

٢١٣ اَلْبَيَاضُ نِصْفُ الْحُسْنِ

213. Candor dimidium pulchritudinis est.

٢١٤ بِئْسَ وَاللّٰهِ مَا جَرَى فَرَسِي

214. Quam male currit, per Deum! equus meus!

De eo, qui minus fecit, quam debuit aut cui minus praestitum fuit, adhibent proverbium.

٢١٥ بَطْنٌ جَايِعٌ وَوَجْهٌ مَدْهُونٌ

215. Venter esuriens et facies oleo uncta.

De eo, qui prae se fert satietatem, quum satiatus non sit, adhibetur.

٢١٦ اِبْنُ آدَمَ حَرِيصٌ عَلَى مَا مُنِعَ مِنْهُ

216. Homo res ipsi denegatas vehementer cupit.

٢١٧ اَلْبَصَرُ بِالزَّبُونِ تِجَارَةٌ

217. Cognoscere eum, qui fraude opibus privari potest, mercatura est.

De cognitione, qua unum ab altero discernimus, adhibetur. De voce زبون conferas lexicon meum. conf. C. XI, 59 et Harir. p. 66.

Caput III.

Littera Ta.

١ تَرَكَ ٱلظَّبْيِ ظِلَّهُ

1. Quemadmodum latibulum suum dorcas relinquit.

Dorcas si e loco, ubi fervoris tempore umbram captat, a venatore depellitur, ad eundem locum nunquam redit; quapropter proverbium, virum amicum omnino reliquisse, designat. Supplendum est verbum in initio proverbii. Qui se alterum relicturum esse minatur, dicit لاتركنه تـرك الظبى ظـله »Profecto eum relinquam, quemadmodum dorcas latibulum suum relinquit« i. e. nunquam ad eum rediturus sum. Samachschari. conf. Berth. p. 7. text.

٢ تَرَكْتُهُ عَلَى مِثْلِ مَقْلِعِ ٱلصَّمْغَةِ

2. Reliqui eum similem loco, unde pars gummi avulsa est.

Reliqui eum omnibus rebus carentem, nam in loco, unde gummi avulsum est, eius ne vestigium quidem relinquitur.

٣ تَرَكْتُهُ عَلَى مِثْلِ لَيْلَةِ ٱلصَّدَرِ

3: Reliqui eum conditione utentem, quae nocti Alzadar similis est.

لَيْلَةُ الصَّدَرِ Nox Alzadar est, qua Meccam peregrinantes ceremoniis sacris finitis a Mina domum omnes decedunt, ut nemo remaneat.

٤ تَرَكْتُهُ عَلَى أَنْقَى مِنَ الرَّاحَةِ

4. Reliqui eum talem, ut status eius vacuior esset, quam vola manus.

Omnibus bonis carentem eum reliqui.

٥ تَرَكَ الْخِدَاعَ مَنْ أَجْرَى مِنْ مِائَةٍ

5. Reliquit deceptionem, qui centum sagittae iactus cursus spatium esse constiuit.

Diversi erant, quemadmodum Alazmäihus retulit, in certamine equorum inter Arabes currendi modi. Spatium sagittarum jactibus definiebatur et numerus jactuum ex equi aetate pendebat. Qui جِذْعَان (triennes) erant, quadraginta, qui ثَنِيَان (quadriennes) sexaginta, qui رِبَع (quinquennes) octoginta, qui قَرْح (sexennes) centum iactuum spatium percurrebant. Maius currendi in certamine spatium non admittebatur. Proverbii verbis Kaisus ben-Sohair die Dahes, quo equorum certamen inter eos constitutum erat, respondit Hodsaifaho, qui خَدَعْتَكَ يَا قَيْسُ »Decepi te o Kaise! dixerat.« Id est: Qui centum iactuum cursum in certamine constituit, is rem suam patefecit et decipere non studuit. De eo adhibetur, qui ut dubium tollat, operam dat. conf. C. XXI, 102. Hamas. p. ٣٣٣. Samachschar.

٦ تَمَامُ الرَّبِيعِ الصَّيْفُ

6. Perfectio pluviae veris aestatis pluvia est.

I. e. Vestigia pluviae veris in pluvia aestatis conspiciuntur, quemadmodum dicere solent الاعمال بخواتيمها »Facta fine cognoscuntur.« Proverbium autem docet, quod si quis alteri benefacere cupiat, hoc ita fieri debere, ut inde perfectum commodum capiat. Samachschari.

٧ تَرْكُ الذَّنْبِ أَيْسَرُ مِنْ طَلَبِ التَّوْبَةِ

7. Omittere crimen facilius est, quam quaerere poenitentiam.

٨ تَرَكَنِي خِبْرَةُ النَّاسِ فَرْدًا

8. Notitia hominum reliquit me solum.

Quum scirem, quales essent homines, solus mansi.

٩ تَصْنَعُ فِي عَامَيْنِ كِرْزًا مِنْ وَبَرٍ

9. Spatio duorum annorum saccum ex pilis camelinis conficis.

De eo dicitur, qui tardo opus perficit.

١٠ تَجَنَّبَ رَوْضَةً وَأَحَالَ يَعْدُو

10. Declinavit a prato et accessit currens.

Eum, qui molestias quieti praefert, designat. conf. prov. 35 et C. XXI, 114.

١١ تَجُوعُ الْحُرَّةُ وَلَا تَأْكُلُ بِثَدْيَيْهَا

11. Femina nobilis esurit et mercedem mammarum suarum non edit.

Id est: Non erit nutrix, etsi fame adfligatur. Proverbium, ne quis turpi modo opes acquirat, monet. Primum ver-

ba haec Alharitsus ben-Solaic Alasadi dixisse narratur. Hic ad Alahlkamahum ben-Chazafah Thajjitam hospitem suum veniens filiam eius **Sabba** appellatam pulcherrimam sui temporis feminam, in matrimonium petierat. Quamquam puella, vir enim ille aetate provectus erat, a connubio isto abhorrebat, tandem, postquam a matre ei persuasum erat, precibus cessit. Alharitsus ea conditione, ut centum et quinquaginta camelos et servum daret, nec non mille drachmas solveret, puellam in matrimonium duxit. Festo finito uxorem ad gentem suam deduxit. Ibi quum iuvenis quidam gentis Asad advenisset, et eo conspecto uxor suspirium altum peteret et in lacrymas effunderetur, Alharitsus, quae lacrymarum causa esset, interrogavit. Illa respondit: ما لي وللشيوخ الناهضين كالفروخ »Quaenam ratio est mihi cum senibus, qui assurgunt sicut avium pulli« At vir iratus dixit: ثكلتك امك تجوع الحرة ولا تاكل ثدييها »Orbata sit tua morte mater tua! esurit ingenua et mammarum suarum mercedem non edit« et ad gentem suam uxorem dimisit. Duplex est proverbii legendi modus, quo sensus idem manet, aut ثدييها ut اجرة »mercedem mammarum suarum« omissum sit, aut بثدييها, ut sit pro بسبب ثدييها »ob causam mammarum suarum.« conf. Harir. p. ۱۴۹.

۱۲ تَحْسِبُهَا حَمْقَاءَ وَهْيَ بَاخِسٌ

12. Stultam eam esse putas, sed homines defraudat.

Viro cuidam e gente Banu-Alahnbar, quae pars Tamimitarum est, vicinam fuisse narrant. Quam quum stolidam putaret, supellectilem suam inter mulieris supellectilem miscebat, ut, quum postea dividerctur in duas partes, ipse sibi optimam sumeret. Quae autem spes eum fefellit; mulier enim suam supellectilem reposcebat. Tum eius iniuriam questa est, ut ab eo se redimere cogeretur. Insuper vituperatus excusandi facti gratia verba dixit, quae postea in proverbium venerunt. In proverbio aut باخس aut باخسة

legitur. De eo, qui insipientem se simulat, quum callidus sit, proverbium adhibent.

١٣ تَرَكْتُهُ فِي وَحْشٍ أَصْمَتَ

13. Reliqui eum in deserto.

Proverbium hoc, quod in codicibus B. L. P. legitur (in meo non est), sic quoque enunciatur تركته باصمت بلدة vel تركته بلدة اصمت. Sensus est: reliqui eum solum et auxilio destitutum. Conferas lexicon meum s. v. اصمت.

١٤ تَرَكْتُهُ بِأَسْتِ مَمْتَنِ

14. Reliqui eum in podice terrae durae.

i. e. Reliqui eum solum, et ab aliis remotum.

١٥ تَاللَّهِ لَوْ لَا عِتْقُهُ لَقَدْ بَلِيَ

15. Per Deum! Si eius generositas non fuisset, profecto afflictus fuisset.

De equis generosis dictum in homines, qui in calamitatibus perferendis fortitudinem ostendunt, translatum est.

١٦ تَذَكَّرَتْ رَيَّا وَلَدًا

16. Rajja filium recordata est.

Rajja mulieris nomen est. Quendam ad rem, quam antea neglexerat, attentum esse, indicat.

١٧ تَعْجِيلُ الْعِقَابِ سَفَهٌ

17. Poenam accelerare stultitia est.

Prudens poenas expetere non festinat.

١٨ تَشَدَّدِي تَنْفَرِجِي

18. Vehemens esto (o calamitas), ut desinas.

In vehementia calamitatis adhibetur. Si summum vehementiae gradum attigit calamitas, diminuitur. In priore verbo conditio est, quae causa sequentis futuri apocopati est. Femininum in verbo vocem داهية »calamitas« omissam spectat.

١٩ تبهُ مُغَنٍّ وَظَرْفُ زِنْدِيقٍ

19. Fastus musici et elegantia impii.

De proverbio, quod nonnisi in codice meo et codice L. legitur, vehementer dubito. In codice meo sic legitur تبه مغنى وظرف زنديق, in codice L. sic تيه مغنى وظرف زنديق. Quid in codice meo تبه significet, non bene intelligo. Vox مغنى supremum iudicem designat. Scholii autem verbis proverbium non satis clarum fit. Haec sunt: يروى هذا عن ابى نواس وارادوا بقوله ظرف زنديق مطيع بن اياس ولقبه بذلك بشار بن برد وكان اذا وصف انسانا بالظرف قال اظرف من الزنديق يعنى مطيعا لا ان من تزندق كان له ظرفا يباين به الناس ومن قال فلان اظرف من زنديق فقد غلط »Hoc de Abu-Nowaso refertur. Verbis autem ظرف زنديق »Elegantia impii« [1]) virum Mothih ben-Ijas appellatum designarunt; Baschscharus ben-Bord hoc eum cognomine appellaverat, nam si cuiusnam hominis elegantiam describebat, dicere solebat: Elegantior quam impius sc. ille Mothih appellatus, non quasi omnis Persarum religioni addictus elegantia a caeteris hominibus distinctus esset. Qui dicit: quidam elegantior est quam religioni Persarum addictus, is errori obnoxius est.

٢٠ تَسْأَلُنِي بِرَامَتَيْنِ سَلْجَمًا

1) Vocabulum Arabicum proprie eum, qui dualismo seu Persarum religioni Zendavestae addictus est, designat.

20. Utroque loco Ramah appellato rapum me rogat.

Samachscharius narrat virum uxori rapam in deserto postulanti dixisse

تَسْأَلُنِى بِرَامَتَيْنِ سَلْجَمًا إِنَّكِ لَوْ سَأَلْتِ شَيْأً اِمَّمَا

جاء به الكَرِىُّ أَوْ تَجَشُّمَا

»A me in loco Ramatain rapam postulat. Si tu rem facilem postulasses, locator eam adtulisset, etsi cum molestia.«

Horum versuum metrum Redjes est. conf. libr. m. p. 230. Loco vocis سلجما etiam شلجما legitur; sed prius praeferendum est. De eo autem adhiberi, qui rem difficilem petat, idem Samachscharius dixit.

٢١ تَجَشَّأَ لُقْمَانُ مِنْ غَيْرِ شَبَعٍ

21. Lokmanus quamquam satiatus non erat, ructum tamen emisit.

De eo, qui rem, quam non habet, se possidere prae se fert, adhibetur. Sic in scholio legitur ويقال تجشا لقمان من غير شبع من علبتين وثمان وربع قال ابو الهيثم فهذه عشر علب مع ربع لم يعدها لقمان شيا لكثرة حاجته الى الاكل »Narrant, Lokmanum nondum satiatum ructum emisisse, quum duo mulctraria et octo et partem quartam bibisset. Dixit Abu-l'Haitsamus, haec decem mulctraria cum quarta parte Lokmanum nihili putasse, quum multum cibi ei opus fuisset.«

Lokmanum autem Ahditam voracitate notum fuisse, in alio proverbio occurrit. conf. C. I, prov. 414.

٢٢ تُخْبِرُ عَنْ مَجْهُولِهِ مَرْآتُهُ

22. Facies eius res eius ignotas narrat.

Ex facie eius et externo habitu, quae sit eius interna conditio, cognoscitur.

٢٣ تَسْقُطُ بِهِ ٱلنَّصِيحَةُ على ٱلظَّنَّة

23. Monitum sincerum in suspicionem eum adducit.

Multa admonitio suspicionem facit. conf. C. I, 340

٢٤ تُعَلِّمُنِي بِضَبٍّ أَنَا حَرَّشْتُهُ

24. Tu mihi lacertam indicas, quam ego venatus sum.

Id est: quam tu mihi rem narras, eam ego melius scio.

٢٥ تَحَمَّدِي يا نَفْسُ لَا حَامِدَ لَكِ

25. Te ipsam lauda o anima! nam te nemo laudat.

Proverbium ad metrum Redjes revocari potest. Facta laude digna gere; nam aliter nemo te laudabit. Viro ipsi rerum suarum curam habendam esse, docet proverbium. Samachschari.

٢٦ تَنْزُو وَتَلِينُ

26. Adsilis et lenis es.

Interdum quoque tali modo proverbium enunciatur! تنزو وتلين وتودى الاربعين »Adsilis et lenis es et quadraginta persolvis.« Narrant Arabem campestrem in carcerem coniectum hos versus dixisse

وَلَمَّا دَخَلْتُ ٱلسِّجْنَ كَبَّرَ أَهْلُهُ وَقَالُوا أَبُو لَيْلَى ٱلْغَدَاةَ حَزِينُ

وَفِي ٱلْبَابِ مَكْتُوبٌ عَلَى صَفَحَاتِهِ بِأَنَّكَ تَنْزُو ثُمَّ سَوْفَ تَلِينُ

»Quum in carcerem intrassem, incolae eius Deum laudarunt et dixerunt: Abu-Laila hoc tempore matutino tristis est, et in porta scriptum erat super eius lateribus: tu adsilis, tum lenis eris.«

Versus metrum Thawil est. conf. libr. m. p. 161. Hominem primum honoratum et potentem, tum vilem et submissum factum significare proverbium, Samachscharius docet. In Haririi scholiis legimus, proverbium desumtum esse a haedo, qui parvus adsiliat, annosus lenis sit.conf. p. ٣٩٢.

٢٧ تَخَرَّسِى يَا نَفْسُ لَا مُخَرِّسَ لَكِ

27. Puerperii cibum tibi para, o anima, nemo alius tibi eum parabit.

Verba haec mulier, quae neminem sui curam gerentem in puerperio habebat, dixit. In Kamusi opere لا مخرسة لك legitur. Proverbii autem sensus est idem quam prov. 25, monet nempe, ut curam sui ipsius vir habeat.

٢٨ تَحْقِرُهُ وَيَنْتَأُ

28. Tu despicis eum, et elatus est.

De eo adhibetur, qui hominem magni se facientem despicit.

٢٩ تَرَفَّضُ عِنْدَ ٱلْحَفِظَاتِ ٱلْكَتَايِفُ

29. Evanescit in rebus iram tuam moventibus odium tuum.

Quodsi propinquus tuus iniuria afficitur, odium tuum erga eum abiiciens auxilium ei feres. Dixit Alkathamius:

أَخُوكَ ٱلَّذِى لَا يَمْلِكُ ٱلْحُسَّ نَفْسَهُ تَرَفَّضُ عِنْدَ ٱلْحَفِظَاتِ ٱلْكَتَايِفُ

»Frater tuus, cuius animum misericordia non occupat, tamen in rebus iram moventibus odium abiiciet.«

Metrum versus Thawil appellatum est, ut proverbium eius hemistichium sit. Quae in codice Samachscharii وترفض lectio reperitur, metro contraria est. Abieci litteram و. Verbum ترفض est pro تترفض, quod scholion verbo تتفرق se separat explicavit.

٣٠ تَضْرِبُ فِي حَدِيدٍ بَارِدٍ

30. Percutis ferrum frigidum.

Rem haud desiderandam concupiscere hominem designat. Samachscharius dixit, proverbium adhiberi de precibus ad avarum frustra directis. Sed in scholiis ad Haririum fusius explicatur. Adhiberi tum in eum, qui rem desiderio haud dignam desideret tum in eum, in quo nil desiderio dignum sit. Desumtum autem esse e versu poetae

يا خَادِعَ ٱلْبُخَلَاءِ عَنْ أَمْوَالِهِمْ فَيْهَاتَ تَضْرِبُ فِي حَدِيدٍ بَارِدِ

»O tu, qui avaros decipere vis, ut opes suas negligant. apage! ferrum frigidum percutis.«

Est igitur, quemadmodum videmus, pars posterior versus, cuius metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

٣١ تَمَنَّعِي أَشْهَى لَكِ

31. Te recusantem ostende, appetentior tibi erit.

Mulieri vir dixisse narratur: تمنعى اذا غازلتك يكن اشهى »Te recusantem ostende, quum tecum iocor, gratius erit.« De eo adhibetur, qui rem se vendere nolle simulat, ut vilis pretii rem caro pretio vendat, nam rei, quae recusatur, desiderium crescit. vid. Samachschar.

٣٢ تَمَرَّدَ مَارِدٌ وَعَزَّ ٱلْأَبْلَقُ

32. Arx Marid pervicax et arx Alablak potens fuit.

Marid arx in loco Dumat-Aldjendel erat, Alablak arx Samuelis ben-Ahdija. Quas quum Saba Mesopotamiae regina oppugnaret, in potestatem redigere non potuit, et hanc ob causam ista verba dixit, quae postea in proverbium. de omni re magna, quae attingi non potest, usurpatum venerunt. conf. Samach. et Kam. sub مرد et بلق.

٣٣ تَلْدَغُ الْعَقْرَبُ وَتَصِيءُ

33. Scorpio pungit et sibilat.

De iniusto, qui iniuria se laesum simulat, adhibetur. Samachscharius sic proverbium adnotavit: تلدغ المرأة وتصيء »Pungit mulier et clamat.« i. e. maritum suum iniuste tractans, se ab eo iniuria laesum esse queritur. Meidanium Haririus in scholiis p. ٣٩٢ secutus est.

٣٤ تَشْكُو إِلَى غَيْرِ مُصْمِتٍ

34. Conquereris cum homine, qui ad silentium non redigit.

Id est: cum eo, qui querelae tuae nullam rationem habet, ut tacere possis. Dixit poeta

اِنَّكَ لا تَشْكُو إِلَى مُصْمِتٍ فَاصْبِرْ عَلَى الْحَمْلِ الثَّقِيلِ أَوْ مُتِ

»Tu non quereris cum eo, qui ad silentium redigit; patienter igitur fer onus grave aut morere!

Metrum versus Redjes est. conf. libr. m. p. 230.

٣٥ تَجَاوَزَ الرَّوْضَ إِلَى الْقَاعِ الْقَرِقِ

35. Transiit ad pratum et ad campum planum tetendit.

Eum, qui in rebus suis generosum relinquens ad vilem se convertit, designat. conf, prov. 10.

٣٦ تَحْمِي جَوَابِيهِ نَقِيقَ الضَّفْدَعِ

36. Eius aquaria magna coaxationem ranarum defendunt.

Virum in quo nulla virtus est, nil praeter sonos inanes proferentem designat.

٣٧ تَشَمَّرَتْ مَعَ الجَارِي

37. Delapsa est (navis) cum currente aqua.

De re, quae parvi habita in oblivionem adducitur. Proverbii auctor Cahbus ben-Sohair ben-Abi-Solma fuisse dicitur. Cahbus cum patre iter navi faciebat. Quum navi veherentur, Sohairus carmen suum celebre e numero eorum, quae portae templi Meccani[1]) affigebantur, canens, filium memoriae versus mandare iussit. Postridie mane quum pater versus interrogaret, filius, e cuius memoria elapsi erant, proverbii verba dixit.

٣٨ تَهُمُّ وَيَهُمُّ بِكَ

38. Tu cogitas et alii de te cogitant.

Ei verba dicuntur, qui non respiciens finem, rem cum incuria agit.

٣٨ تَرَكَتْهُمْ فِي كَصِيصَةِ الظَّبْيِ

39. Reliqui eos in rete dorcadis,

De vocabuli كصيصة significatione non consentiunt; alii enim cubile dorcadis, alii rete, quo capitur dorcas, significari dicunt. Homines in angustias compulsos esse, proverbium significat.

٤٠ تَرَكَتْهُمْ فِي حَيْصَ بَيْصَ

40. Reliqui eos in Haiza Baiza.

Verba حيص بيص, quae vario modo vel Haizi Baizi, Haiza Baiza vel Hiza Biza vel Haizin Baizin enunciantur, angustias et summam calamitatem designant. In calamita-

1) A celeb. Rosenmüllero denuo editum est. Lips. 1826.

tem, e qua fuga relicta non esset, homines incidisse, proverbium indicat.

٤١ تَلَبَّدِى تَصِيدِى

41. Ad terram corpus deprime, venare!

Id est: Si ad terram corpus deprimis, ut fera te non conspiciat, ea potieris. Proverbii igitur sensus est: Ut re potiaris, diligentia et astutia adhibenda est.

٤٢ تَتَابَعِى بَقَرُ

42. Caeteras sequere, o vacca!

De eo, quod res vel homines unus alterum celeriter sequuntur et transeunt, adhibetur. Proverbii originem sic narrant. Sterili quodam anno, quo homines multum affligebantur, Bascharus ben-Abi-Hasem Asadita, cum gente sua iter faciens, in vaccarum silvestrium gregem incidit, qui territas montem adscensu difficilem, e quo ex altero latere descendendi locus non erat, occupaverat. Bascharus in montis via stans arcum sumsit, sagittas paravit, et se in gregem tela coniicere simulavit. Qua de causa una post alteram de summo monte se deiecit et membris fractis in pede montis proruit. Vir autem, quum nonnullae se deiicere cunctarentur, quasi cohortans verba dixit.

٤٣ تَنْهَانَا أُمُّنَا عَنِ الغَيِّ وَتَغْدُو فِيهِ

43. Mater nostra nos errare vetat et in errore currit.

Hominem verba pulchra proferre, sed pravam agendi rationem sequi, proverbium docet.

٤٤ تَطْلُبُ أَثَرًا بَعْدَ عَيْنٍ

44. Quaeris vestigium rei post rem ipsam.

Hominem rem, quam videret, reliquisse et postea vestigia eius secutum esse, dicit. Malicus ben-Ahmru Alahmeli (aliis Albaheli) haec verba dixisse narratur. Rex quidam Ghassanidarum, perfidiam gentis Ahmilah vindicaturus, Malicum eiusque fratrem Simacum in carcerem coniecerat. Aliquo tempore post utrumque fratrem advocans, quum se unum eorum occisurum esse, dixisset, quisque se pro fratre libenter mortem subiturum esse, declaravit. Simacus, quem ad mortem rex destinaverat, inter plures ante mortem hunc quoque versum cecinit

وَأُقْسِمُ لَوْ قَتَلُوا مَالِكًا لَكُنْتُ لَهُمْ حَيَّةً رَاصِدَة

»Iuro, si Malicum occidissent, me iis serpentem insidiantem futurum fuisse[1]).«

Malicus a rege e carcere dimissus aliquot tempus apud suos tranquillam vitam degebat, donec mater, quae die quodam versum illum equitem recitantem audivisset, Malico dixit: »Surge ad vindictam sumendam pro fratre occiso!« Verbis obediens Malicus fratris occisorem nonnisi parvo sociorum numero circumdatum invenit, ut facile voluntati satisfacere posset. Quapropter, ut occisorem liberarent, quum Malico centum camelos offerrent, hic rem recusans dixit: لَا اطلب اثرًا بعد عين »Non sequar vestigium rei post rem ipsam.« Conf. C. XXVIII, 121. Harir p. ۴۴, ۴۸۸.

۴۵ تَطَعَّمْ تُطْعَمْ

45. Gusta et cibum sumes!

Conf. Erpen. Adag. I, 94. Gusta, ut cibi gustus ad edendum te invitet. Proverbium ad initium in re faciendum incitat; fieri enim solet ut cibo gustato cibi desiderium oriatur. conf. Samachschar.

۴۶ تَوَقَّرِي يَا زَلِزَة

1) Metrum versus Motakarib appellatum est. conf. libr. m. p. 281.

46. Quieta sis, o inquieta!

De muliere in domibus gentis discurrente proverbium dicitur et in hominem haud constantem et mobilem adhibetur.

٤٧ تَسمَعُ بِالمُعيدِى خَيرٌ مِن أَن تَرَاه

47. De Almoaihdio alios audire melius est, quam eum videre.

Diverso proverbium modo legitur لان تسمع بالمعيدى خير aut ان تسمع بالميدى لا ان تراه aut تسمع. Praeferendum autem videtur ان تسمع. Virum, rumoribus de eo ad nos perlatis, meliorem nobis videri, quam quum eundem oculis viderimus, proverbium designat. Proverbii auctor Almondsirus ben-Mäi-ssema fuisse traditur. Almofadhdhelus ex more suo longam historiam adtulit, quam quum parum faciat ad explicandum proverbium, brevius descripsi. Cobaischus ben-Djabir frater Dhamrahi ben-Djabir, qui ad gentem Banu-Nahschal pertinebat, cum serva Roschajjah appellata, a Sororaho ben-Ahdos e gente Alrufaidat captiva abducta, rem habuerat, ut tres ei filii Ahmruus, Dsowaibus et Borgutsus ex ea nascerentur. Mortuo autem Cobaischo Lakithus ben-Sorarah servam cum filiis ad Dhamrahum, cui inimicus erat, accedere iussit, sperabat enim fore, ut ex ista re moerorem conciperet. Dhamrahus a serva, filios fratris esse, certior factus, illam ad gentem suam redire iussit, hos apud se retinuit. Sorarahus, vir mitis animi, hac de causa per septem annorum spatium quotannis ad istam gentem, ut filios reposceret, profectus nonnisi repulsam ferebat. Mortuo Sororaho Dhamrahus gentem suam, ut filios redderent, commovere studuit et ut pignori filios suos, donec illi redditi essent, mitterent, uxoribus suis dixit: قفن اقسم بينكم الثكل »state, dividam inter vos orbitatem.« Uxores eius erant: Hinda filia Carbi ben-Zafwan, Cholaidah e gente Ihdjl oriunda, captiva e gente Ahbd-Alkais et captiva e gente Alasd. Cholaidaha,

cui filius non erat, Hindae, quacum amicitiam contraxerat, dixit: ولى الثكل بنت غيرك »Orbitas aliam filiam quam te attingat!« quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Dhamrahus autem Schikkahum Hindae filium, et Schehabum, cuius mater e gente Ahbd-Alkais erat, et Ohnwahum e muliere ad gentem Asd pertinente natum ad Lakithum misit, ut eos pro illis pignoris loco haberet. Lakithus eos male habebat. Tempore post gens Banu-Nahschal, quum Lakithus filios reddere recusaret, ad regem Almondsirum ben-Mäi-ssema se contulit petens, ut eos a Lakitho reposceret. Almondsirus, illis remotis, Lakithum ad epulum invitavit eumque, qui vino plenus omnia se Almondsiro daturum esse promisisset, ut sibi filios traderet, postulavit et Dhamraho mortuo, cuius amicus fuerat, filios ad se adduci iussit. Multa antea de Alschikkaho, quae ipsi placebant, audiverat; at vero externa eius conditio ista ipsi non comprabare videbatur. Quapropter de famae veritate dubitans proverbii verba dixit. At Schikkahus ista audiens et verborum sensum intelligens regi dixit: ابيت اللعن واسعدك الهك ان القوم ليسوا بجزر انما يعيش الرجل باصغريه »Nil sinistri tibi eveniat et Deus tuus te beet! homines mactandae oves non sunt; vir nonnisi per duas res suas parvas (cor et linguam) vivit (conf. C. XXVIII, 65).« Pulchra autem et agendi et loquendi ratione regis favorem sibi comparavit. Imposuit quoque ei patris nomen, ut Dhamrahus filius Dhamrahi appellaretur.

٤٨ تَبَاعَدَتِ الْعَمَّةُ مِنَ الْخَالَةِ

48. Longe distat amita a matertera.

Amitae benignius, quam materterae, liberos tractare solent. conf. C. I, 116. De rerum vel hominum diversitate proverbio utuntur. conf. Samachschar.

٤٩ تَرَكْتُهُ تُغَنِّيهِ لَجْرَادَتَانِ

49. Reliqui eum duas cantatrices Aldjeradah audientem.

Aldjeradatan nomen duarum cantatricum est, quae Moahwijjae ben-Becr Amalekitarum principi in oppido Mecca erant. Proverbii originem hanc fuisse narrant. Gens Ahd appellata, quum prophetae Hud ad eos misso non credidissent, a Deo trium annorum, qui pluvia carebant, poena afflicti sunt. Miserunt igitur, ut aquam a Deo peterent, legatos, quibus Kailus ben-Ahnak, Lokaimus ben-Hassal et Lokmanus ben-Ahd praecrant, Meccam ad Ahmalekitarum principem; Amalekitarum enim gens cum Ahditis cognatione ab uxorum parte coniuncta erat. A Moahwijjaho laute excepti et puellarum illarum cantu delectati per mensis spatium suos obliti sunt. In eum quadrat, qui voluptatibus ab officio distrahitur.

٥٠ تُبَشِّرُنِي بِغُلَامٍ أَعْيَا أَبُوهُ

50. Annuntias mihi filium esse natum, cuius pater mihi obediens non fuit.

Haec verba vir dixisse narratur, qui filium obsequium ipsi non tribuentem habens pueri illi filio nati nuntium acceperat. Cecinit poeta

تَرْجُو ٱلْوَلِيدَ وَقَدْ أَعْيَاكَ وَالِدُهُ وَمَا رَجَاؤُكَ بَعْدَ الْوَالِدِ الْوَلَدَا

»De filio speras, et eius genitor te fefellit; quam vero spem post patrem in filio ponere potes«?

Metrum versus Basith est. conf. libr. m. p. 190.

٥١ تَرَكْتُهُ يَصْرِفُ عَلَيْكَ نَابَهُ

51. Reliqui eum dentem suum in te convertentem.

Tibi iratus erat. Simile est proverbium تركته يحرق

عليك الارم »Reliqui eum contra te collidentem dentes molares.«

٥٢ تَعْسًا لِلْيَدَيْنِ وَلِلْفَمِ

52. Perdat tibi Deus manus et os!

conf. Abulf. I, p. 494. Verbis hisce utuntur contra inimicum, qui ob inimici calamitatem gaudium percipit.

٥٣ تَرَكْتُهُ يَفْتُّ الْبَرْمَعَ

53. Reliqui eum conterentem glaream albam.

Vehementer tristitia et curis afflictus erat.

٥٤ تَرِبَتْ يَدَاكَ

54. Terrae adhaereant manus tuae!

Pauper fias! Cecinit poeta Solaimanus ben-Rabiah

تَرِبَتْ يَدَاكَ وَهَلْ رَأَيْتَ لِقَوْمِهِ مِثْلِي عَلَى يُسْرِي وَحِينَ تَعِلَّنِي

»Manus tuae terrae adhaereant! Num erga gentem suam mei similem vidisti in opulentia mea et quum aliis rebus occupatus essem.«

Samachschari. Metrum Camil appellatum est. conf. libr. m. p. 212.

٥٥ تَأْبَى ذٰلِكَ بَنَاتُ أَلْبُبِي

55. Impediunt hoc teneri cordis mei affectus.

Vir quidam, cui mater grandaeva erat, uxorem duxerat. Quem quum uxor multum urgeret, ut matrem a se dimitteret, eo adductus est, ut humeris matrem in vallem feris abundantem portaret ibique solam relinqueret. Tum mutato exteriore habitu ad eam transiit interrogans, quid ploraret? Mater respondit: »Filius meus hic me proiecit abiitque, ego autem metuo, ne ferae eum dilace-

rent. Ille autem: quid est, quum talem erga te se gesserit, quod non potius diris eum devoveas? At illa proverbii verba loquens, amore, quo eum amplector, quominus faciam impedior, respondit. Proverbii autem verbis utuntur ad propinquorum amorem significandum, dum nos amore amplectimur eos, qui nobis malefaciunt. بنات البب »Filiae cordum« mihi sunt teneri animi affectus, Almobarredo Arabum grammatico autem venae (عروق), in quibus misericordiae sedes est. conf. Samachschari.

٥٦ اُتَّقَى بِسَلْحِهِ سَمُرَةَ

56. Samorahus merda sua se tuitus est.

Vir quidam servo suo Samoraho plagas incutere volebat, at facere omisit, quum is merdam excerneret. Proverbium cohortatur hominem, ut quocunque modo se defendat. Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. Meid. p. 74.

٥٧ اُتَّقِ الصِّبْيَانَ لَا تُصِبْكَ بِأَعْقَابِهَا

57. Recens natos infantes cave, ne excrementis suis te conspurcent!

Eum cave, cuius societas fugienda est, qui enim cum homine vili societatem init, eius auctoritas diminuitur. Similis sensus verbis est: صديق السوء كالقين اذا لم يحرقك بناره يوذيك بدخانه »Pravus amicus fabro ferrario similis est, qui si te igne non urit, fumo tibi nocebit« aut لا تشرب النبيذ مع من تفتضح به واشربه مع من يفتضح بك »Ne bibas vinum dactylorum cum eo, per quem tu ignominia afficeris; bibe id potius cum eo, qui per te ignominia afficitur.« Scharaf-Aldin. conf. Schult. prov. Meid. p. 73.

٥٨ اُتَّقِ خَيْرَهَا بِشَرِّهَا وَشَرَّهَا بِخَيْرِهَا

58. Cave bonum eius propter malum eius, et malum eius propter bonum eius.

Suffixum ها referendum esse ad vocem اللقطة »rem quae de humo legitur« vel الضالة »errabundum camelum,« quem vir invenit. Dicit: relinque bonum eius propter malum, quod sequitur, nam collato bono eius cum malo eius, tu malum maius esse, quam bonum invenies. Verba traditione ad nos pervenerunt et Ebn-Ahbbaso adscribuntur. Meid. Ab Scharaf-Aldino autem Ahbd-Allaho ben-Ahmir proverbium adscribitur. conf. Schult. prov. Meid. p. 73.

٥٩ تَرَكْتُهُ يُقَاسُ بِالْجِدَاعِ

59. Reliqui eum, comparatur cum iuvenibus.

De sene, qui corpore et mente iuvenis est, dicitur. Proverbii verba ad metrum Sarih referri possunt. conf. libr. m. p. 246.

٦٠ تَقَفَّزْ لِلْعِنْنِ يَا مُرَّ زِدْهَا قَعْبًا

60. Radices oleris Zillijan eruit, o Morrah! adde ei scutellam!

Vir quidam equo suo matutino et vespertino tempore tantum dedit, quantum vas قعب appellatum capere poterat. Quem quum videret radices oleris صليان appellati eruentem, servo suo Morrah appellato dixit: »Adde ei scutellam!« Vox تقفز pro تتقفز est et verbo تقفز significatio chirothecas قفاز induit hoc in proverbio tribuenda est, ut radices oleris, quas e solo eruit, ei tanquam chirothecis inserviant.« Servi nomen مرة abbreviatum est. De eo proverbium adhibetur, qui minus accipit, quam meretur.

٦١ تَقْدِيمُ الْحُرِّ مِنَ النِّعَمِ

61. Praemittere feminas (in alterum mundum) quoddam beneficium (est).

Voce حرم filias significari scholion dixit. At hic proverbialis loquendi modus similis est alteri دفن البنات من المكرمات »Sepelire filias est quaedam actio generosa.« Quibusdam enim Arabibus ante Mohammedem mos erat, filias recens natas sepelire.

٦٢ أَتْبِعِ ٱلْفَرَسَ لِجَامَهَا وَٱلنَّاقَةَ زِمَامَهَا

62. Fac, ut equum sequatur habena, et camelam funis (quo regitur).

Quum maiorem rei partem dederis, reliquum quoque da, ut beneficium perfectum sit, nam, si quis equum dederit, habena quoque, cuius ope equus abducatur, addenda est. Duo sunt proverbia, ut prior pars a posteriore separanda sit, dicitur enim aut اتبع الفرس لجامها »Fac, ut equum sequatur habena« aut اتبع الناقة زمامها »Fac, ut camelam sequatur funis.« Prius proverbium Ahmruo ben-Tsahlebah Calbitae fratri Ahdijji ben Djenab Calbitae tribuunt; sed causa duplici modo narratur. Dhirarus ben-Ahmru Dhabbita incursione hostili facta Solmam[1]) filiam Wajili aurifabri, quae tum temporis Ahmrui ben-Tsahlebah serva erat, absente Ahmruo captivam abduxerat. Ahmruus ben-Tsahlebah Dhirarum, quocum amicitiae vinculo coniunctus erat, secutus, ut praedam suis ereptam ipsi redderet, rogavit. Omnia praeter Solmam, quae ei vehementer placeret, reddidit. Quod quum Ahmruus videret, ista verba, quae postea in proverbii consuetudinem venerunt, dixit. Alii autem sic rem narrant. Dhirarus ben-Ahmru cum gente Dhabbah in Syriam profectus gentem Calb ben-Wabrah diripuerat et Rajiham Ahmrui ben-Tsahlebah servam eiusque filiam

1) Solma haec regis Almohmani ben-Almondsir mater fuisse dicitur.

Solmam, ex Ahthijjaho ben-Wajil natam, inter alias captivas abduxerat. Tempore incursionis Ahmruus ben-Tsahlebah absens erat. Ad suos redux factus quum de re certior factus esset, Dhirarum in regionem Nedjd proficiscentem secutus rogavit, ut familiam et opes sibi redderet. His redditis, ut servae adderentur, petiit. In reddenda Solma, eius matre reddita, quum alter cunctaretur, Ahmruus ista proverbii verba protulit. Simillimum huic alterum proverbium est: اتبع الدلو الرشاء »Fac, ut situla eius funem sequatur.« Cecinit Kaisus ben-Alchathim

اذَا مَا شَرِبْتُ أَرْبَعًا حُطَّ مِيزَرِى وَأَتْبَعْتُ دَلْوِى فِى السَّمَاحِ رِشَاءَهَا

»Quando quatuor (pocula) bibi, cingulum meum depositum est, et efficio, ut situla mea in liberalitate funem suum sequatur.«

Metrum versus Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 162. conf. Schult. prov. Meid. p. 61. Hamas. p. ٨٧.

٦٣ اتَّخَذَ ٱللَّيْلَ جَمَلًا

63. Sumsit noctem tanquam camelum (quo veheretur.)

Virum noctis tempore res gessisse significat. Sed in Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus proverbium sic legitur: اتخذ الليل جملا تدرك »Sume noctem tanquam camelum, tu rem assequeris!« ut اتخذ imperativi forma sit. Adhortatur proverbium, ut summo cum studio rei operam demus. Proverbii auctorem Actsamum ben-Zaifi esse contendunt. conf. Schult. prov. Meid. p. 70.

٦٤ تَرَكْتُهُ بِمَلَاحِسِ ٱلْبَقَرِ أَوْلَادَهَا

64. Reliqui eum in locis, ubi vaccae (silvestres) vitulos suos lambunt.

Silentio praetermittendum non est, in Kamuso, nec non

in Djeuharii opere proverbium legi omissa voce اولادها, ut dubitare liceat, num ista vox proverbii pars sit; sed alterum legendi modum addidit Kamusi auctor تركته بملاحس البقر اولادها, in quo illa vox cernitur. Tertius denique proverbii legendi modus, quem et Djeuharius et Kamusi auctor adnotavit, hic est: تركته بمباحث البقر »Reliqui eum in locis, ubi vaccae silvestres quaerunt« scil. vitulos suos i. e. in loco deserto vel in loco, qui ubi sit, nescitur. conf. Samachschar.

٦٥ اتَّخَذُوهُ حِمَارَ الحَاجَاتِ

65. Eo usi sunt tanquam asino necessitatum.

Eo tanquam famulo in rebus usi sunt. In Scharaf-Aldini et Samachscharii libro nec non in Kamuso sic legitur proverbium: اتخذوه قعيد للحاجات »Eo usi sunt tanquam iumento necessitatum«, ut voci قعيد diminutivi forma tribuatur. Proverbii sensus non mutatur. Conf. Plaut. in Mostell. III, 2, 93. Schult. prov. Meid. p. 70.

٦٦ تَرَكْتُهُ جَوْفَ حِمَارٍ

66. Reliqui eum tanquam ventrem asini.

Omnibus inutilis erat, quia asini venter nemini commodo est. Sic Alazmäihus grammaticus; Alcalbi autem dixit, Himarum virum esse ex Amalekitarum numero; vocabulo autem جوف eius vallem significari. Conferas proverbium C. XXII, 221.

٦٧ تَطْلُبُ ضَبًّا وَهٰذَا ضَبٌّ بَادٍ رَأْسُهُ

67. Quaeris Dhabbum et hic Dhabbus est, cuius caput apparet.

Viri duo, nomen Dhabb habentes, alii cuidam rem ingratam intulerant, ut ei vindicta sumenda esset. Minitans

quum ab ipso remotum quaereret et relinqueret alterum ipsi propinquum, quidam ista dixit verba, quae in proverbii consuetudinem venerunt. De viro, qui, quum timidus sit, se a propinquo non vindicans, longe remotum quaerit, adhibetur. Legitur quoque مخرج راسه »exserens caput« loco verborum باد راسه. conf. Samachschar.

٦٨ تَفَرَّقَ مِنْ صَوْتِ الْغُرَابِ وَتَفْرِسُ الْأَسَدَ الْمُشَتَّمَ

68. Corvi vocem metuit et leonem horribilem vultu dilacerat.

Legitur quoque مشبم quod a شبام »lignum, quod haedi ori inditur, ne sugat« derivatum, leonem, cuius os ligatum est, designat. Hunc legendi modum Kamusi auctor secutus est; sed prior magis placet. Feminam, quae leonem lacerasset, e corvi voce metum concepisse narrant. Virum quamquam res parvas timet, tamen res magnas et periculosas subire, proverbium significat.

٦٩ تَقِيسُ الْمَلَائِكَةَ إِلَى الْحَدَّادِينَ

69. Comparas angelos cum carceris custodibus.

Huius proverbii originem talem fuisse Almofadhdhelus narravit. Quum Alcorani versus عليها تسعة عشر »super ea undevigintí« (Sur. المدثر etc.) Mohammedi suggestus esset, vir quidam ex incredulis Koraischitis Meccae, qui cognomen ابو الاشدين pater virium gerebat, dixit; ego vobis septemdecim in me suscipio, quis mihi duos in se suscipit? Tum alius quidam proverbii verbis respondit.

٧٠ تِلْكَ أَرْضٌ لَا تُقِضُّ بَيْضَتَهَا

70. Haec terra est, cuius glaream non attingit carnis deiecta pars.

Verbum أقصّ a nomine قصاص »glarea parva« derivandum est. Alius legendi modus est, تنعفر بصعتها »pulvere inquinatur.« Id est: ob herbarum abundantiam, si decidit caro in terram, pulverem aut glaream non tangit. Herbarum copia proverbio describitur.

٧١ تُحَمِّلُ عِضَةٌ جَنَاهَا

71. Frutex spinosa fructum suum fert.

Mulier quaedam cum altera communem maritum habens illam alteram veneno necare volebat eamque ob causam duo vasa pulmento implevit, quorum unum veneno imbuerat! Unum veneno imbutum ad inimicae latus, alterum ad suum posuit. Quam rem quum inimica cognovisset, vasa permutavit, et quum altera, venenato vase sumto se necasset, proverbii verba dicta sunt. Simile est proverbium من حفر مغواة وقع فيها »Qui foveam fodit, in eam incidit.« Conf. C. XXIV, 231.

٧٢ تَطَأْطَأُ لَهَا تُخْطُمْكَ

72. Demitte ei (calamitati) caput, ad te transibit.

Simile huic est proverbium دع الشر يعبر »Sine malum, transibit.« Conf. VIII, 37. i. e. Te malo non exponas, sed illud quam potes, evites.

٧٣ اَلتَّقَدُّمُ قَبْلَ التَّنَدُّمِ

73. Praecedere ante poenitentiam.

In eum quadrat, qui viro, cui impar est, occurrit i. e. Transeundum et fugiendum tibi est, antequam victus poenitentiam agis. Scharaf-Aldin. Simile huic est proverbium لحاجزة قبل المناجزة »Si litem dirimere vis, faciendum hoc est, antequam pugnatur.« C. I, 149 et XXIV, 179.

٧٤ اَلتَّجَرُّدُ لِغَيْرِ النِّكَاحِ مُثْلَةٌ

74. Se denudare propter aliam rem, quam concubitum poena est.

Verba haec dixisse narratur Rikascha Ahmrui filia *marito suo*, Cahbo ben-Malic ben-Taim-Allah ben-Tsahlebah, quum ille dixisset »Exue indusium tuum, ut te videam.« Tum quoque illa dixit: خلع الدرع بيد الزوج »Exuitur indusium per manum mariti.« (Conf. VII, 30), quae duo proverbia, rem inconvenientem esse et in alieno loco positam significant. In Scharaf-Aldini libro نكاح legitur, sed cum articulo, quomodo in codicibus et Samachscharii libro legitur, praeferendum est.

٧٥ اَلتَّمْرَةُ اِلَى اَلتَّمْرَةِ تَمْرٌ

75. Quod si unus dactylus uni dactylo additur, plures dactyli fiunt.

Ohaihahus ben-Aldjollah quum vituperatus esset, quod unum dactylum e terra sustulisset, haec verba dixit. تمرة unum dactylum significat, تمر vero plures. In opibus parvam partem negligendam non esse, proverbium docet. Conf. Scharaf-Aldin, Samachschari.

٧٦ اَلتَّمْرُ فِي الْبِيرِ وَعَلَى ظَهْرِ الْجَمَلِ

76. Dactyli in puteo et super dorso cameli.

Tempore ante Mohammedem, quum dactyli maturescere inciperent, quendam super arce quadam Medinensi sic clamasse narrant, ut, si palmas rigassent, hoc ipsis commodo futurum esse, significaret. In Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus nonnisi prior proverbii pars التمر فى البئر »Dactyli in puteo« legitur, qui est alter proverbii legendi modus. Proverbium autem nos hortatur, ut, si ex opere utilitatem

percipere velimus, summam curam atque diligentiam in eo ponamus.

٧٧ تَرَى ٱلْفِتْيَانَ كَالنَّخْلِ وَمَا يُدْرِيكَ مَا ٱلنَّخْلُ

77. Vides adolescentes palmis similes, sed quanam re eorum vitia interna cognosces?

Proverbium ad metrum Hedjes referri potest. conf. libr. m. p. 226. De pulchro viro adhibetur virtutibus non insigni. Ahtsma filia Mathrudi Albadjelijja ingenio et prudentia insignis sororem habebat nomine Chud appellatam, pulchritudine et venustate praeditam. Hanc autem quum septem fratres e gente Asd, pulchri et pulchris vestibus vestiti ambirent, ipsa dubitans cui nuberet, sororem illam consuluit. Soror in eorum virtutibus fiduciam non ponens proverbii dixit verba, ut sororem moneret, ne ulli eorum, quorum virtutes non nosceret, salutem suam traderet. Recte sororem judicasse eventus docuit.

٧٨ ٱلتَّمْرُ بِالسَّوِيقِ

78. Dactyli pro polenta.

Unam rem cum altera compensari significat.

٧٩ تَلَمَّسْ أَعْشَاشَكَ

79. Nidos tuos perscrutare!

Proverbio is, qui in aliorum conditionem inquirens vitia detegere studet, monetur, ut suam ipsius conditionem cognoscere studeat. In enuncianda voce تلمس et nostri codicis et Pocockii rationem habui. In Kamusi opere est tertia praeteriti forma, ut sensus sit »Nidos tuos multum perscrutatur.« i. e. Tuorum statum et conditionem, ut vitia detegat, cognoscere studet.

٨٠ أَتْرُكِ ٱلشَّرَّ يَتْرُكْكَ

80. Relinque malum, te relinquet.

Qui malo se exponit, cum attingit. Verba haec Lokmamanus filio suo dixisse fertur. Scharaf-Aldin, Samachschar.

٨١ تَعِسَتِ ٱلْعَجَلَةُ

81. Pereat festinantia!

Abu-Saido Findo Ajeschae filiae Saahdi ben-Abi-Wakkaz clienti proverbium tribuitur. Ab Ajescha missus, ut ignem afferret, gentem in Aegyptum profiscentem invenit, et cum iis iter ingressus est. Inde post anni spatium rediit et ignem afferens cucurrit. Inter currendum autem quum caespitaret, ut prunae dispergerentur, festinationem vituperans ista verba dixit. Proverbii mentionem fecit poeta in hisce versibus

مَا رَأَيْنَا لِغُرَابٍ مَثَلاً ... إِذْ بَعَثْنَاهُ بِجَمْرٍ بِالْمِشْمَلَةْ

غَيْرَ فِنْدٍ أَرْسَلُوهُ نَابِسًا ... فَثَوَى حَوْلاً وَسَبَّ ٱلْعَجَلَةْ

»Non putamus cum Ghorabo, quem, ut pannum cum ignitabulo adferret, miseramus, virum comparari posse praeter Findum, quem ut ignem adferret, miserant. Substitit autem ille per anni spatium et tum festinationem vituperavit.«

Sunt autem qui in priore versu vocabulum المشملة cum vocali Fatha enunciandum esse censeant, ut latus Septentrionis, quo Noachus corvum misisse dicitur, significet. Metrum versus Raml appellatum est. conf. libr. m. p. 238 sq.

Ante hoc proverbium Pocockius proverbium ترهيا القوم »Vacillavit populus« inseruit, quod C. XXI, 87. legitur.

٨٢ تَهْوِى ٱلدَّوَاهِى حَوْلَهُ وَيَسْلَمُ

82. Decidunt calamitates circum eum et incolumis est.

Virum e periculis magnis liberatum esse significat. Proverbium hoc in versibus Rubahi legitur

قَدْ رَابَنِي ٱلنِّسْيَانُ وَٱلتَّوَهُّمُ فَكُدْتُ مِنْ طُولِ ٱللَّيَالِي أَهْرَمُ

وَمَا أَرْمَازَّ ٱلْأَسْحَمَانُ ٱلْأَسْحَمُ تَهْوِي ٱلدَّوَاهِي حَوْلَهُ وَيَسْلَمُ

»Iam mihi suspicionem iniecerunt oblivio et opinio et parum abfuit, quin propter noctium longitudinem decrepitus fierem et rugas non contraxit vir admodum fuscus, circum quem decidunt calamitates et incolumis est.«

Metrum est Redjes appellatum conf. libr. m. p. 231. Conf. Samachschari.

٨٣ تَغَدَّ بِالْجَدْيِ قَبْلَ أَنْ يَتَعَشَّى بِكَ

83. Prande haedum, priusquam te vespera edet!

Monet, ut cautio in rebus tractandis adhibeatur.

٨٤ تَعَلَّلَ بِيَدَيْهِ تَعَلُّلَ ٱلْبَكْرِ

84. Occupatus fuit manibus suis, quemadmodum occupatus est camelus iuvencus.

Camelus iuvencus fune عقال ligatus, in eo occupatus est, ut funem solvat. Proverbium rebus, quibus non decet esse occupatum, virum occupatum esse docet.

٨٥ ٱلتَّقِيُّ مُلْجَمٌ

85. Timens Deum fraenatus est.

Timor Dei hominem impedit, quominus aut verbis aut factis ab officii legibus recedat. Verba imperatori Ohmaro ben-Ahbd-Alahsis adscribuntur. Meid. Scharaf-Aldinus autem proverbio silentium commendari dixit. Et sic Samachscharius.

Hominem describit, qui alterum semper sequitur, ut desiderio suo potiatur. Accusativus nominis actionis تَعَلُّق ab omisso verbo تَعَلَّقَ »adhaesit« dependet.

٩٥ تَبِعَ ضِلَّة

95. Feminarum sectator, improbus.

Homo, qui feminarum vestigia semper sequitur, nil in se habet boni. Sunt autem, qui ضلّة serpens flavus legant. Litteram ة non tanquam signum unitatis; sed ad augendam vocis vim additam esse putant.

٩٦ اتَّقِ اللَّهَ فِي جَنْبِ أَخِيكَ وَلَا تَقْدَحْ فِي سَاقِهِ

96. Deum time in latere fratris tui et ne eius crus perfora!

Sunt qui dicant في جنب اخيك significare »in re fratris tui«; aliis significat: in propinquo et vicinitate. Dicitur ثبت ساقه »Firmum erat eius crus« i. e. Eius fortuna firma erat. Contrarium eius est: perforatum eius crus erat, quod in honorem transfertur, dicere enim solent: قدح نسبه »Eius genus perforavit« i. e. Eum genere vili ortum esse dixit. Quae res in causa erat, cur Meidanius et nostrum in proverbio de vituperando, calumniando intelligendum esse censeret. Conf. Schult. prov. Meid. p. 72.

٩٧ تَرَكْتُ جُرَادًا كَأَنَّهُ نَعَامَةٌ جَاثِمَةٌ

97. Reliqui locum Djorad appellatum, ac si esset struthiocamela in pectore decumbens.

Densis et altis herbis obtectus erat locus, ut tali struthiocamelae similis esset.

٩٨ تَرَكْنَا ٱلْبِلَادَ تُحَدِّثُ

98. Reliquimus regionem narrantem.

Duplicem proverbio sensum tribui posse, scholion dixit. Aut de pabuli copia et laeto inde muscarum orto bombo, aut de loco omnino deserto, in quo daemonum sermones audirentur, intelligi.

٩٩ أَتْرَبَ فَنَدَحَ

99. Opulens fuit et dilatavit (locum suum).

In eum dicitur, qui opibus abundans commode vivit et multam pecuniam erogat.

١٠٠ تَسْأَلُنِي أُمُّ ٱلْخِيَارِ جَمَلاً يَمْشِي رُوَيْدًا وَيَكُونُ أَوَّلَا

100. Rogat me Ommo'l-Chijara camelum commode incedentem, qui primus omnium esset i. e. simul celeriter incedentem.

In re, quae difficile invenitur, proverbium adhibetur, commode enim incedens iumentum alios celeritate praevertere non solet. Versus est metri Redjes appellati. conf. libr. III. p. 231.

١٠١ تَغَفَّرَتْ أُرْوَى وَسِيمَاهَا ٱلْبَدَنْ

101. Caprae montanae ac si pulli sint, se gerunt et caprae annosae facies habent.

Metrum proverbii Redjes est. conf. l. m. p. 231. Aliter se homo gerit, quam naturae et conditioni convenit.

١٠٢ تَهْيِيفُ بَطْنٍ شَيَّنَ ٱلدَّرِيسُ

102. Venter gracilis, quem vestis lacera dehonestat.

Proverbium ad metrum Sarih referri potest. conf. l.

m. p. 246. In eum adhibetur, cuius virtutes et excellentia misera conditione occultae sunt. Post verbum شين omissum est ء, ut sit pro شَيْئَهُ.

١٠٣ تَجَمَّعِينَ خَلَابَةً وَصُدُودًا

103. Coniungis in te (o femina) fraudem et alienationem.

In homine duo esse vitia coniuncta, proverbium docet. Poetae satyris celeberrimo Djeriro ben-Ahthijjah[1]) adscribitur. Hunc ad mortem destinatum Hedjdjadjus ben-Jusuf[2]) intercedente gente Modhar, ad quam pertinebat, libertate donaverat. Hinda autem filia Asmäi ben-Charidjah vindictae cupida a Hedjdjadjo, ut sibi cum poeta in consessu sermonem habere liceret, petiit, sperabat enim fore, ut poeta Hedjdjadjum laedentes versus proferret. Quod quum permisisset Hedjdjadjus, Djerirum, qui Hedjdjadjum praesentem esse nesciret, Hinda ita allocuta est. O fili Alchathfae, versus, quibus mulierum laus et blanditiae insunt, mihi proferas. Tum ille: Mulierem versu nunquam laudavi et Deus nihil mihi odiosius quam mulieres procreavit. Respondit Hinda: O tibi ipsi infeste! nonne haec verba dixisti?

يَجْرِي ٱلسِّوَاكُ عَلَى أَغَرَّ كَأَنَّهُ بَرَدٌ تَحَدَّرَ مِنْ مُتُونِ غَمَامِ

طَرَقَتْكَ صَايِدَةُ ٱلْقُلُوبِ وَلَيْسَ ذَا حِينَ ٱلزِّيَارَةِ فَٱرْجِعِي بِسَلَامِ

لَوْ كُنْتِ صَادِقَةً ٱلَّذِي حَدَّثْتِنَا لَوَصَلْتِ ذَاكِ فَكَانَ غَيْرَ رُمَامِ

»Dentrificium (sc. instrumentum) super splendentem (dentium seriem) currit, quasi grando sit e medio nubis decidens.

Venit ad te noctu corda venans et non est hoc visitandi

1) Mortuus est anno 110 Hedjr. Eius carmina collecta sunt.

2) De hoc conf. C. XXVII, 61.

tempus; redi igitur in pace! Si verax fuisses in eo, quod nobis narravisti, tu profecto ad hoc pervenisses et non cariosum erat[1]).«

At Djerirus, per Deum! dixit, non haec protuli; sed dico

لَقَدْ جَرَّدَ ٱلْحَجَّاجُ بِٱلْحَقِّ سَيْفَهُ أَلَا فَٱسْتَقِيمُوا لَا يَمِيلَنَّ مَائِلُ

وَلَا يَسْتَوِي دَاعِي ٱلضَّلَالَةِ وَٱلْهُدَى وَلَا حُجَّةُ ٱلْخَصْمَيْنِ حَقٌّ وَبَاطِلُ

»Iam evaginavit Hedjdjadjus pro veritate gladium suum, eheu! state! ne quisquam corpus declinet! Non est aequalis, qui ad errorem et qui ad rectum vocat et non argumentum duorum litigantium, verum et falsum[2]).«

Tum Hinda, omitte haec, nonne hos versus cecinisti?

خَلِيلَيَّ لَا تَسْتَشْعِرَا ٱلنَّوْمَ إِنَّنِي أُعِيدُكُمَا بِٱللَّهِ أَنْ تَجِدَا وَجْدِي

طَمِيتُ إِلَى بَرْدِ ٱلشَّرَابِ وَغَرَّنِي جَدَا مُزْنَةٍ يُرْجَى جَدَاهَا وَلَا تُجْدِي

»O amici mei ambo! ne vos somno tradatis, vos etiam atque etiam rogo, ut amorem meum cognoscatis. Sitivi frigidum potum desiderans, et donum nubis falsa spe me decepit, quippe cuius donum speratur, dum nil dat[3]).

Tum ille, minime; sed haec dico

مَنْ يَأْمَنِ ٱلْحَجَّاجَ إِمَّا عِقَابُهُ فَمَرٌ وَإِمَّا عَقْدُهُ فَوَثِيقُ

لَخَفْتُكَ حَتَّى أَنْزَلَتْنِي مَخَافَتِي وَقَدْ كَانَ مِنْ دُونِي عَمَايَةُ نِيقُ

يُسِرُّ لَكَ ٱلْبَغْضَاءَ كُلُّ مُنَافِقٍ كَمَا كُلُّ ذِي دِينٍ عَلَيْكَ شَفِيقُ

»Qui Hedjdjadjo fidem habet, (scito) eius poenam transire, sed eius fidem datam firmam esse. Te metui, donec timor meus me deiecerat, et erat infra me mons Ahma-

1) Metrum est Camil appellatum. conf. libr. m. p. 212.
2) Metrum versum Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 162.
3) Metrum Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 162.

jah, vertex montis. Omnis hypocrita in pectore odium contra te celat, sicut omnis religionem colens te amat[1]).

Illa denique, omitte haec et affer versus tuos

يَا عَاذِلَيَّ دَعَا الْمَلَامَةَ وَٱقْصِرَا ... طَالَ ٱلْهَوَى وَأَطَلْتُمَا ٱلتَّفْنِيدَا

إِنِّي وَجَدْتُكِ لَوْ أَرَدْتِ زِيَادَةً ... فِي الْحُبِّ مِنِّي مَا وَجَدْتُ مَزِيدَا

أَخَلَبْتِنَا وَصَدَدْتِ أُمَّ مُحَمَّدٍ ... فَتَجَمَّعِينَ خِلَابَةً وَصُدُودَا

لَا يَسْتَطِيعُ أَخُو الصَّبَابَةِ أَنْ يُرَى ... جَمْرًا أَصَمَّ وَأَنْ يَكُونَ حَدِيدَا

»O vituperatores mei ambo, sinite vituperationem et abrumpite, longus est amor et vos me diu delirare dicite. Tanto te amore amplexus sum, ut, si amoris mei augmentum voluisses, ego augmentum non invenissem. Num me decepisti et aliena fuisti, o mater Mohammedis? Coniunctae igitur in te sunt deceptio et alienatio. Non autem potest tenero amore plenus se ostendere tanquam lapidem surdum et ferrum esse.«

Metrum horum versuum Camil appellatum est. conf. libr. m. p. 212. Est igitur proverbium talis versus hemistichium.

١٠٤ تَقَيَّلَ ٱلرَّجُلُ أَبَاهُ

104. Vir patrem suum refert.

Duas res valde similes esse, significat. Ebn-Farisus vocem تقيل ex تقيض ortam esse dixit. conf. Samachschari.

١٠٥ تَرَبَّدَهَا حَدَّاءُ

105. Absorpsit quasi cremor esset, illud iuramentum temerarium.

---

1) Metrum versuum Thawil est. conf. libr. m. p. 162 et 171 sq.

Simile est proverbium حذّها جذّ البعير الصليانة »Celeriter pronuntiavit (iuramentum) illud, quemadmodum camelus herbam صليان appellatam celeriter decerpit.« Suffixum ها ad iuramentum يمين referendum est. Conf. Cap. V, 7.

١٠٦ اَلتَّثَبُّتُ نِصْفُ اَلْعَفْوِ

106. Cunctatio dimidium condonationis est.

Kotaibahus ben-Muslim virum quendam, ut eum puniret, vocavit. Qui quum ista verba, quae postea in proverbium venerunt, dixisset, veniam accepit.

١٠٧ تُقَطِّعُ أَعْنَاقَ الرِّجَالِ الْمَطَامِعُ

107. Cupiditates colla virorum amputant.

Cupiditas et aviditas in proverbio vituperantur. Mohammedes, ut traditione ad nos delatum est, fertur sic dixisse: ان الصفاة الزلاء التى لا تثبت عليها اقدام العلماء الطمع »Petra glabra, in qua firmiter stare non possunt pedes doctorum, cupiditas est.«

١٠٨ تَخَطَّتْ سَنَةٌ مُقِيمًا

108. Praeteriit sterilitas manentem.

De eo adhibetur, qui, quum loco suo maneret, salvus evasit, inde autem si profectus esset, periisset. Vir enim pabuli inopia laborans salvus fuit, quod loco suo permanebat, dum eius gens, quae pabulatum profecta erat, inopia adfligebatur. Loco vocis تخطت etiam تخاطات vel, ut in codice B. est, تخاطت legitur. Hunc proverbii intelligendi modum Pocockius quoque secutus est. In meo autem codice voci سنة et vocalis Dhamma et signum Teschdidi datum est, ut Sonnaton enunciandum videretur. Hic vero enunciandi modus proverbio minime aptus est.

١٠٩ تَرَكْتُ دَارَهُمْ حَوْثًا بَوْثًا

109. Reliqui domum eorum huc illuc dispersam.

Id est: Iumentorum ungulis dispersa et destructa fuit. Dicitur vero de hominibus تركتهم حوثا بوثا vel حوث بوث vel حيث بيث vel حاث باث »Dispersos et dissipatos eos reliqui.«

١١٠ تَوَطَّنُ ٱلْإِبِلُ وَتَعَافُ ٱلْمِعْزَى

110. Se adsuescunt cameli, aversantur caprae.

Cameli propter roborem et patientiam innatam incommodis et molestiis adsuescunt, dum caprae aversantur. Fortes viri cum timidis in proverbio comparantur.

١١١ تَرَكْتُهُ عَلَى مِثْلِ عِضْرِطِ ٱلْعَيْرِ

111. Reliqui eum in statu simili perinaeo asini.

Reliqui eum omnibus rebus destitutum.

١١٢ تَرَدَّدُ فِي ٱسْتِ مَارِيَةَ ٱلْهُمُومُ فَمَا تَدْرِي أَتَظْعَنُ أَمْ تُقِيمُ

112. Curae in podice Mariae ultro citroque commeant, et illa nescit, utrum proficiscatur an maneat.

Versus est metrum Wafir appellatum habens. conf. lib. m. p. 204. Virum in rebus suis haesitantem quum nesciat, quomodo eas perficiat, designat.

١١٣ تَشْتَهِي وَتَشْتَكِي

113. Cupis et quereris.

Ab aliis accipere vis; sed aliis dare recusas querimonias habens.

١١٤ تَرَكْتُهُ صَرِيمَ سَحْرٍ

114. Reliqui eum pulmonem resectum habentem.

De eius salute desperavi.

١١٥ تَرَافَدُوا تَرَافُدَ الْحُمُرِ بِأَبْوَالِهَا

115. Sibi invicem iuverunt, quemadmodum asini in urina sua se invicem adiuvant.

Consensit gens in re tibi ingrata.

١١٦ تَحْسِبُهُ جَادًّا وَهْوَ مَازِحٌ

116. Tu eum serium esse putas; sed iocatur.

In eum dicitur, qui minatur; sed nil perficit.

١١٧ تَرَى مَنْ لَا حَرِيمَ لَهُ يَهُونُ

117. Vides eum, cui sacrum (uxores) non est, vilem esse.

De eo, qui iniuria adflictus adiutorem non habet, adhibetur.

١١٨ تَرَكْتُهُمْ كَمَقَصِّ قَرْنٍ

118. Reliqui eos similes loco, ubi cornu resectum est.

Cornu quum amputatum est, locus iste laevis est et vix vestigium relinquitur. Est igitur verborum sensus: Omnino eos perdidi, ut vix eorum vestigium relinqueretur. Cecinit poeta

فَأَصْبَحَتْ دَارُهُمْ كَمَقَصِّ قَرْنٍ فَلَا عَيْنٌ تُحَسُّ وَلَا أُثَارُ

»Fuit eorum domus similis loco, ubi cornu amputatum est, et nullum eius vestigium apparet.«

Vox آثار metri causa sine Medda scripta est. Metrum Wafir est. conf. libr. m. p. 204. Legitur quoque in proverbio كمقطٍ; sed sensus non variatur.

١١٩ تَمَسَّكْ بِحَرْدِكَ حَتَّى تُدْرِكَ حَقَّكَ

119. Persevera in ira tua, donec, quod tibi debetur, assequaris.

١٢٠ تَحَوَّفِي النَّضِيجَ مِنْ حَوْلِ ٱلنِّيءِ

120. Quod assatam carnem e margine resecui, cruda relicta (o femina).

Narrant virum interrogatum: ما احبن بطنك »Quaenam res ventrem tuum pinguefecit? respondisse: تحوفي النضيج »Quod assatam carnem e margine resecui.« De viro proverbium adhibetur, qui secum cogitat, quomodo rem aggrediatur, quemadmodum ille vir in proverbio carnem crudam in medio reliquit, carnem coctam e latere sumens. Nec non eum designat, qui opes suas bene administrans laeta conditione semper utitur.

١٢١ تَرَكْتُهُ عَلَى مِثْلِ خَدِّ ٱلْفَرَسِ

121. Reliqui eum in statu genae equi simili.

Id est: via manifesta et aequabili. In codice L. vox مثل omissa est, in meo codice تركني »reliquit me« legitur.

١٢٢ تَرَكْتُهُ عَلَى مِثْلِ شِرَاكِ ٱلنَّعْلِ

122. Reliqui eum in statu, qui similis erat corrigiis solcae.

In pessimo statu penuria adflictum eum reliqui.

١٢٣ تَرَكْتُهُ عَلَى مِثْلِ مِشْفَرِ الْأَسَدِ

123. Reliqui eum quasi super leonis labio.

In summo periculo erat interitui imminens.

١٢٤ تَخَطَّى إِلَيَّ شُبَيْثًا وَالْأَحَصّ

124. Transiisti Schobaitsam et Alahazzum ad me veniens.

Verba haec Djassasus Colaibo Wajel dixit, quum hic confossus aquam ab eo peteret. Non esse aquae petendae locum, respondit; Schobaitsa enim aquae nomen est, quae genti Banu-Aladhbath est, in loco Darat Schobaits appellato, et Alahazz nomen loci aquae non multum inde remoti. Virum rem loco alieno petere, proverbium significat. Conf. Hamas. p. ٤٢. sq. et Prov. C. XIII, 112. XVIII, 207.

١٢٥ اتَّخَذَ الْبَاطِلَ دَخَلًا

125. Elegit sibi mendacium tanquam vitium.

Dolosum et perfidum hominem esse significat. Legitur quoque دغلا sensu non mutato. Scharaf-Aldinus autem putat, in proverbio voci دغل arboreti densi significationem tribuendam esse et inde desumtum esse loquendi modum, quod in arboreto denso latro se abscondat in viatores incursurus. Mendacium igitur in proverbio inservit viro tanquam arboreto denso, quo dolum suum abscondit.

١٢٦ أَتْبِعِ السَّيِّئَةَ الْحَسَنَةَ تَمْحُهَا

126. Quod si malum factum gessisti, fac ut laudabile sequatur, quo illud deleatur.

Proverbium ad poenitentiam hortatur. Cecinit Abu-Nowasus

خَيْرٌ هٰذا بِشَرِّ ذَا فَاذَا الرَّبُّ قَدْ عَفَا

»Bonum huius pro malo illius, et dominus iam condonavit.« Metrum Chafif appellatum est. conf. l. m. p. 263.

١٢٧ أَتَّقِ شَرَّ مَنْ أَحْسَنْتَ إِلَيْهِ

127. Cui benefecisti, eius malum time.

Simile est proverbium سمن كلبك ياكلك »Piguefac canem tuum, te vorabit.« conf. XII, 25.

١٢٨ تَنَاسَ مَسَاوِى ٱلْإِخْوَانِ يَدُمْ لَكَ وُدُّهُمْ

128. Malefacta fratrum obliviscere, et tu amorem eorum tibi conservabis.

Proverbium, ut fratrum amorem sibi conservet, hominem hortatur.

١٢٩ تَضَرَّعْ إِلَى ٱلطَّبِيبِ قَبْلَ أَنْ تَمْرَضَ

129. Medico te submitte, priusquam aegrotus es.

Amicos tibi para, priusquam iis tibi opus est. Verba haec Lokmanus filio dixisse dicitur.

١٣٠ تَغَافَلْ كَأَنَّكَ وَاسِطِىٌّ

130. Socordem te geris ac si Wasethi incola sis.

Alhedjdjadjus Wasethi incolas, ut aedificiis exstruendis opem praestarent, coegerat. At illi fugam capientes in templo inter peregrinos dormiebant, et quum disciplinae publicae administer intraret et clamaret, o Wasethi incola, omnes se non audire simulabant, ne caperentur.

١٣١ تَقَلَّدَهَا طَوْقَ ٱلْحَمَامَةِ

131. Illud (vitium) tanquam collare columbae induit.

Suffixum ها ad omissum الخصلة القبيحة »Turpis agendi ratio« referendum est. At proverbii sensus est: Illa turpi agendi ratione tanquam ornamento, quod nunquam deponit, utitur. Samachscharius autem suffixum ها ad vocem نعمة beneficium revocavit, nisi fallor versu Baschari ben-Abi-Hasim commotus

حَبَاكَ بِهَا مَوْلَاكَ مَنْ ظَهْرِ نَعْضَةٍ وَقَلَّدَهَا طَوْقَ الْحَمَامَةِ جَعْفَرُ

»Donavit te illo (beneficio) patronus tuus, quum nil a te accepisset et eo tanquam columbae collari se ornavit Djahfarus.«

Metrum versus Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 162.

١٣٢ تَحَلَّلَتْ عُقَدُهُ

132. Nodi eius soluti sunt.

Ira eius sedata est.

١٣٣ تَصَامَمَ الْحُرُّ إِذَا سُنَّ الْقَذَعُ

133 Ingenuus surdum se esse simulat, quando verba turpia effunduntur.

Metrum proverbii Redjes appellatum est. conf. libr. m. p. 231. Metri quoque ratio in causa est, cur تصامم loco تصام dixerit. Mitem hominem verba turpia se non audire simulantem describit proverbium.

١٣٤ تَغَمَّرَ كان وليس رِيًّا

134. Potus parvi poculi erat, sitim non explens.

In eum dicitur, qui rem, quam incepit, non omnino perficit.

١٣٥ تَذَكَّرَتْ رَيًّا صَبِيًّا فَبَكَتْ

135. Rajja filium (mortuum) recordata est, et ploravit.

Proverbii metrum Redjes appellatum est. conf. libr. m. p. 231. Rajja nomen mulieris annosae erat, quae filium, multo tempore ante ipsi morte ereptum deplorabat. In eum proverbium quadrat, qui ob rem multo ante amissam, quae recuperari non potest, tristitia afficitur.

١٣٦ تَهْوِيدٌ عَلَى رُيُودٍ

136. Somnus super montis prostantibus scopulis.

Rem inceptam periculosam esse, significat.

١٣٧ تَحْتَ جِلْدِ الضَّانِ قَلْبُ الْأَذْوَبِ

137. Sub pelle ovilla lupinum cor est.

De homine dicitur, qui dissimulatione alios decipit.

١٣٨ تَذْرِيعُ حِطَّانَ لَهَا انْذَارُ

138. Tinctura Haththani ei praemonitio est.

Tempore ante Mohammedem croco captivi occidendi brachium tingere solebant. Haththanus viri nomen est, qui, ut videtur, id primum facere solebat. لها aut ad animam aut ad feminam referendum videtur. In codice Pocockiano pro لها erat لنا »nobis.« In codice L. خطان scriptum est. De viro, qui interrogatus comiter benigneque respondet, sed aliter cogitat, dicitur.

١٣٩ تَأْتِى بك الضَّامَّةُ عِرِّيسَ الْأَسَدِ

139. Necessitas leonis lustrum te adire cogit.

Duplex est vocis الضامة et scribendi et derivandi modus. Aut ضامة scribitur a ضم derivanda vox aut ضامة a ضيم derivanda, ut sit pluralis forma a voce ضايم in-

iustus. Tum proverbii sensus est: »Iniusti leonis lustrum te adire cogunt.« Proverbium eum excusat, qui rem incerti eventus suscepit.

١٤٠ تَلْبِيدٌ خَيْرٌ مِنَ ٱلتَّصَبِّي

140. Comam gummi illitam habere melius est, quam leniter tantum lavare caput, ut sordes remaneant.

Proverbium virum, qui rem aggressus est, quam perficere non potest, vituperat.

١٤١ تَرَكْتُ عَوْفًا فِي مَغَانِي ٱلْأَصْرَمِ

141. Reliqui Auhfum in domiciliis lupi.

Reliqui eum in locis non habitatis, ubi auxilium praestari non potest. Voce الاصرمان »lupum et corvum« significant, ut singularis forma unum aut alterum designet. In eum quadrat, qui socium in periculo deseruit.

١٤٢ تَقِيءُ يَوْمًا بَيْنَ شِدْقَيْكَ ٱلدَّخَنَ

142. Evomes aliquando inter oris latera cibum corruptum et stomacho noxium.

Verba haec ei dicuntur, qui turpiter agens poena non adficitur, ut intelligat, tempus venturum esse, quo factorum poenitentiam agat, ut qui e cibo stomacho noxio damnum percipit, ei vomitus faciendi sint.

١٤٣ تَلْبِسُ أُذُنَيْكَ عَلَى مُضَاضٍ

143. Operis aures tuas contra dolorem internum.

Vocabulum مضاض »dolorem internum ex ira suppressa ortum« significat. De eo proverbium adhibetur, qui verba molesta patienter fert ignoranti, qui ipsum verbis lacessit, non respondens.

١٤٤ اَلتَّجَارِبُ لَيْسَتْ لَهَا نِهَايَةٌ وَالْمَرْءُ مِنْهَا فِي زِيَادَةٍ

144. Experientiae extremum non est, viri enim experientia semper augetur.

Ohmarum chalifam dixisse ferunt: adolescentem anno decimo quarto ad pubertatem pervenire, vicesimo primo obtinere longitudinem corporis perfectam, vicesimo septimo intellectum eius perfectum esse. Experientiis autem terminum non esse. Scharaf-Aldin.

Forma comparativi.

١٤٥ أَتْجَرُ مِنْ عَقْرَبَ

145. Mercaturae faciendae magis deditus quam Ahkrabus.

Dicitur quoque امطل من عقرب »Tardior in solvendo aere alieno quam Ahkrabus.« conf. C. XXIV, 400. Proverbia ista a Medinae incolis profecta sunt. Ahkrabus mercatoris in oppido Medina nomen erat eiusque gens in oppido Medina mercaturae negotia exercebat. Narrant Alfadhlum ben-Ahbbas ben-Ahtabah ben-Abi-Lohab, durissimum illo tempore debiti exactorem Medinae, cum Ahkrabo mercaturam fecisse, et quum tempus debiti solvendi adfuisset, ad Ahkrabi portam cum asino suo consedisse et in legendo Corano occupatum fuisse. Nihilominus Ahkrabo non solvente Alfadhlum ad satyram acrem confugisse. Hos autem versus ei adscribunt

قَدْ تَجَرَّتْ فِي سُوقِنَا عَقْرَبٌ ... لَا مَرْحَبًا بِالْعَقْرَبِ التَّاجِرَةْ

كُلُّ عَدُوٍّ يُتَّقَى مُقْبِلًا ... وَعَقْرَبٌ تُخْشَى مِنَ الدَّابِرَةْ

كُلُّ عَدُوٍّ كَيْدُهُ فِي أُسْتِهِ فَغَيْرُ مَحْشِيٍّ وَلَا ضَابِرَةْ

إِنْ عَادَتِ ٱلْعَقْرَبُ عُدْنَا لَهَا وَكَانَتِ ٱلنَّعْلُ لَهَا حَاضِرَةْ

»Iam in foro nostro scorpio mercaturam fecit, ne felix sit adventus scorpioni mercaturam facienti! Omnis inimicus ex adverso veniens timetur, et scorpio a posteriore timetur. Omnis inimicus, cuius dolus in podice eius est, non timendus et non noxius habetur. Si scorpio redit, nos ei redimus, et solea ei parata est.«

In hisce versibus nominis mercatoris Ahkrab (s. scorpio) satyrico modo mentio facta est. Metrum versuum Sarih appellatum est. conf. libr. m. p. 243.

١٤٦ أَتْعَبُ مِنْ رَائِضِ مُهْرٍ

146. Magis fatigatus, quam is, qui equuleos docet. Conf. Cap. XXIII, 310.

١٤٧ أَتْلَى مِنَ ٱلشِّعْرَى

147. Sequacior, quam stella Schihra.

Haec stella cognomen العبور habet et in ortu quum geminorum (Orionis) astrum sequatur, كلب الجبار »Orionis canis« appellatur. Conf. Cel. Ideleri libr. »Untersuch. über d. Ursprung u. die Bedeut. d. Sternnamen. p. 237 sq. 246.

١٤٨ أَتْيَمُ مِنَ ٱلْمُرَقِّشِ

148 Magis perditus amore, quam Almorakkischus.

Morakkischus natu minor Fathimae, filiae regis Almondsiri, amore ita perditus erat, ut ob tristitiam pollicem suum dentibus resecaret. Scharaf-Aldinus in quibusdam, quae adtulit, a Meidanio dissentit. Amicam fuisse filiam Ihdjlani, servam filiae Ahmrui ben-Hind. Maior natu ille

Almorakkisch cognominatus [1]) nomen Ahmru ben-Sahd ben-Malic gerebat. Natu minor illius patruelis erat et idem nomen gerebat aut secundum aliorum sententiam Hermelahus ben-Sahd appellatus erat. Quo magis autem ille puellae amore flagrabat, eo vehementius haec cum fugiebat, ut ob summum moerorem dentibus pollicem suum consumeret et in carmine inter alios hunc versum proferret

أَلَمْ تَرَ أَنَّ ٱلْمَرْءَ يَجْذِمُ كَفَّهُ ... وَيَجْشَمُ مِنْ هَوْلِ ٱلْأُمُورِ ٱلْمَجَاشِمَا

»Nonne vidisti virum qui manum suam amputat et ob rerum terrorem leonem adit.«

In posteriore versus hemistichio variae sunt lectiones. Metrum est Thawil appellatum. conf. libr. m. p. 162.

١٤٩ أَتْبَعُ من فَقِيدٍ ثَقِيف

149. Magis circumerrans, quam Fakid (amissus) Tsakifi.

In oppido Thajif primis Islamismi temporibus duo erant fratres, quorum alter feminam e gente Banu-Connah in matrimonium duxerat. Iter quum hic ingrederetur, fratri remanenti uxoris curam mandavit. Uxor pulchritudine excellens virum tanto amore incendit, ut in dies corporis viribus diminutis ne sedendi quidem facultas remaneret. Frater rediens, fratris morbo magnopere adflictus, quum morbi causam in vehementi amore cognovisset, se uxorem repudio dimittere dixit. Quo solatio viribus paulummodo restitutis quum mens sana rediisset, summo pudore adflictus in desertum abiit et nunquam rediit. Alterum autem ob amissum fratrem moeror non multo post necavit. Ille autem nomine فقيد ثقيف »Amissus Tsakifi« [2]) appellatus in proverbii consuetudinem venit. De eodem quoque prover-

1) Cognomen autem accepit a verbis كما رقش فى ظهر الاديم قلم „Quemadmodum in tergo corii calamus strias duxit.“

2) Tsakif nomen gentis est.

bium est أتيم من فقيد ثقيف »Magis perditus amore quam Fakid-Tsakifi.

١٥٠ أتيه من أحمق ثقيف

150. Superbior stulto e gente Tsakif.

Cognomen احمق ثقيف (stultus gentis Tsakif) Iosephus ben-Ohmar habebat, Iracae utriusque praefectus ab Heschamo ben-Ahbd-Almalic constitutus. Magna eius stultitia erat. Ad probandam eius tum stultitiam tum superbiam plura adferuntur. Inter alia narrant, virum, qui parva statura esset, si sartor redundare partem panni in vestis usum destinati dixisset, eum centum flagelli ictibus punivisse, sin vero plus postulasset, non solum rem postulatam dedisse, verum etiam postulantem honore adfecisse. Superbiae autem exemplum hoc adtulerunt. Quum chirurgi, ipsum scarificaturi manus tremuisset, cubicularium imperasse, ut chirurgo adstanti diceret: ne timeas! Conf. Scharaf-Aldin.

١٥١ أتمك من سنام

151. Altior (pinguior) quam cameli gibbus.

١٥٢ أتيس من تيوس تويت

152. Libidinosior, quam hirci gentis Towait.

Gens Towait ben-Habib ben-Asad ben-Ahbd-Alohssa ad tribum Koraisch pertinebat.

١٥٣ أتيس من تيوس البياع

153. Libidinosior, quam hirci Albajjahi.

Viri nomen esse dicunt Albajjahus ben-Ahbd-Jalil ben Naschib ben-Ghirah ben-Sahd ben-Laits ben-Becr. conf. C. XXI, 136 sq.

١٥٤ أَتْبَعُ مِنْ تَوْلَب

154. Sequacior, quam asini pullus (matrem).

١٥٥ أَتْوَى مِنْ دَيْن

155, Saepius periens, quam debitum.

Sic dicitur, quod maior debitorum pars cessat.

١٥٦ أَتْرَفُ مِنْ رَبِيبِ نَعْمَة

156. Delicatius habitus quam educatus in opum abundantia.

١٥٧ أَتْبَهُ مِنْ قَوْمِ مُوسَى

157. Errabundior, quam populus Mosis.

١٥٨ أَتْوَى مِنْ سَلَف

158. Magis periens, quam solutio pretii ante mercem traditam.

Simile huic est اتوى من دَيْن conf. 155.

١٥٩ أَتَبُّ مِنْ أَبِي لَهَب

159. Maiore detrimento adflictus quam Abu-Lahabus.

Hoc desumtum est ex Corani verbis تبت يدا ابى لهب »Pereant manus Abu-Lahabi« (Coran Sur. CXI. تبت initio).

١٦٠ أَتْخَمُ مِنْ فَصِيل

160. Magis indigestione laborans, quam pullus cameli.

Cameli pullus plus lactis, quam satis est, bibere solet.

١٦١ أَتْعَبُ رَاكِبٍ فَصِيلٍ

161. Magis fatigatus quam is, qui in camelo ablactato vehitur.

Iuvencus camelus, quod condocefactus non est, in ipso vehentem multum fatigat.

Proverbia recentiora.

١٦٢ تَوْبَةُ الْجَانِي اعْتِذَارُهُ

162. Poenitentia improbi excusatio est.

١٦٣ تَزَاوَرُوا وَلَا تَجَاوَرُوا

163. Visitatum vos invicem venite, et ne estote vicini!

١٦٤ تَقَارَبُوا بِالْمَوَدَّةِ وَلَا تَتَّكِلُوا عَلَى الْقَرَابَةِ

164. Propinqui estote inter vos cum amore, et in propinquitate fiduciam ne ponite.

١٦٥ تَعَاشَرُوا كَالْإِخْوَانِ وَتَعَامَلُوا كَالْأَجَانِبِ

165. Tanquam fratres societatem inter vos facite; sed in negotiis mercatoriis tanquam peregrini agite!

١٦٦ تَلَقَّاكَ سَبُعٌ وَلَا تَلَقَّاكَ ذُو عِيَالٍ

166. Occurrat tibi fera, et ne occurrat tibi pater familias!

١٦٧ تَوَكَّلْ تُكْفَ

167. Fiduciam in Deo habe et tibi sufficiet!

Proverbium hoc cl. Fleischerus in libro »Alis hundert Sprüche.« Leip. 1837. p. 67 sic adnotavit توكل على الله يكفك

١٦٨ تَشْوِيشُ الْعِمَامَةِ مِنَ الْمُرُوَّةِ

168. Conturbatio cidaris fortitudinis signum est.

Pocockius vertit »Diminutio tiarae de humilitate est, et Arabem quendam sic proverbium intellexisse dixit. Sed in hoc sine dubio error est. conf. prov. 184.

١٦٩ تَأَمُّلُ الْعَيْبِ عَيْبٌ

169. Contemplatio vitii vitium est.

١٧٠ تُجَازَى الْقُرُوضُ بِأَمْثَالِهَا

170. Merita aequalibus compensantur.

١٧١ تَكَلَّمْ فَقَدْ كَلَّمَ اللَّهُ مُوسَى

171. Loquere, nam Deus cum Mose locutus est.

١٧٢ تُفَرِّقُ بَيْنَ الْمُسْلِمِينَ الدَّرَاهِمُ

172. Mohammedanos nummi separant.

١٧٣ تَجْرِي الرِّيَاحُ بِمَا لَا تَشْتَهِي السُّفُنُ

173. Venti id adducunt, quod naves non cupiunt.

١٧٤ تَجْرُنِي وَأَنَا حَرِيصٌ

174. Trahis me et ego avidus sum.

Pocockius vertit: Petis a me, cum ego avarus sim.

١٧٥ تَفُورُ مِنْ نِصْفِ خُوصَةٍ قِدْرُهُ

175. Olla eius ob dimidium folii palmae exaestuat.

Sensus videtur: Ad iram pronus est.

١٧٦ تَخَلَّصْتُ مِنْهُ بِشَعْرَةٍ

176. Cum uno pilo me ex eo eripui.

Id est. Vix salvus e periculo evasi.

١٧٧ تَحَلَّمُ مَا لَمْ يَحْلُمْ بُهْتَانٌ عَلَى الْمَقَادِيرِ

177. Si quis narrat se somniasse, quod non somniavit, calumnia est contra fata.

١٧٨ تَرَكْتُهُ كُرَةً عَلَى طَبْطَابٍ وَحَبَّةً عَلَى ٱلْمِقْلَى

178. Reliqui eum tanquam pilam super ligno, quo impellitur et granum super sartagine.

Summo periculo expositum et omni auxilio destitutum eum reliqui.

١٧٩ تَأْلُفُ النِّعْمَةِ بِحُسْنِ جِوَارِهَا

179. Commoditas vitae vicinitatis pulchritudine coniungit (homines).

Qui vita commoda utitur, ad eum facile adsuescunt homines, quod eius vicinitas pulchra est. Pocockius sic vertit: »Adiunge rerum affluentiam bonis vicinis« et explicandi gratia addidit sc. bona facta et virtutes divitiis comites adiungas.

١٨٠ تَحِلُّ لَهُ الْمِيتَةُ

180. Moriendi modus ei licitus est.

De paupere dicitur.

١٨١ تَرْكُ ٱلْمُكَافَاةِ مِنَ ٱلتَّطْفِيفِ

181. Quod si pensare omittimus, idem est ac si mensuram non prorsus implemus.

١٨٢ تَحْتَ هٰذَا ٱلْكَبْشِ نَبْشٌ

182. Sub hoc ariete effossio est.
De eo, in quem suspicio cadit, adhibetur.

١٨٣ تَرْكُ ٱدِّعَاءِ ٱلْعِلْمِ يَنْفِي عَنْكَ ٱلْحَسَدَ

183. Si scientiam tibi arrogare intermittis, invidiam a te depellis.

١٨٤ تَاجُ ٱلْمُرُوَّةِ ٱلتَّوَاضُعُ

184. Corona fortitudinis humilitas est.

١٨٥ ٱلتَّمْيِيزُ شُؤْمٌ

185. Distinctio est infelicitas.

١٨٦ ٱلتَّعْبِيرُ نِصْفُ ٱلتِّجَارَةِ

186. Explicatio est dimidium mercaturae.

١٨٧ ٱلتَّسَلُّطُ عَلَى ٱلْمَمَالِيكِ دَنَاءَةٌ

187. Dure agendi modus contra servos vilitas est.

١٨٨ ٱلتَّحَسُّنُ خَيْرٌ مِنَ ٱلْحُسْنِ

188. Se pulchre gerere melius est, quam pulchritudo.

١٨٩ ٱلتَّقْدِيرُ أَحَدُ ٱلْكَاسِبَيْنِ

189. Dei rerum praedestinatio est unus duorum lucrifacientium.

Conf. prov. 195. Id est: Unam rerum partem diligentia et prudentia assequimur, alteram Dei praedestinatione.

١٩٠ اَلتَّوَاضُعُ شَبَكَةُ الشَّرَفِ

190. Humilitas est rete, quo nobilitas capitur.

١٩١ اَلتِّينَةُ تَنْظُرُ الى اَلتِّينَةِ فَتَيْنَعُ

191. Una ficus adspicit alteram et ad maturitatem pervenit.

Nisi fallor, proverbio hic sensus est: Natura omnes res sine opera et studio ad finem suum a Deo destinatum ducit.

١٩٢ اِتَّقِ مَجَانِيقَ الضُّعَفَاءِ

192. Cave debilium machinas.

Id est. Dei contra te invocationes.

١٩٣ اِتَّبِعِ الْكَلْبَ وَلَا تَتَّبِعِ الضَّبَاحَ

193. Sequere canis latratum et ne sequere vulpis latratum!

Canis latratus in deserto hominem ad habitacula ducit, vulpis vero in errorem coniicit; prudentia igitur in rebus nostris adhibenda est, ut videamus, quem ducem sequamur.

١٩٤ اِتَّكَلْنَا مِنْهُ عَلَى خُصٍّ

194. Fiduciam posuimus in eius pariete arundineo.

Spes, quam de eo habebamus, nos fefellit.

١٩٥ اَلتَّدْبِيرُ نِصْفُ الْمَعِيشَةِ

195. Prudentia in rebus disponendis dimidium victus est.

Caput IV.

Littera Tsa.

ثَكِلَ أُرَّامُهَا وَلَدًا ١

1. Orbitas effecit, ut in filium propensa esset.

Verba haec Baihasus cognominatus Naahmah (struthiocamelus[1]), de matre dixit, quum occisis eius sex fratribus, solus superstes ad eam rediisset; a matre enim, ipse antea tanquam stultus neglectus, post fratrum caedem multo in amore habebatur. Baihaso, sic Almofadhdhelus retulit, e gente Banu-Fesarah ben-Dsobjan ben-Baghid oriundo sex fratres erant. Homines e gente Aschdjah, inter quos et Baihasi familiam bellum erat, incursionem facientes in illos camelis occupatos sex illos occiderant. Baihasum eorum natu minimum, qui stultus haberetur, vivum reliquerunt et secum eius precibus commoti ad gentem abduxerunt. Postridie mane quum camelum mactassent et carnem, dies enim fervidus erat, ne solis ardore corrumperetur, obumbrare vellent, Baihasus dixit: لكن بالاثلات لحم لا يظلل »Sed tamaricibus caro non obumbratur« conf. C. XXIII, 248. His verbis auditis eum animi sensum occultare putantes, eius occidendi consilium ceperunt. Postea consilium mutarunt. Per diem illum quum carne assata vescerentur

1) Cognomen sine dubio a stupiditate accepit.

et unus eorum laetitia exultans ما اطيب يومنا واخصبه »Quam pulcher et proventu abundans est dies noster!« dixisset, Baihasus dixit: لكن على بلدح قوم عاجفى »Sed in loco Baldah est gens emaciata« conf. C. XXIII, 247. Tum Baihasus ad matrem rediens rei nuntium adtulit. At illa »Quomodo factum est, ut tu fratribus occisis ad me redieris, quum illi mihi cariores essent?« dixit. Baihasus, لو خيرت لاخترت »Si eligendi venia mihi concessa fuisset, elegissem« conf. C. XXIII, 2. respondit. Mater autem post illud tempus Baihasum amore amplectebatur, ut homines admiratione ducti dicerent: »Mater Baihaisi Baihasum amat;« at Baihasus ista verba audiens dixit: ثكل ارامها ولدا »Orbitas effecit, ut in filium propensa esset.« Post haec quum mater Baihaso occisorum vestes induisset, dixit: يا حبذا التراث لو لا الذلة »O quam pulchra haereditas, nisi dedecus esset!« Postea quum ad feminas suae gentis transiret, quae puellam ornarent eam ad sponsi, unius eorum, qui Baihasi fratres occiderant, domum deducturae, vestis parte a podice detracta caput suum texit. Mulieribus autem, quae eum acclamarent et vituperarent, dixit: إلبس لكل حالة لبوسها اما نعيمها واما بوسها »Induc omni conditioni convenientem vestem sive læta sit sive infelix[1]).« conf. Hamas. p. ٣٣٢. Tum mulieres e gente Cenanah aliasque cibum sibi parare iussit et edens dixit: يا حبذا كثرة الايدى فى غير طعام »Quam pulchra est multitudo manuum in alia re, quam cibo.« At mater, illum nunquam fratrum caedem vindicaturum esse, quum diceret, mulieres illae responderunt: لا تامنى الاحمق وفى يده السكين »Ne securam te habeas a stulto, in cuius manu culter est!«, quae verba in proverbii consuetudinem cesserunt. Baihasus autem, quum nuntium, homines gentis Aschdjah in spelunca vino bibendo occupatos esse accepisset, avunculo suo Abu-Henesch appellato dixit: هل لكن

1) Versus est metri Redjes appellati. conf. libr. m. p. 231.

»Num intrare vis in speluncam, in qua dorcades sunt? Fortasse praeda potiemur.“ Alii referunt: „Num praeda bona et facili potiri vis?“ quae verba postea in proverbium venerunt. Tum Abu-Heneschum ad speluncam, ubi illi congregati erant, adduxit eumque in eam protrudens dixit: „Percute, o Abu-Henesche!“ Quidam eorum Abu-Heneschum conspiciens dixit: „Abu-Heneschus vir strenuus est;“ at ille respondit: „Vi coactus est frater tuus, strenuus non est«, quae verba in proverbium venerunt. Conf. XXIV, 341. Kamusi auctor dixit, Baihasum in proverbium venisse, et designare virum, qui mortem ultus sit.

٢ اَلثَّيِّبُ عُجَالَةُ الرَّاكِبِ

2. Femina virginitate privata cibus est, quem secum ducit equo vehens.

Vocabulo „cibus, quem tanquam commeatum equo vehens secum portat et in quo sumendo nulla ei molestia est ex. gr. dactyli, farina significatur.“ Proverbium ex Ohmari chalifae verbis desumtum est: „Virgo similis est tritico, quod molis, subigis et coquis, ut panis fiat et femina, cui virginitas erepta est, similis habetur cibo, quem eques secum portat, et quo sine molestia utitur.« conf. Har. p. ۴۹۴. Abu-Ohbaidus dixit, proverbium incitare hominem, ut paucis rebus ipsi necessariis contentus sit, si magnae res comparari nequeant.

٣ نَأْطَةٌ مُدَّتْ بِمَاءٍ

3. Coenum aquâ extensum fuit.

Virum cuius stultitia augetur, proverbium designat. Conf. Samachschar.

٤ ثَارَ حَابِلُهُمْ عَلَى نَابِلِهِمْ

4. Concitatus est is, qui retia tendit contra eum, qui sagittas habet.

Loco vocis ثار legitur ثاب „congregatus est.“ Id est: Res eorum perturbatae sunt. Significat proverbium, concordiam et amicitiam hominum turbatam esse, ut turbae inter ipsos oriantur. Conf. Golii Adag. p. 113.

٥ اَلثَّوْرُ يَحْمِى أَنْفَهُ بِرَوْقِهِ

5. Taurus nasum suum cornu defendit.

Proverbium ad defendenda iura familiamque suam hominem impellit. Conf. Abulf. Ann. T. I, p. 308. Metrum Redjes est. conf. l. m. p. 230.

٦ تَنَى عَلَى اَلْأَمْرِ رِجْلًا

6. Inflexit super re pedem.

Se rem possidere et diligenter custodivisse confisus est.

٧ اَلثَّكْلَى تُحِبُّ اَلثَّكْلَى

7. Orbata amat orbatam.

Una alteram ploratu et tristitia mutua consolatur.

٨ ثَلَّ عَرْشُهُ

8. Solium eius fractum fuit.

Potentia eius evanuit, et status eius depravatus fuit. Duplex hoc loco vocabulo عرش tribui potest significatio, aut solii thronive regii aut domus lignis dispositis exstructae et tecto instructae. Sohairus proverbium versui inseruit

تَدَارَكْتُمَا عَبْسًا وَقَدْ ثَلَّ عَرْشُهَا وَذُبْيَانَ إِذْ زَلَّتْ بِأَقْدَامِهَا ٱلنَّعْلُ

»Vos ambo gentem Ahbs appellatam reparastis, quum eius

domus destructa esset, et gentem Dsobjan, quum calcei cum pedibus lapsarent.“

Metrum versus Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 162. Simili modo, quo in proverbio, dicitur: قتل الله عرشهم „Destruxit Deus thronum vel domum eorum.“

٩ تَرَى بَنُو جَعْدٍ وَكَانُوا أَزْلَقَى

9. Gens Banu-Djahd numerosa evasit et pauci fuerant.

In eo adhibetur, qui potens factus est, postquam vilis fuerat. Banu-Djahd ignotae familiae nomen esse videtur, a qua proverbium desumtum est. Metrum est Redjes conf. p. 230.

١٠ تَأْدَاءُ وَجْهٍ شَافَهُ ٱلتَّرْغِيشُ

10. Faciem servae opum multitudo polivit.

Vocabulo تأداء وجه sunt pro وَجْهُ تَأْدَاءُ. In eum adhibetur, cuius turpem originem divitiarum multitudo decoravit. Metrum est Redjes conf. p. 230.

١١ تَنَبَّتَ تَحْوِي بِٱلْعَرَاءِ ٱلْأَوَابِدَ

11. Versus me in deserto feras convertisti.

De eo dicitur, qui rem, cui impar est, pollicetur.

١٢ تَوْرُ كِلَابٍ فِي ٱلرِّهَانِ أَتْعَدُ

12. Taurus Cilabi in cursus certamine tardus est.

Cilabum ben-Rabiah ben-Zahzaah Kaisitam, qui stupiditate notus esset, vitulum bovinum sibi parasse narrant, ut eius cursu in certamine vinceret, quapropter proverbium hoc adhibent de eo, qui rem petit, quae non existit.

١٣ تَمَرَةُ ٱلصَّبِرِ نُجَحُ ٱلظَّفَرِ

13. Fructus patientiae est felix successus victoriae.

Ut patientia in re ingrata adhibeatur, proverbium monet.

١٣ ثُولُ جَسَدِهِ لا يُنزَع

14. Verruca corporis eius non evellitur.

In eum, qui corrigi non potest, dicitur.

١٥ ثَارَ ثَائِرُهُ

15. Concitatus fuit eius concitatus.

In hominem dicitur, qui ira inflammatur.

١٦ ثَمَرَةُ الْعُجْبِ الْمَقْتُ

16. Fructus amoris, quo vir se ipsum amplectitur, odium est.

١٧ ثَمَرَةُ الْجُبْنِ لَا رِبْحٌ وَلَا خُسْرٌ

17. Fructus timiditatis neque lucrum est neque iactura.

Vulgus simili modo dicit: التاجر الجبان لا يربح ولا يخسر „Mercator timidus neque lucrum facit neque iacturam“

١٨ ثَبْتُ الْغَدَرِ

18. Firmiter incedens in terra salebrosa.

Dicitur رجل ثبت „Vir, qui neque in pugna neque in sermone labitur.“ Vocabulum autem terram salebrosam, in qua vix iumentum incedere potest, designat. Tum in hominem transfertur, qui in omnibus rebus, quas suscipit, firmiter agit.

١٩ ثَاقِبُ الزَّنْدِ

19. Ardens igniarium habens.

Talis est, cuius igniarium, quum percutitur, statim ignem emittit. Hominem sagacem et bene res perficientem proverbium significat.

١٩. تَكِلَتْكَ الجَثْلُ

20. Mater te orbata sit!

Vocabulum جثل proprie significat „comam densam,“ ut sit pro ذات الجثل „coma densa praedita,“ quae significatio in matrem translata est. Tsahlebo جثلة الرجل uxor est. Kamusi auctor vocabulo جثل cum duabus vocalibus Fata enunciando uxoris aut matris significationem in proverbio tribuit. Proverbium dira imprecatio est.

٢٠. تَكِلَتْكَ أُمُّكَ أَيَّ حَرْدٍ تَرْقَعُ

21. Mater te orbata sit! Quam vestem attritam reparas?

In eum dicitur, qui rem inutilem petit.

٢١. ثَبَتَ لِبْدُهُ

22. Equi stratum ei firmum sit!

Dira imprecatio in virum est. Et dicitur اثبت الله لبده „Firmum reddat ei Deus equi stratum!“ Vocabulo لبد „equi strati“ significatio tribui potest, ut sensus sit: Ne Deus permittat, ut equo stratum imponat i. e. iter faciat aut in hostium regionem incurrat, quo commodum ei paretur.

٢٢. ثَوْبَكَ لَا تَقْعُدُ تَطِيرُ بِهِ الرِّيحُ

23. Vestem (custodi)! ventus eam non auferet.

Accusativus ثوبك cum omisso verbo احفظ custodi cohaeret; voci تقعد autem eadem significatio, quam تصير tribuenda est, ut cum sequente verbo تطير coniungatur.

Forma comparativi.

٢٤ أَثْقَلُ مِنْ تَهْلَانَ

24. Gravior, quam mons Tsahlan.

Mons hic in regione Alahlijjah et quidem in ditione gentis Nomair situs erat. Habebat quoque cognomen تهلان للجوع „Tsahlan famis“, quod aridus erat. conf. Scharaf-Aldin. Dicitur quoque اثقل من شمام „Gravior, quam Schamami.“ Schamami nomen montis erat duobus verticibus praediti, qui ابنا شمام „filii duo Schamami“ appellabantur.

٢٥ أَثْقَلُ مِنْ نَضَادٍ

25. Gravior, quam mons Nadhadi.

Nadhadi nomen montis in regione Alahlijjah est. Incolae regionis Hidjas Nadhadi enunciant; at tribus Tamim Nadhado.

٢٦ أَثْقَلُ مِنْ عَمَايَةَ

26. Gravior, quam mons Ahmajah.

Mons hic in regione Bahrain in ditione gentis Hudseil situs est. Poeta quidam dualis formam ei tribuit.

٢٧ أَثْقَلُ مِنْ أُحُدٍ

27. Gravior, quam mons Ohod.

Mons apud Jetsrebum (Medinam) situs pugna inter Mohammedanos et Meccenses primo tempore Islamismi notus est.

٢٨ أَثْقَلُ مِنْ دَمْخِ ٱلدِّمَاخِ

28. Gravior, quam mons Damch Aldimach.

Damch nomen montis magni est in regione Dharijjah (في حمى ضرية) siti. Plurali دماخ montes in regione Nedjd appellantur. Est igitur maximus eorum, qui الدماخ nomen habent. In ditione gentis Nofail ben-Ahmru ben-Cilab erat.

٢٩ أَثْقَلُ مِنْ حِمْلِ ٱلدُّهَيْمِ

29. Gravior, quam onus camelae Aldohaim.

Caemla isto nomine appellata Ahmruo ben-Sabban erat. Fratrum occisorum capita ad patrem Alsabbanum adducebat. conf. C. XIII, 116 et ibi proverbium اخر البز على القلوص.

٣٠ أَثْقَلُ مِنَ ٱلزَّوَافِي

30. Molestior, quam vociferantes.

Mohammedes ben-Kodamah narravit, grammatico Ferra appellato vocabuli الزوافي significationem ignotam fuisse, et Arabem dixisse, vocabulo vociferantes gallos significari, qui noctu confabulantibus Auroram annunciantes molesti sint.

٣١ أَثْقَلُ مِنَ ٱلزَّاوُوقِ

31. Gravior, quam argentum vivum.

Medinae incolis proprium proverbium est, qui زاووق pro زيبق „argentum vivum“ dicunt.

٣٢ أَثْقَلُ مِنْ ٱلكَانُون

32. Molestior, quam ii, qui secreto loquentibus superveniunt.

Quid vocabulum الكانون proprie significet, Arabes dubitant. De eo usurpari dicunt, qui secreto loquentibus superveniat, ut a verbo كن texit derivatum sit. Ad vocabuli significationem probandam Alhothaiahi (الحطيئة) poetae inter Arabes haud incelebris versus adnotarunt, quos, quum sint poetae istius vilis cogitandi et sentiendi rationis testimonium, (sunt enim in matrem dicti), exscripsi:

جَزَاكِ ٱللَّهُ شَرًّا مِنْ عَجُوزٍ ... وَلَقَّاكِ ٱلْعُقُوقَ مِنَ ٱلْبَنِينَ

تَنَحَّى فَٱقْعُدِى عَنِّى بَعِيدًا ... أَرَاحَ ٱللَّهُ مِنْكِ ٱلْعَالَمِينَ

أَغَرْبَالاً إِذَا ٱسْتُودِعْتِ سِرًّا ... وَكَانُونًا عَلَى ٱلْمُتَحَدِّثِينَ

أَلَمْ أُظْهِرْ لَكِ الشَّحْنَاءَ مِنِّى ... وَلٰكِنْ لا إِخَالُكِ تَعْقِلِينَ

حَيَاتُكِ مَا عَلِمْتُ حَيَاةُ سُوءٍ ... وَمَوْتُكِ قَدْ يَسُرُّ ٱلصَّالِحِينَ

»Deus tibi malum penset, o vetula! et filiorum adversum animum et inobedientiam tibi excitet! Recede a me, et procul a me sede, te mortua hominibus Deus quietem concedat! O cribrum, quum secretum tibi tradiderunt, et superveniens inter se clanculum loquentibus! Nonne tibi odium erga te meum patefeci, sed te non puto esse prudentem. Vita tua est, quod scio, vita prava, et mors tua probos laetitia afficiet.«

Versuum metrum Wafir appellatum est. conf. libr. m. p. 204. Sed Thabarita vocabulum duplici modo explicari posse dicit. Esse Graecis nomen mensis hiberni, quo hiemis significetur. Hiemis autem tempore expensa esse plura hominibus, quam aestatis tempore, quapropter hominibus molesta sit. Aut denique foculi nomen esse, qui loco positus non removeatur.

٣٣ أَنْقَلُ مِنْ رَحَى الْبَرْ

33. Gravior, quam mola seminis.

Dixit poeta:

وَأَطْيَشُ إِنْ جَالَسْتَهُ مِنْ فَرَاشَةٍ وَأَثْقَلُ إِنْ عَاشَرْتَهُ مِنْ رَحَى ٱلْبِزْرِ

»Levior, si apud eum sedes, quam papilio, et gravior (molestior), si cum eo societatem iniisti, quam mola seminis.

Metrum versus Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 162.

٣٤ أَثْقَلُ مِنَ ٱلرَّصَاصِ وَمِنَ ٱلْحُمَّى وَمِنَ ٱلْمُنْتَظَرِ وَمِنَ ٱلنُّضَارِ وَمِنْ طَوْدٍ

34. Gravior pondere, quam plumbum et molestior quam febris, et quam exspectans et gravior pondere quam aurum et quam mons.

Quinque sunt proverbia.

٣٥ أَثْبَتُ مِنْ قُرَادٍ

35. Firmius adhaerens, quam ricinus.

Ita firmiter adhaerere solet cameli corpori ricinus, ut vix avelli possit.

٣٦ أَثْبَتُ مِنَ ٱلْوَشْمِ

36. Firmius inhaerens, quam pictura (in manu).

Signa acu in manu facta et cuti glasto imbuta deleri non possunt.

٣٧ أَثْبَتُ فِي ٱلدَّارِ مِنَ ٱلْجِدَارِ

37. Firmior in domo quam paries.

Proverbium hoc ex versibus poetae desumtum est

كَأَنَّهُ فِي ٱلدَّارِ رَبُّ ٱلدَّارِ

أَثْبَتُ فِي ٱلدَّارِ مِنَ ٱلْجِدَارِ

أَطْفَلُ مِنْ لَيْلٍ عَلَى نَهَارِ

»Quasi in domo dominus domus esset; firmior in domo, quam paries, importunius intrans, quam nox in diem (quia nox sine venia in diei tempus intrat).

Metrum versuum Sarih appellatum est. conf. libr. m. p. 246.

٣٨ أَنْقَفُ مِنْ سِنَّوْرٍ

38. Celerius rapiens, quam felis.

٣٩ أَنْأَرُ مِنْ قَصِيرٍ

39. Vindictae cupidior, quam Kazirus.

Kazirus ben-Sahd Allachmi, Djadsimahi Alabrasch socius erat. Primus, aliis unus fuisse dicitur, qui ab aliis non adiutus se vindicaret. Conf. VII, 9. XXIII, 420.

٤٠ أَنْقَلُ رَأْسًا مِنَ ٱلْفَهْدِ

40. Graviore capite praeditus, quam lupus cervarius.

Videtur ad somnum respicere, quia انوم من فهد »Magis dormiens, quam lupus cervarius« dicitur.

٤١ أَثْبَتُ مِنْ أَصَمَّ رَأْسٍ

41. Firmior, quam durus capite.

Verbis اصم راس »Durus capite« montem designat.

٤٢ أَنْقَلُ مِنْ رَقِيبٍ بَيْنَ مُحِبَّيْنِ

42. Molestior, quam custos inter amantes.

٤٣ أَثْقَلُ مِنْ أَرْبَعَا لاَ تَدُور

43. Molestior, quam feria quarta, quae non redit.

Dies hic fine mensis non redit.

٤٤ أَثْقَلُ مِمَّنْ شَغَلَ مَشْغُولا

44. Molestior quam is, qui occupatum distinet.

٤٥ أَثْقَلُ مِنْ قَدَحِ اللَّبْلاَبِ عَلَى قَلْبِ الْمَرِيضِ

45. Molestior, quam poculum plantae Lablabi aegroti animo.

Conf. C. II, 164. لبلاب medicina ingrati saporis esse videtur. Convolvulus s. helxine hoc nomen habet. Cecinit Baschscharius

يا بَغِيضًا زَادَ فِى الْبُغْضِ عَلَى كُلِّ بَغِيضِ

يا شَبِيهًا قَدَحِ اللَّبْلاَبِ فِى عَيْنِ الْمَرِيضِ

»O exosum! qui odiosior est, quam omnis odio dignus. O similem poculo medicinae Lablab in oculo aegroti!

Versuum metrum Raml appellatum est. conf. libr. m. p. 239.

Caput V.

Littera Djim.

١ جَرْيُ الْمُذَكِّيَاتِ غِلَابٌ

1. Cursus equorum robustorum victoriae certamen est.

Voce مذكّ equus sexennis aut septennis significatur, qua aetate molestiis ferendis aptissimus est. Proverbium significat aut talem equum alterum cursu vincere aut in tali equo posteriores cursus partes prioribus vehementiores esse, ut quasi secum certare videantur. Proverbium quoque sic effertur جرى المذكيات غلاء »Cursus equorum robustorum sagittae iactus vehementes sunt.« De viro, qui alios virtute vincit, proverbium adhibetur.

٢ جَرَى الْمُذَكِّي حَسَرَتْ عَنْهُ الْحُمُرُ

2. Currit equi robusti modo; asini eum sequi non possunt.

Vocabulum حسر, cui significatio lassus fuit est, cum praepositione عن coniunctum est, quia significatione verbo عجز debilis fuit seu rei impar fuit aequatur. Accusativus جرى ab omisso verbo يجرى currit dependet. Virum aequales virtute sua superare proverbium indicat. Proverbio metrum Redjes est. conf. libr. m. p. 232.

٣ جَرَى الْوَادِي فَطَمَّ عَلَى الْقَرِيِّ

3. Fluxit vallis fluvius et rivulos horti operuit.

Vocabulo قرى locus vel canalis significatur, per quem aquam in hortum ducitur. Praepositio على sensui tribuitur, ut sit pro اتى على القرى فاهلكه »Supervenit canali eumque perdidit.« Sic dixit Meidanius. Mihi praepositio potius adhibita videtur propter tegendi significationem, quae voci طم inest. Malum ad extremum pervenisse et fines transgressum esse, proverbium significat. At Samachscharius dixit, proverbium significare, virum adversarium suum vicisse.

٤ جُرُّوا لَهُ الْخَطِيرَ مَا أَجَرَّ لَكُمْ

4. Trahite ei funem, quamdiu trahi se vobis patitur.

Vocabulo خطير »funis, qui annulo per cameli nasum traiecto alligatus est, et cuius ope ducitur« significatio est. Efficite, ut vos sequatur, quamdiu vobis rei potestas est. Ut salutem quaeramus et hominibus blandiamur, proverbium hortatur. Auctorem esse Ahmmarum ben-Jasir, Abu-Ohbaidus retulit. At vero Samachscharius adnotavit, Ahlium haec verba in Ahmmarum dixisse. Adhiberi in cautione et in rebus, quae saluti nobis sint.

٥ جَلَّتِ الْهَاجِنُ عَنِ الْوَلَدِ

5. Nimis parva est puella immatura, quam ut filium habeat.

Voci جل, cui contrariae significationes sunt, hoc in proverbio parvus fuit significatio tribuitur. Significat, hominem ante tempus conveniens re occupatum esse. Samachscharius alium proverbii legendi modum adnotavit جلت الهاجن عن الرفد »Nimis parva est camela ante tempus concipiens, quam ut vas magnum lacte impleat.« Causam hanc fuisse narrant. Camela iuvenca, quae ante tempus conceperat, primum multum lactis emisit; sed an-

nosa facta parum. Pastor, quid esset, interrogatus proverbii verbis respondit. Legitur quoque sic proverbium جل الرفد من الهاجن »Vas nimis magnum est pro camela iuvenca, quae ante tempus concepit.« conf. prov. 39. Adhibetur autem de re, quam quis longe remotam putat.

٦ جَدَحَ جُوَيْنٌ مِنْ سَوِيقِ غَيْرِهِ

6. Miscuit Djuwainus alius ptisanam sumens.

Virum in aliorum opibus erogandis liberalem esse, significat. Sed Samachscharius, proverbium de viro avido, multum petente adhiberi, dixit.

٧ جَدَّهَا جَدَّ الْعَيْرِ الصِّلِّيَانَةَ

7. Abrupit id (iuramentum), quemadmodum asinus herbam Zilijjan abrumpit.

Suffixum ها ad vocem يمنين iuramentum referendum est. Herbam istam asinus saepius cum radice evellit. De eo igitur adhibetur, qui sine cunctatione celeriter iuramentum praestat. conf. Cap. III, 102.

٨ جَزَآءَ سِنِمَّارٍ

8. Sinimmari remuneratione (me remuneratus est).

Accusativus cum omisso verbo جزانى »me remuneratus est« cohaeret. Sinimmarus architecti Graeci nomen erat, qui iussu Alnohmani arcem Chawarnakum exstruxisse dicitur. Opere perfecto, ne alii similem arcem conderet, Alnohmanus de summa arce eum deiecit. Beneficia malis remuneratum esse quendam, proverbium significat. Alii autem virum hunc arcem Ohaihaho ben-Aldjolah exstruxisse narrant. Hic quum ab Ohaihaho interrogatus esset, num arcem firmissimam fecisset, dixit, se lapidem in ea nosse, qua detracta tota arx corrutura esset. Quem lapidem quum Ohaihaho indicasset, ab eo a summa arce deiectus

mortem obiit. Ad proverbium 127 dictum legimus, dialecto Hudseilitarum furem سنمار appellari, propriam autem vocis سنمار esse significationem »noctu non dormiens.« Proverbii poeta hoc in versu mentionem fecit:

جَزَتْنَا بَنُو سَعْدٍ بِحُسْنِ فِعَالِنَا جَزَاءَ سِنِمَّارٍ وَمَا كَانَ ذَا ذَنْبِ

»Remunerata est nobis gens Saahd pulchra nostra facta modo, quo Sinimmaro remuneratio erat, et criminis obnoxius non erat.«

Metrum versus Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 162. Samachscharius autem Scharabui Calbitae versus adnotavit, quibus tota res descripta est:

جَزَانِي جَزَاهُ ٱللَّهُ شَرَّ جَزَائِهِ جَزَاءَ سِنِمَّارٍ وما كَانَ ذَا ذَنْبِ

سَوَى وَضْعِهِ ٱلْبُنْيَانَ سَبْعِينَ حِجَّةً يَعِلُّ عَلَيْهِ بِالْقَرَامِيدِ وَٱلسَّكْبِ

فَلَمَّا رَأَى ٱلْبُنْيَانَ تَمَّ سُحُوقُهُ وَآضَ كَمِثْلِ الطَّوْدِ ذِي ٱلْبَاذِخِ الصَّعْبِ

وَظَنَّ سِنِمَّارٌ بِهِ كُلَّ خِيرَةٍ وَفَازَ لَدَيْهِ بِٱلْمَوَدَّةِ وَٱلْقُرْبِ

فَقَالَ ٱقْذِفُوا بِٱلْعِلْجِ مِنْ رَأْسِ شَاهِقٍ فَذَاكَ لَعَمْرُ ٱللَّهِ مِنْ أَعْظَمِ الذَّنْبِ

»Remuneratus est me, Deus ob pessimam remunerationem eum puniat, remuneratione Sinimmari, qui non peccaverat. Per septuaginta annorum spatium aedificium exstruxerat, iterum iterumque super eo tegula et plumbum coniungens et quum aedificium altitudine perfecta vidisset et factum esset simile monti alto, difficili et Sinimmarus putasset, se omne bonum per id assecutum et illius amore et propinquitate potitum esse; tum ille dixit: proiicite barbare loquentem a fastigio alti (aedificii) et hoc per Deum! maximum crimen erat.«

Metrum est Thawil appellatum. conf. l. m. p. 162.

٩ جَرَحَهُ حَيْثُ لَا يَضَعُ ٱلرَّاقِي أُنْفَهُ

9. Vulveravit eum, ubi incantator nasum suum non ponit.

Verba haec Djendelam filiam Alharetsi, quae Hentselabe ben-Malic nupta esset, dixisse narrant. Haec etiam tam virgo, maritus enim senex erat, quum quadam nocte foras exiisset, a viro subito in eam irruente virginitate privabatur. Quam ob rem clamorem tollens viro, quid esset, interroganti, respondit, se punctam esse, et iterum interroganti, ubi? انفه حيث لا يضع الراقى »Ubi incantator nasum suum non ponit,« dixit. Proverbium, virum in rem incidisse, e qua effugium ipsi non sit, indicat. Aliis autem, ut Samachscharius retulit, proverbium significat, quendam re afflictam esse, quam patefacere non possit.

١٠ جَلَى مُحِبٌّ نَظَرَهُ

10. Ornavit amans adspectum suum.

Pulchro modo eos, quos amat, vir adspexit. Desumtam ornandi significationem volunt a loquendi modo جلوت العروس »Ornatam sublato velo sponsam ostendi.« Sunt autem, qui جلى (Djalla) enuncient, ut sensus hic sit »manifestavit amorem eius modus, quo ille te adspexit vel quo tu illum adspexisti« ut verba inversa sint pro جلى محبا نظره »Detexit amantem adspectus eius« Meidanius dixit, proverbium de amore et odio gentis adhiberi. Samachschario de viri adspectu, quo eius amor manifestaretur, adhibetur. Conf. C. XIII, 22.

١١ جَلَبَتْ جَلْبَةً ثُمَّ أَقْلَعَتْ

11. Clamorem sustulit, tum abrupit.

Legitur quoque احلبت حلبة »Tenuem pluviam emisit (nubes).« Quae verbi احلب significatio a nomine حلبة »pluvia tenuis« deducenda est. Proverbium timidum, qui minatur, et post minas tacet, designat.

١٢ جِذْلُ حِكَاكٍ

12. Arboris truncus, ad quem cameli se fricant.

Arboris truncus in locis, ubi cameli ad aquam decumbunt, in terram defigitur, ut scabiosi ad eum se fricent. Quapropter in virum proverbium translatum est, cuius prudentia et consilium aliis medelae est. conf. C. I, 125.

١٣ جَعْجَعَةٌ وَلَا أَرَى طَحْنًا

13. Strepitum molae (audio); sed farinam non video.

In initio proverbii اسمع audio supplendum est. Kamusi auctor sic adnotavit proverbium اسمع جعجعة ولا ارى طحنا »Audio molae strepitum et non video farinam.« Adhiberi de avaro, qui promissis non satisfaciat et de timido, qui minetur; sed nil suscipiat. Cum hoc et Scharaf-Aldinus et Samachscharius tum in legendo tum in intelligendo proverbio consentiunt. Et sic Bertheau ex Abu-Ohbaido p. 17 text. Arab. proverbium adnotavit.

١٤ جَرَى مِنْهُ مَجْرَى اللَّدُودِ

14. Modus eius est modus medicamenti, quod aegroto per oris angulum infunditur.

Quam maxime odiosus et ingratus est. Samachscharius, in cuius codice proverbium hoc mancum est, dixit adhiberi de re, quae in virum effectum habeat. Nec non alterum Meidanii modum adnotavit.

١٥ حُمَّارَةُ قُنَّبَرَةٍ تُوكَلُ بِالْهُلَاسِ

15. Medulla palmae editur in amentia.

Proverbio utuntur, quum quis magna cum molestia opes colligit, quas stulto haeredi relinquit.

١٦ جَمَاعَةٌ عَلَى أَقْذَاءٍ

16. Congregatio super festucis (sordibus).

Corporum est congregatio, sed animorum dissensio. Praepositio على statum hominum significat. Idem sensus verbis Mohammedis هدنة على دخن »Induciae super odio.« i. e. dum hominum animi odio pleni sunt. De eo adhibetur proverbium, qui sinceram amicitiam simulat; sed noxam inferre cogitat.

١٧ جَاءَ بِالضَّحِّ وَالرِّيحِ

17. Adtulit solem et ventum.

Sensus est: Adtulit res manifestas et occultas. Adhibetur de eo, qui magnas opes et magnum numerum adducit. In voce ضح explicanda interpretes non consentiunt. Ibn-Alahrabius vocabulo ضح res, quas sol attingat; ريح vero res, quas ventus attingat, significari dixit. Alasharius vocabulum ضح ex ضحى, abiecta littera ى, ortum esse contendit, dum Abu-l'Haitsamus vocis radicem وضح esse vult. Vulgus, ut voci ريح conforma sit, ضيح enunciat. Id quod Djeuharius vituperavit. Conf. Kamus. et Samachscharium.

١٨ جَاءَ بِالطَّمِّ وَالرَّمِّ

18. Adduxit aquam multam et terram humidam.

Alasharius طَمّ cum vocali Fatha enunciandam vocem, in proverbio propter sequens رَمّ mutatam esse dixit. Proverbii sensus idem est ac in praecedente. Kamusi auctor varium proverbii intelligendi modum adnotavit: جاء بالطم والرم بالبحرى والبرى او الرطب واليابس او التراب والماء او بالمال الكثير والرم ما يحمله الماء او ما على وجه الارض من فتات الحشيش »Verba جاء بالطم والرم significant venit

cum marino et terrestri vel cum humido et arido vel cum terra et aqua vel cum opibus multis vel vocabulum الرم designat id quod aqua portat vel herbarum parvas partes dispersas super terrae superficie.

١٩ جَاءَ بِالْقَضِّ وَالْقَضِيضِ

19. Apportavit lapides magnos et lapillos.

Lapides fracti et parvi قضيض, lapides magni قض appellantur. Sed est de vocabulis قض et قضيض inter lexicographos dissensio. vid. lexic. meum et Kamusum. Proverbii autem sensus est: magnas et parvas res i. e. (omnes) adduxit.

٢٠ جَاءَ الْقَوْمُ قَضُّهُمْ بِقَضِيضِهِمْ

20. Venit gens, magni eorum lapides cum parvis.

Omnes venerunt. Sibawaihii est sententia, vocabulum قضهم accusativi casum, tanquam nomen actionis habere posse, quod Alazmäius negat. Dicitur quoque جاء قضا وقضيضا »Singuli et catervatim venerunt«, et جاوا قضهم وقضيضهم i. e. Omnes venerunt. Vocabulum cum vocali Kesre enunciari potest. De vocibus قض et قضيض accuratius intelligendis lexicographi non consentiunt. conf. Kamus. Cecinit poeta:

وَجَاءَتْ سُلَيْمٌ قَضُّهُمْ بِقَضِيضِهِمْ وَجَمْعُ عُوَالٍ مَا أَدَقَّ وَأَلْأَمَا

»Venit gens Solaim cum agminibus suis et gentis Ohwal turbae, quam tenues et quam viles erant!«

٢١ جَاءَ وَقَدْ لَفَظَ لِجَامَهُ

21. Venit et ex ore fraenum iam deiecerat.

Lassus et fatigatus a negotio necessario suo recesserat.

٢٢ جَاءَ وَقَدْ قَرَضَ رِبَاطَهُ

22. Venit et vinculum suum iam abruperat.

Proprie dorcadem significat, quae rete rupto aufugit et multum fatigata advenit, tum in hominem translata est res.

٢٣ جَاءَ عَلَى غُبَيْرَاءِ الظَّهْرِ

23. Venit super terra dorsi.

Venit nil secum habens nisi terram, per quam abiit rediitque. Id est: Rediit spe frustratus. Eundem sensum habent رجع على ادراجه et رجع عوده على بدئه et رجع درجه الاول. Kamusi auctor hunc loquendi modum adnotavit تركه على غبيراء الظهر et تركه على غبراء الظهر »Reliquit eum spe frustratum.« Samachscharius dixit et sic audiri proverbium: جاء على ظهر الغبيراء »Venit super dorso terrae« i. e. pedibus incedens venit.

٢٤ جَاوِرِينَا وَأَخْبِرِينَا

24. Vicina nobis esto et nos cognosce!

Ionas viros duos, quorum alter pulcher, alter foedus esset, mulieri amorem monstrasse narravit. Pulchrum ei: عاشرينا وانظرى الينا »Nobiscum verseris et nos adspicias!« fœdum vero dixisse: جاورينا واخبرينا »Vicina nobis sis, et nos cognoscas!« Mulierem igitur utriusque tentandi causa iussisse, ut camelum mactarent, et specie mutata ad utrumque accessisse. Primum ad pulchrum accedentem, ad ollam stantem cum invenisse et adipem lambentem et edentem, dum suis imperaret, ut omne album (adipem) ipsi reservarent. Mulieri autem cibum petenti praeputium (i. e. pessimam partem) cameli porrexisse. Inde quum ad foedum ivisset mulier, invenisse eum carnem inter alios distribuentem, roganti cuique dantem, ipsam autem optimas cameli partes accepisse. Prostridie, quum uterque ad ipsam

venisset, carne, quam accepisset, coram utroque posita, foedo nupsisse. De eo, cuius sub foeda corporis forma pulcherrimae animi dotes reconditae sunt, proverbium adhibetur.

٢٥ جَرِّبِى تَقْلِهِ

25. Experire et tu eum odio habebis.

Si eum experiris, ob multa vitia odio eum habebis. Eodem sensu dicitur اِخْبُرْ تَقْلِهِ »Cognosce et eum odio habebis.«

٢٦ جَلَدَهَا بِأَيِّرِ بْنِ الْغَزَ

26. Percussit eam virgâ Ibn-Alghasäi.

Abu-l'Jekthsanus dixit, virum fuisse appellatum Sahdum ben-Alghasa Alajahdi. Ibn-Alcalbius viri nomen fuisse Alharits et ante Mohammedem vixisse narravit. Magno et rigido pene praeditus erat, ut hanc ob causam in proverbii consuetudinem veniret. Proverbium, unum ab altero talem poenam, qua alter re desiderata potiretur, repetere significat.

٢٧ جَارٌ كَجَارِ أَبِى دُوَّاد

27. Vicinus ut vicinus Abu-Duadi.

Cahbus ben-Mahma benigne se gerere solebat erga vicinos suos, ut, si unius camelus aut ovis periisset, alium redderet, et vicini mortem dato pretio expiaret. Quod quum quoque poetae Abu-Duado fecisset, qui in eius vicinitatem se contulisset, factum in proverbium cessit, quo proverbio vicinitas pulchra designatur. Cecinit Kaisus ben-Sohair:

أُطَوِّقُ مَا أُطَوِّقُ ثُمَّ آوِى إِلَى جَارٍ كَجَارِ أَبِى دُوَّادِ

»Compotem reddo rei, cuius compotem reddo, tum me recipio ad vicinum sicut vicinus Abu-Duadi erat.«

Metrum est Wafir. l. m. p. 204 et Tharafahus dixit:

إِنِّي كَفَانِي مِنْ أُمُورٍ هَمَمْتُ بِهِ جارٌ كَجارِ الْحُذَاقِيِّ الَّذِي اتَّصَفَا

»In re, quam mihi proposui, perficienda firmum praesidium mihi est vicinus, qui aequalis est vicino Hodsakitae, qui generositate notus est.«

Hodsakita idem est quam Abu-Duadus, nam Hodsak nomen gentis est ad Ajaditas pertinentis. Metrum versus Basith appellatum est. conf. l. m. p. 190.

٢٨ جَعَلْتُهُ نَصْبَ عَيْنِي

28. Obiectum oculi mei posui.

Rem ante oculos semper habeo. In negotio adhibetur, quod is, quem res spectat, in se suscipit.

٢٩ جَاءَ تَضْبُّ لِثَاتُهُ

29. Venit, dum gingivae eius manabant.

Vehementer cupidus erat. Bascharus poeta sic cecinit:

وَبَنِي نُمَيْرٍ قَدْ لَقِينَا مِنْهُمُ خَيْلًا تَضُبُّ لِثَاتُهَا لِلْمَغْنَمِ

»Quoties gentis Nomair equitibus occurrimus, quorum gingivae ob praedam manabant.«

Metrum versus Camil appellatum est. conf. l. m. p. 212.

٣٠ جَاءَ بِأُذُنَيْ عَنَاقٍ

30. Venit cum auribus infortunii.

Sic proverbium explicatum est. Vocabulum العناق infortunium significat, hoc in loco vero mendacii et futilis sermonis significationem habet. Dixit Ebn-Alahrabius, dicitur: جاء باذنى عناق الارض »Venit cum auribus ferae Ahnak Alardh dictae« quum turpe mendacium quis protulit, et sic dicitur, quum quis frustratus est.

٣١ جَاءَ نَاشِرًا أُذُنَيْهِ

31. Venit aures suas expandens.

Venit desiderio plenus. Conf. C. XXV, 51. Harir p. 179 comment.

٣٢ جَعَلَ كَلَامِى دَبْرَ أُذُنَيْهِ

32. Pone aures sermonem meum posuit.

Sermonis mei nullam habuit rationem. Proverbii rationem habuit Haririus in verbis: فجعلت شغلى دبر اذنى »Et negotium meum pone aures posui.« Conf. p. 444. In Samachscharii opere proverbium legitur جعلته دبر اذنى »Posui illud pone aures meas.« i. e. Neglexi illud.

٣٣ جَدَعَ الْحَلَالُ أَنْفَ الْغَيْرَةِ

33. Res licita nasum zelotypiae amputavit.

Verba haec nocte, qua Fathimaha Mohammedis filia Ahlio nupta esset, Mohammedes dixisse fertur.

٣٤ جَاءَ يَضْرِبُ أَصْدَرَيْهِ

34. Venit percutiens humeros suos.

Venit otiosus, opere liber; (aliis hilaris). Diverso autem modo legitur اسدريه aut ازدريه; sed rectius cum littera س. Corrigendus est lexici mei locus sub اصدران; sed ibidem اسدران conferas. Conf. Samachschar. Harir. 527. et prov. 79.

٣٥ جَاءَ بَعْدَ اللُّتَيَّا وَالَّتِى

35. Venit post magnam calamitatem et parvam calamitatem.

Conf. C. II, 13. Vocabulis اللتيا والتى calamitates varii generis significantur, ita ut diminutivi اللتيا forma magnis calamitatibus describendis inserviat, vocabulum التى non ita vehementibus calamitatibus. Cecinit poeta Rubahus

بعد اللُّتَيَّا واللُّتَيَّا وَالَّتِى

»Post magnas et parvas calamitates.«

Metrum Redjes est. conf. l. m. p. 231 et Samachschar. Vocabula haec nominum propriorum locum tenent.

٣٦ جَاءَ يَجُرُّ رِجْلَيْهِ

36. Venit trahens pedes suos.

Venit onere gravi onustus, ut id portare non posset.

٣٧ جَاءَ بِوَرِكَىْ خَبَرٍ

37. Adtulit clunes nuntii.

Adtulit nuntium, postquam in eo cunctatus erat; clunes enim membra postrema in corpore a capite incipienti sunt. Sic Meidanius. Mihi autem clunes sunt quasi cæterorum membrorum fundamentum, quo ea fulciantur, ut proverbium significet, nuntium rei verum et quasi partem, qua caeterae partes nitantur, eum adtulisse.

٣٨ جَعَلَتْ مَا بِهَا بِى وَانْطَلَقَتْ تَلْمِزُ

38. Quod ipsa fecit, me fecisse dixit, et abiit diffamans.

Vir quidam quum uxorem ob pravam eius agendi rationem vituperaret, illa maritum eiusdem rei accusans abiit, quapropter ista verba, quae postea in proverbii consuetudinem venerunt, dixit. Proverbium autem de eo adhibetur, qui in rem incidit, quae alii obiecta fuit.

٣٩ جَاءَ ثَانِيًا مِنْ عِنَانِهِ

39. Venit declinans ab habena sua.

Venit et rem ipsi necessariam perficere non potuit. Aliis significat: Venit re absoluta.

٤٠ حَلَّ الرَّفْدُ عَنِ الْهَاجِنِ

40. Vas amplum camelae iuvencae nimis magnum fuit.

Vocabulo هاجن »camela iuvenca pariens, antequam dens erumpit«, significatur. Proverbii autem verba sic invertunt: جلت الهاجن عن الرفد. »Camela هاجن appellata vasi رفد appellato nimis magna fuit.« In eum proverbium quadrat, qui rei perficiendae impar est. Proverbii originem talem fuisse narrant. Camela iuvenca هـاجن, quum pullum peperisset, tantam lactis copiam emisit, ut vas رفد appellatum impleretur. Quae autem annosa quum parum lactis haberet, pastori camelae dominus dixit, quid est, quod vas رفد appellatum lacte suo non impleat, quemadmodum ante hoc tempus? Ille respondit: جلت الهـاجن عن الـرفد »Camela هاجن vasi رفد nimis magna fuit.« Abu-Ahmruus dixit, verbis: جل الرفد عن الهاجن »Vas رفـد camelae هـاجن nimis magnum fuit,« virum, in quo parum boni sit, desiggnari. Conf. prov. 5.

٤١ جَاءَ يَجُرُّ بَقَرَهُ

41. Venit trahens boves suos.

Familiam secum duxit, boves enim in proverbio familiae locum occupant. Legitur quoque sic proverbium in Samachscharii opere: جاء يجر بقرة „Venit trahens vaccam.“

٤٢ اَلْجَحْشَ لَمَّا فَاتَكَ الْأَعْيَارُ

42. Pullos (pete), quum asinos silvestres assequi non potes!

Proverbium, ut pauco contenti simus, si totum, quod petimus, assequi non possumus, nos monet. Accusativus الجحش ex omisso verbo اطلب pete! pendet.

٤٣ جَاءَ كَخَاصِي الْعَيْرِ

43. Advenit tanquam asinum castrans.

Aliis „virum pudibundum esse“, aliis „nudum, nil secum ducentem“ proverbium significat. Asinum castrans caput demittit, rei quam peragit conditionem considerans, vel pudorem e re concipiens, quod dedecus in ea esse putatur. Eadem pudibundi ratio est.

٤٤ جَاء بِاحْدَى بَنَاتِ طَبَق

44. Apportavit unum (ovum) testudinum.

Arabes referunt, testudinem nonaginta novem ova parere, e quibus testudines prodeant, unum autem ovum, in quo serpens niger inclusus sit. Unum igitur illud ovum testudinis rei gravis aut calamitatis cognomen est. Sunt quoque, qui بنات الطبق cognomen serpentum esse dicant. Conf. Samachschar. Virum rem magnam, gravem aut calamitatem afferre, proverbium docet. Conf. Kamus. et Djeuhar.

٤٥ جَاء الْقَوْمُ كَالْجَرَادِ الْمُشْعِل

45. Gens sicut locustae multae et dispersae advenit.

Ab omni latere numerosa gens advenit. Cecinit poeta:

وَالْخَيْلُ مُشْعِلَةٌ فِى سَاطِعٍ ضَرِمٍ كَأَنَّهُنَّ جَرَادٌ أَوْ يَعَاسِيبُ

„Equites dispersi erant in pulvere elato, ardente, quasi essent locustae aut crabrones.“

Metrum versus Basith appellatum est. conf. libr. m. p. 190.

٤٦ جَاء فُلَانٌ كَالْحَرِيقِ الْمُشْعَلِ

46. Quidam sicut flamma ardens advenit.

Celeriter et iratus advenit.

٤٧ جَوِّعْ كَلْبَكَ يَتْبَعْكَ

47. Fac, ut canis tuus fame laboret, te sequetur!

Proverbium docet, quomodo nos erga viles geramus. Loco vocis جوع legitur اجع. Significatio non differt. Himjaritarum rex quidam verba haec dixisse narratur, quum ab uxore, ne crudelius in subditos ageret, moneretur. Factum autem est, ut gens, quum duce regis fratre in terram hostilem impetu facto præda potitus, nullam eius partem a rege accepisset, regis fratri, si ipsis auxilium in rege occidendo laturus esset, regnum offerrent. Illo haud renuente rex occisus est. Ad occisum autem quum Ahmirus ben-Djodsaimah, qui ista regis verba audiisset, transiret, dixit: ربما اكل الكلب مودبه اذا لم ينل شبعه »Interdum canis virum ipsum instruentem vorat, quum tantum cibi non accepit, quantum satietatem adfert.“ Et hoc in proverbium venit. Cum proverbio consentanea sunt verba poetae:

اِكْرَامُكَ الْاَحْمَقَ مِمَّا يُفْسِدُهْ
اِدْنَاؤُكَ الْاَحْمَقَ مِمَّا يُبْعِدُهْ
وَقُرْبُهُ اَفْوَنُ شَيْءٍ تَفْقِدُهْ

„Si stultum honore adficis, corrumpitur, si eum appropinquare iubes, a te removetur. Eiusque propinquitate facillime carere potes.“

Metrum versuum Redjes est. conf. libr. m. p. 232.

٤٨ اِجْعَلْ ذٰلِكَ فِي سِرٍّ خَمِيرَةٍ

48. Pone hoc in arcano fermenti!

De voce خميرة paulum dubito. Pocockius حمير habet. Sensus est: Rem, quam agis, omnino occulta!

٤٩ جَآءَ بِالشَّوْكِ وَالشَّجَرِ

49. Venit cum spinis et arboribus.

Omnes res vel multas res secum adduxit. Alii dicunt sensum esse: magnum exercitum adduxit.

٥٠ جَاوَزَ لِجَزَامُ الطِّبْيَيْنِ

50. Cingulum mammarum locum transivit.

Calamitatem ad summum pervenisse et fines transgressam esse indicat. Conf. II, 9. XXI, 119.

٥١ جَاحَشَ عَنْ خَيْطِ رَقَبَتِهِ

51. Repulit a medulla spinali sua.

Se defendit, ne periret.

٥٢ جَاءَ بِقَرْنَيْ حِمَارٍ

52. Advenit cum duobus asini cornibus.

Mendacium et absurdum protulit, asino enim cornua non sunt.

٥٣ أَجْرِ مَا اسْتَمْسَكْتَ

53. Fac, ut currat, id quod cohibuisti.

Vires tuas omnes, quibus pepercisti, in cursu consume! Consilium est, quod a malo fugienti datur.

٥٤ جَمِّعْ لَهُ جَرَامِيزَكَ

54. Collige ad istam rem (perficiendam) omnia membra tua!

Vocabulo جراميز corpus et membra significantur. In tauro sunt pedes; dicitur enim ضمر الثور جراميزه ليثب „Contraxit taurus pedes suos, ut insiliat.“ Proverbii sensus est: Curam omnem diligentiamque adhibe, ut istam rem perficias.

٥٥ اجْعَلْهُ فِي وِعَاءٍ غَيْرِ سَرِبٍ

55. Pone id in utre aquam non emittente.

Proverbium, ne quis secretum divulget, monet. In

Scharaf-Aldini et Samachscharii libro sic incipit proverbium: اجعل هذا „Pone hoc . . .

٥٦ حَشَمْتُ اَلَيْكَ عِرْقَ اَلْقِرْبَةِ

56. Tua causa sudorem utris toleravi.

Tua causa, ut ad te pervenirem, magnum laborem et molestiam itineris suscepi. Conf. C. XXII, 93.

٥٧ أَجْنَاوُهَا أَبْنَاؤُهَا

57. Eius (domus) destructores eiusdem aedificatores (sunt).

Id est: Qui iniuste agunt domum diruentes, ii eam aedificandam curarunt. Proverbii originem Abu-Ohbaidus talem fuisse narravit: Rex quidam Arabiae felicis in bellum profectus filiae suae regnum administrandum tradiderat. Rege absente regni proceres palatii aedificandi consilium reginae dederunt. Rem autem quum rex rediens aegre ferret, certior factus de iis, qui consilium aedificandi dedissent, his ipsis, ut manibus suis aedificium diruerent, proverbii utens verbis imperavit. In eum autem proverbium dicitur, qui inconsulte perfecit rem, quam mox delere debet. Hortatur igitur, ut caute et provide agant homines. Conf. Scharaf-Aldin. et Samachschar.

٥٨ اَلْجَرْعُ أَرْوَى وَالرَّشِيفُ أَنْقَعُ

58. Sorbitio celerius sedat sitim, sed si sensim sensimque bibis, sitis melius restinguitur.

Vocabulum اروى vocibus اسرع ريا „celerius sedans“; vocabulum انقع vocibus اثبت وادوم ريا „melius et in longius tempus sitim restinguens« explicatur. Proverbium eum, qui praeda potiri potest, hortatur, ut festinet et tantum, quantum possit, capiat, ne alius quis ei rem eripiat. Sunt autem, qui dicant, proverbium monere, ne quis rebus ad vitam necessariis immodice utatur.

٥٩ جَمِّلْ وَٱجْتَمِلْ

59. Multum (nobis) liquefac et (tibi) liquefac (adipem).

Ei dicitur, qui rebus ad vitam necessariis abundat. De proverbii origine conferas C. XVIII, 46. Ibi جملنا „Multum nobis liquefac“ legitur. Ut vertimus sic scholion proverbium explicavit; sed, quem illo loco adnotavi, intelligendi modum, is rectior mihi videtur.

٦٠ جَلْبَ الْكُتّ الى وَثِيَّة

60. Attraxit rem, modo, quo vir corradens ad mulierem custodientem trahit.

Vocabulo كنت „vir, qui lucro incumbit et opes corradit, vocabulo autem وثيّة femina conservans et opes custodiens“ significatur. Accusativi casus جلب a verbo omisso جلب »Attraxit« dependet. Proverbio autem ad consensum inter duos significandum utuntur.

٦١ جَزَيْتُ كَيْلَ الصَّاعِ بِالصَّاعِ

61. Pensavi (rem), quemadmodum modius modii mensura (pensatur).

Vocabulo صاع aridorum mensura significatur, quae quatuor modios (مد) continet, quorum unus unam libram et tertiam eius partem aequat. Proverbii sensus est; aequali ratione et benefacta et malefacta pensavi. Dixit poeta:

لَا نَأْلَمُ الْجُرْحَ وَنَجْزِى بِهِ الْأَعْدَاءَ كَيْلَ الصَّاعِ بِالصَّاعِ

„Ex vulnere dolorem non concipimus, et id pensamus, quemadmodum modius modio pensatur.“

Metrum versus Sarih appellatum est. conf. l. m. p. 244.

٦٢ جَاء بِالْهَيْلِ وَالْهَيْلَمَان

62. Venit cum arena et vento.

Voces الهيل et الهيلمان ab Abu-Ohbaido vocibus الرمل والريح „arena et ventus“ explicantur; sed quæ causa explicandi sit, non liquet. Sensus est: Opes multas adduxit, quæ cum arena, a vento in desertis ablata, comparari possunt. Vocabulum هيلمان cum vocali Fatha aut Dhamma litterae ل enunciatur. Conf. prov. 16.

٦٣ جَاء بِالتُّرَّهَة

63. Nugas adduxit.

De voce ترهة conf. lexic. meum.

٦٤ جَاء بِالتَّهَانِه

64. Res futiles adduxit.

Proverbium ut praecedens rem absurdam et incredibilem esse, significat.

٦٥ جَرَى فُلَانٌ السُّمَّه

65. Cucurrit quidam (cursu) equorum indefessorum.

In proverbii verbis vox جَرْيَ omissa est, ut sit pro جرى فلان جرى. Cecinit Rubahus poeta:

يا لَيْتَنَا والدَّهْرُ جَرْيَ السُّمَّه

„O si Deus (mortem) et tempus quod cursu equorum indefessorum currit, non creasset!“

Ellipsin in hoc versu esse statuunt. Metrum Redjes appellatum est. couf. libr. m. p. 230.

٦٦ جَرَى فُلَانٌ السُّمَّا

66. Cucurrit quidam cursu equi indefessi.

Sensus huius et praecedentis proverbii est: Cucurrit quidam ad rem sibi ignotam, et in re vana. Silentio praetercundum non est, Samachscharium adnotasse جاء بالسمهى etc. „Res vanas adduxit.“

٦٧ جَدَعَ ٱللَّهُ مَسَامِعَهُ

67. Deus aures eius amputet!

Exsecrationis modus est. Eadem ratione حدعه له et simili ratione عقرا له „Vulneret eum Deus!“ et حلقا له „In gutture laedat eum Deus! et coniunctim عقرا حلقا vel عقرى حلقى dicitur. conf. C. XVIII, 78.

٦٨ جَاءَ بِأُمِّ الرُّبَيْقِ عَلَى أُرَيْقٍ

68. Venit cum calamitate super fusco (camelo).

Abu-Ohbaidus, vocibus ام الربيق infortunium significari et significationis originem a serpentibus derivari, dixit. Meidanius rem aliter explicavit. Vocibus ام الربيق significari, rem unam alteram circumdare tanquam laqueum ربقة, et cum hoc loquendi modum: ربقت فلانا فى هذا الامر »Effeci, ut quidam in rem, qua irretiretur, incideret,« cohaerere. Hac ratione ام الربيق infortunium esse, quo homines circumdati irretirentur. Vocabulum اريق esse pro وريق, diminutivi formam vocis اورق, cui voci „cinereo colore praediti cameli“ significatio inesset. Abu-Saidi sententia est, vocabulo coloris ad viride vergentis significationem tribuendam esse. Meid. Sunt denique, qui voci ام الربيق viperae, et voci اريق lupi significationem tribuendam esse censeant. Alazmäihus dixit, proverbii verba, a viro prolata esse, qui daemones in tali camelo vehentes vidisset. Conf. Kamus. et Djeuh.

٦٩ جَاءَ بِالرَّقْمِ ٱلرَّقْمَاءِ

69. Advenit cum magna calamitate.

Vocabulum الرقماء additum est ad vim significationis augendam, quemadmodum dicitur جاء بالداهية الدهياء Vocabulo autem الرقم feminini genus tributum est, quod cum voce الداهية calamitas significatione consentit. Observandum autem est, in Samachscharii opere separata esse جاء بالرقم et جاء بالرقماء et sic in Kamusi opere. Vox الرقم aut Alrakim aut Alrakm enunciari potest.

٧٠ جَانِيكَ مَنْ يَجْنِي عَلَيْكَ

70. Qui pro te colligit, is quoque contra te colligit.

Duplici modo proverbium explicatur. Sunt, qui hunc sensum inesse putent: Criminis tibi noxius est, qui contra te crimen commisit, ne igitur alium poena adficias. Quae autem ab Abu-Ahmruo adducta est interpretandi ratio, ea Meidanio multo praeferenda videtur. Haec est: Viri, cuius commodi particeps tu es, noxa etiam ad te perveniet, ita ut eiusdem dedecus ad te pertineat. Sic autem proverbium explicavit: »Qui الذى يجنى لك الخير هو يجنى عليك الشر pro te bonum colligit, is contra te malum colligit.« Quod si hanc interpretandi rationem admittis, جانيك colligens tuus esse pro الجانى لك colligens tibi, statuendum est. Sed proverbium in versu adhibuit Dsuaibus ben-Cahb ben-Ahmru ben-Tamim:

جَانِيكَ مَنْ يَجْنِي عَلَيْكَ وَقَدْ تُعْدِي الصِّحَاحَ مَبَارِكُ الْجُرْبِ

»Qui pro te colligit, is quoque contra te colligit et iam loca, ubi scabiosi cameli decumbunt, sanos inficiunt.« Versus metrum Camil appellatum est. Conf. I. m. p. 214.

٧١ أَجَنَّ ٱللَّهُ جِبَالَهُ

71. Tegat Deus eius montes!

Alazmäihus dixit, proverbii sensum esse. Deus formam tuam exteriorem (جبلته) tegat, nam proverbium et sic legitur: أجن الله جبلته »Sepeliat Deus eius formam.« Conf. Scharaf-Aldinum et Samachscharium. Tum hunc sensum statuit esse: Deus montes, quos incolis, daemonibus omnino impleat[1]), ut inculti sint. Meidanius vero putavit, verbis sensum tribui posse hunc: »Occidat eum Deus, ut tegatur i. e. sepeliatur.« Sed in hoc جبلته legendi modum sine dubio admittendum censet.

٧٢ جَاءَ بِرَأْسِ خَافَانَ

72. Adtulit Chakani caput.

Conf. II, 155.

٧٣ جَاءَ السَّيْلُ بِعُودِ سَبِيٍّ

73. Advexit torrens lignum, quod ex peregrina terra advenit.

De dissito et remoto proverbium dicitur.

٧٤ جَاوِرْ مَلِكًا أَوْ بَحْرًا

74. Regi aut mari vicinus sis!

Proverbium docet, quomodo opes acquirere homo possit. Aut cum rege societas incunda est aut mare navibus transeundum, ut mercatura exercenda opibus potiamur.

٧٥ جَدِيدَةٌ فِي لُعَيْبَةٍ

75. Magnum serium in parvo ludo.

Serium magnum, nam diminutivi forma significationi amplificandae quoque inservit, sub ludo parvo latet. Eo-

---

1) أجن a voce جن daemones derivandum est verbum.

dem modo dicitur: رُبَّ جد جرّه اللعب »Interdum serium iocus adduxit.“

٧٦ جَلَاءُ الجَوزَاءِ

76. Orionis manifestatio.

Verbis manifestatio Orionis hoc in proverbio venti vehementes designantur, qui matutino tempore, quum sidus Orionis in coelo est, per breve temporis spatium flare solent. Omissum autem est vox توعدة »Minae« sc. minae eius sunt ventis Orionis comparandae. Ut venti illi mox cessant, sic minas eius factum non sequitur.

٧٧ جَاءَ بِمُطْفِئَةِ ٱلرَّضْفِ

77. Adduxit rem, quae lapidem candentem exstinguit.

Calamitas et infortunium, quod nobis adduxit, ita magnum erat, ut praecedentis calamitatis quasi lapidem candentem exstingueret et nos rerum praecedentium oblivisceremur. In magnis gravibusque rebus proverbium adhibetur.

٧٨ جَاءَ أَبُوهَا بِرُطَبٍ

78. Adportavit eius pater dactylos recentes.

Proverbii huius, quod in eum dicitur, qui pauco contentus est, auctorem Schaihabum ben-Dsi-l'Nabain Ahbditam habent. Vir iste, quem segnitici et stupiditatis arguunt, cum nonnullis in Nabathaeorum regionem iter fecerat. Ibi puellam pulchram, cuius amore captus erat, multum quidem sociis dissuadentibus, in matrimonium duxit. Ad suos redux factus, quum puellae pater filiam visitaturus inter alia munera dactylos recentes secum adportasset, gener dulci eorum sapore delectatus et gaudio plenus suis rem hoc versu nuntiavit:

مَا مِرَآءُ ٱلْقَوْمِ فِى جَمْعِ ٱلنَّدِى وَلَقَدْ جَاءَ أَبُوهَا بِرُطَبٍ

»Quaenam est contentio gentis in agmine concionis? Iam pater eius dactylos recentes adportavit.«

Metrum versus Raml appellatum est. conf. l. m. p. 243.

٧٩ جَنَيتُها من مُجتَنَى عَويضِ

79. Collegi id e loco salebroso.

مُجتَنَى »Locus, ubi res decerpitur, colligitur.« Suffixum ها ad nomen omissum التمرة fructus vel huic simile referendum est. Loco vocis عويض legitur عريض, cui voci remoti significatio hoc in loco tribuenda videtur.

٨٠ جِئْنِي بِهِ مِنْ حَسِّكَ وبَسِّكَ

80. Hoc mihi quoquo modo et unde vis adfer!

In explicandis vocibus حسك وبسك interpretes non consentiunt. Legitur quoque من مسك وبسك. Abu-Ahmruus dixit, verba significare من جهدك »ex diligentia, studio tuo« vel »ex facultate, potestate tua.« Meidanio autem voces حس cum احساس sentiendi et بس cum dispergendi significatione cohaerere videntur, ut prioris sensus sit, unde id sensibus attingere i. e. id videre potes. Qui autem من عسك legit, ei aut admittendum est, عسك pro حسك esse, mutata littera ح in litteram ع, aut voci عس quærendi, petendi significatio tribuenda i. e. unde peti potest. Vocabuli بسك significatio aut petenda est ab ابس بالناقة »quietavit camelum inter mulgendum« ut sensus sit: unde lenitas tua eo potiri potest, aut cohaeret cum انبست »diversas in regiones dispersae fuerunt.« Proverbium autem, omnem diligentiam et studium in quaerendo et adferendo adhibendum esse, significat.

٨١ جَاءَ يَنفُضُ مِذْرَوَيْهِ

81. Venit concutiens clunium suarum extremitates.

Minatus est; sed minae erant vanae. Conf. prov. 33. Conf. Harir. p. 527. Bertheaui l. p. 18 text. Ar. et Kamus.

٨٢ جَاء بالشَّعْرَاء الزَّبَّاء

82. Adduxit calamitatem gravem.

In calamitate, quam nobismet ipsis inferimus, proverbium adhibent. Proprie autem verba شعراء زباء »hirsutam, pilosam« i. e. malum hirsutum significant, quae verba calamitatis (الداهية) quasi cognomina habenda sunt. Ab hoc non diversum habet sensum a Samachschario adnotatum proverbium جاء بالارنب »Advenit cum hirsuto i. e. calamitate.

٨٣ جَدَّكَ لا كَدَّكَ

83. Fortuna tua, non molestia tua.

Proverbii verba duplici modo efferuntur, ut aut nominativi aut accusativi casus sit. Quod si illum admittis, يغنى عنك »Tibi utilis est;« sin autem hunc, verbum ابغ »quaere« suppleas. Proverbii sensus esse videtur: »Fortuna multum, molestia parum petentem iuvat.“

٨٤ جَلِيسُ السُّوءِ كَالْقَيْنِ

84. Pravi socius fabro similis.

Noxa liberatus non erit, quemadmodum fabri vestis aut igne amburitur aut fumo inficitur.

٨٥ جَاءَ بِالضَّلَالِ ابْنِ السَّبَهْلَلِ

85. Adduxit Adhdhalalum ben-Assebahlal.

Vocis سبهلل significatio a lexicographis non accuratius definitur et varius aut سبحلل aut سبعلل aut سبغلل eiusdem vocis scribendae modus existit. Rem autem, quae nihili est, designare videtur, ut proprius proverbii sensus sit: Adduxit errorem filium nihili i. e. Vanis futilibusque rebus occupatus fuit.

٨٦ جَاء بِدَبَى دُبَّ ودَبَا دُبِيِّن

86. Adduxit locustas loci Dobajj (vel Dobbajjan) appellati.

Locus دُبَيٌّ vel دُبَيَّان appellatus amplus erat, ut locustarum numerus magnus in eo esse posset. Duo sunt eiusdem proverbii enunciandi modi, ut dicatur aut جاء بدبا دبى aut جاء بدبا دبيين. Vocabulum دبى Dobajj, cui et dualis forma tribuitur, loci in deserto siti nomen est locustis abundantis. Tum magnus locustarum numerus in opes transfertur, ut sensus sit: multas opes adduxit.

٨٧ جَاء بالْهَيْ والْجَيْ

87. Venit cum Alhai et Aldjai.

Id est: cibum et potum adportavit. Grammaticus Alamawi appellatus dixit, duo ista nomina cohaerere cum verbis هَأَهَأَ et جَأْجَأَ, quibus significatio „ad pabulum vocavit camelos et ad potum vocavit camelos,“ insit. Huic explicandi rationi Kamusi auctor adsentit. Accuratam autem verborum significationem ipsi Arabes ignorare videntur. Sunt quoque, qui voces vocali Kesre enunciandas esse putent. Vocabulo autem الهيى et الجيى, cum vocali Fatha enunciando commodum, quod ex re percipimus, designant. Huiusce significationis probandae causa versum hunc citavit Meidanius:

وما كان على الهَيْىء ولا لِلجَيْىء أمْتِداحِيكا

„Non erat propter commodum laus mea tibi tributa.“

Vox امتداحيكا est pro اياك امتداحى. Metrum Hesedj appellatum est. Conf. libr. m. p. 226.

٨٨ الجار ثُمَّ الدَّار

88. Vicinus tum domus.

Proverbio et nominativi et accusativi casus tribui posse videtur; si accusativum admittis, verbum supplendum est. Simili ratione الرفيق قبل الطريق „Socius ante viam“ dicitur. Utrumque proverbium Haririus adhibuit. Conf. p. 584. ed. de Sacy. Verba autem haec Mohammedi ipsi tribuuntur. Illo autem proverbio homines monet, ut, si quis domum emere velit, antea, quis eius vicinus sit, quærat. Conf. Erpen. Adag. 22. et „cl. Fleischeri Alis hund. Sprüche“ p. 89. In Scharaf-Aldini opere legitur الجار قبل الدار „Vicinus ante domum.“

٨٩ جَرْعٌ وَأَوْشَالٌ

89. Potatio abundans et pauca aqua.

Opes tuae parvae sunt, et tu multum erogas. In hominem opes suas dilapidantem dicitur.

٩٠ جَالِنِي أُجَالِكَ فَالدَّمْسُ مِنْ فِعَالِكَ

90. Aperte te mihi oppone et ego me tibi opponam; sed occultatio est agendi ratio tua.

Futurum apocopatum ex imperativo, cui conditio inest, pendet. Si te mihi aperte opponis, ego me tibi opponam. Proverbio hoc inimicitia clandestina reprobatur.

٩١ جَلِّزِي لَوْ نَفَعَ التَّجْلِيزُ

91. Nervo camelino obduc (cultrum), si hoc commodo esse posse putas.

Quod si vobis commodo esse putatis, rem vestram confirmate, nam a cultro, cuius manubrium nervo camelino obducto firmatur, in alias res translatus est sermo. Observandum est, coniunctionom لـو indicare, rem non futuram esse, ut, si fecerint, iis commodo futurum non sit. Proverbium, in rebus a Deo homini destinatis cautionem inutilem esse, docet.

٩٢ جِدَّ لِأَمْرِئٍ يَجِدَّ لَكَ

92. Si diligentiam viro adhibes, tibi diligentiam adhibebit.

Quomodo tu erga virum te geris, eodem modo erga te aget.

٩٣ اَلْجَدْبُ أَمْرَأُ لِلْهَزِيلِ

93. Pabuli inopia emaciato salutarior est.

In pauperem, qui opulens factus superbiam ostendit, dicitur. Ut emaciatus et fame adflictus, si subito in pabuli copiam incidit, e cibi abundantia noxam capere potest, sic pauperi, qui dives factus superbe se gerit, divitiae incommodo sunt.

٩٤ جَرَى الشَّمُوسِ ناجِزٌ بِنَاجِزِ

94. (Currit) cursu equi sternacis promte et expedite.

In eum quadrat, qui rebus, quas suscipit, tam bonis quam malis, perficiendis par est. In initio proverbii verbum جَرَى currit, quocum accusativus جَرْيَ cohæret, supplendum est. Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Conf. libr. m. p. 231.

٩٥ اِجْعَلْنِي مِنْ أُدْمَةِ أَهْلِكَ

95. Fac, ut gentis tuae cutis interior sim.

In scholiis ادمة (Odmah) vocabulo الوسيلة (cognatio) explicatur, sed ادمة (Adamah) cutis interior, qua intima cum familia coniunctio significari potest, esse videtur.

٩٦ اِجْعَلْ مَكَانَ مَرْحَبٍ نَكْرًا

96. Fac, ut intelligentia sit loco salutis, quam optas.

Perfice potius negotium, quam ut lacta nobis nunties et salutem optes. Proverbium ad metrum Sarih revocari potest. Conf. libr. m. p. 244 sq.

٩٧ جَفَّ جُحْرُكِ وَطَابَ نَشْرُكِ أَكَلْتِ دَهَشًا وخَطَبْتِ قَمَشًا

97. Siccum sit gremium tuum et bonus sit odor tuus; edas mente attonita et colligas ligna in solo fragmenta corradens!

Utriusque proverbii originem talem fuisse narrant. Quum ad mulierem nurus et filia fratris visitatum venissent, huic abeunti dixit: »siccum sit gremium tuum et bonus sit odor tuus!« illi autem: edas mente attonita et colligas ligna in solo fragmenta corradens!« Una ob verba tristitia adfecta, altera vehementer lacta ad matrem rediit. At matribus puellarum alius verbis sensus inesse videbatur, ut, cui antea tristitiae causa esse videretur, ea iam lactari posset. Priorem enim partem significare dicebant: Ne tibi Deus sobolem det, ut infantis urina gremium tuum nunquam madefiat, neve odor eam ob causam tuus corrumpatur; posteriore autem proverbii parte puellae magnam sobolem optatam esse, ut parsimonia ipsi in posterum esset adhibenda.

٩٨ أَجَاءَهُ الْخَوْفُ إِلَى شَرِّ شِمِرٍّ

98. Timor eum coegit, ut ad magnum malum fugeret.

Timor erat in causa, cur in malum grave incideret. Inest igitur timoris vituperatio. Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Conf. libr. m. p. 230 sq.

٩٩ جَارَكَ الْأَدْنَى لَا يَعْلَكَ الْأَقْصَى

99 Vicinum tuum proximum (custodi); longe remotus tibi malum non inferet.

Initio proverbii imperativus احفظى custodi supplendus est. Futurum apocopatum cum omisso imperativo cohaeret. Bene tibi agendum est (o femina) erga vicinum tuum proximum, nam si hic te custodit, remotus a te neque vituperare te neque noxa adficere poterit.

١٠٠ جَدَّ صَفِيرُ الحَنْظَلِيِّ

100. Magnus est sibilus Henthselitae.

Duos viros, quorum unus e gente Sahd, alter e gente Henthselah oriundus esset, venandi causa exiisse narrant. Latibula duo quum sibi effodissent, de signo, quod, qui primum feram conspexisset, e loco suo alteri sibilo faceret, utrumque inter se convenisse. Accidisse autem, ut ad alterum leo transiret. Cuius quum pedem posteriorem Henthselita cepisset et leo eum pede anteriore vehementer percussisset, magnum eum clamorem sustulisse, quo alterum ad auxilium vocaret. Clamore audito Sahditam ista verba, quae postea in proverbium cessissent, dixisse. Proverbium autem, malum homini instare, significat.

١٠١ سَنُجَرِّبُكَ أَنْ

101. Te sane experiemur.

Vir quidam quum fratris mortem deploraret, dixit: وا اخاه كان خيرا منى الا انى اعظم جردانا منه »Eheu fratrem! Melior me erat, nisi quod ego maiorem penem habeo.« Mortui uxor quum verba audivisset, proverbii verba dixit, quibus significatur, quendam rem, de qua dubitare liceat, sibi arrogare.

١٠٢ جَبَابٌ فَلَا تَعَنْ أَبِرًا

102. Involucra floris palmae (sunt); ne igitur inserendo maris flore fecundare ea studeas.

In explicanda voce جباب non omnes consentiunt. Sunt

qui palmae medullam esse dicant; sed Meidanius pluralem esse vocis جب dixit, qua floris palmae involucrum significatur. Inutile est, floris involucro semen adspergere, nam flores palmae, qui feminei sexus sunt, inserto maris flore fecundantur, id quod ابر appellatur. Vir parum utilis cum illo floris involucro comparatur et proverbium virum, qui parum nobis utilis est, designat.

١٠٣ جَدُّ ٱمْرِىءٍ فِى قَايِتِهِ

103. Felicitas viri in eius alimentis.

Ex alimentis hominis, quæ eius sors sit, cognoscitur.

١٠٤ جَاءَتْهُمْ عَوَانٌ غَيْرَ بِكْرٍ

104. Venit ad eos mulier mediae ætatis, non virgo.

In magnam calamitatem aut bellum transfertur, non facile tolerandum et repellendum.

١٠٥ جَاءَ بِٱلَّتِى لَا شَوَى لَهَا

105. Adtulit calamitatem, cui extremitates non sunt.

Conf. prov. 35. Vocabulo شوى corporis extremae partes, ut manus, pedes, caput in hominibus aliisque significantur. Calamitatem igitur cui extremum et finis non sit, adductam esse, proverbium significat.

١٠٦ جَبَانٌ مَا يَلْوِى عَلَى ٱلصَّفِيرِ

106. Pavidus, versus sibilum se non convertit.

Ita pavidus est, ut ne versus sibilum quidem, quo advocatur, se convertit. Hoc in proverbio sibilus avis aut hominis significari videtur. Conf. proverb. 156.

١٠٧ أَجْرِ ٱلْأُمُورَ عَلَى أَذْلَالِهَا

107. Res modo ipsis conveniente tracta!

Vocabulo ذل viae aut modi significatio tribuenda est, ut proprius proverbii sensus sit: »fac, ut res in viis suis currant« Sic quoque dictum est: امور الله جارية اذلالها „Res Dei currunt in viis suis.“ Abu-Ahmruus hunc puellae Alchansaae versum adnotavit:

لِتَبْجِرِ ٱلْمَنِيَّةُ بَعْدَ ٱلْفَتَى ٱلْمُغَادِرِ بِٱلْحَوِ أَذْلَالَهَا

„Currat mors post (caedem) iuvenis loco Mahw perfide relicti in viis suis.“

Id est: Post hunc iuvenem occisum nullius viri mors tristitia me adficiet. Legitur vero بالنعف loco vocis بالحو, et illud quoque nomen loci est. Vox اذلالها est pro على اذلالها. Metrum versus est Motakarib appellatum. Conf. l. m. p. 281 sq. Dicitur quoque جاء به على اذلاله „Id modo suo adduxit“ et دعه على اذلاله »Sine eum statu suo!«

١٠٨ اَلْجَمَلُ مِنْ جَوْفِهِ يَجْتَرُّ

108. Camelus e ventre suo ruminat.

In hominem dicitur, qui e loculo suo alitur aut e re utilitatem capit, quae postea damno ei erit.

١٠٩ جَاءَ نَافِشًا عِفْرِيَتَهُ

109. Venit evellens crines suos in medio capite.

Meidanio عفراء et عفريتة „plumae in superiore colli parte galli« sunt. Loco vocis نافشا, quae in meo codice B. et L. legitur, Pocockius ناشرا expandens habet, i. e. sicut gallus iratus plumas in collo expandit. De irato proverbium adhibetur.

١١٠ جَاءَ بِالسُّقَرِ وَالْبُقَرِ وَبِبَنَاتِ غِبَرِ

110. Adtulit Alsocar et Albokar et (adtulit) filias mutationum.

Vocabulis السقر والبقر, quae etymologica ratione explicari nequeunt, res omnibus ignotae significantur. Hoc in proverbio mendacia sunt. Loco vocis السقر etiam الشقر et الصقر legitur. Tum quoque sic proverbium legitur: جاء بالصقارى والبقارى. Vocibus بينات الغير alterum proverbium incipit, ut جاء suppleatur. بنات الغير filiae mutationum autem sunt verba, quibus rerum vera conditio mutatur, ut veritas cognosci non possit.

١١١ جَاءَ وفِي رَأْسِهِ خُطَّةٌ

111. Venit et in capite eius negotium erat.

Advenit negotium sibi necessarium acturus. Significationis vocabuli خطة, quod proprie lineam designare putatur, originem in eo fuisse statuunt, quod si quem res gravis premit, ariolum adire solet, qui, lineis in terra ductis, negotii statum cognoscere studet.

١١٢ جَاءَ بِصَحِيفَةِ ٱلْمُتَلَمِّس

112. Adportavit Almotalammesi epistolam.

De magna calamitate adhibetur. Conf. C. XIV, 31. ubi de causa et origine proverbii disputatum est.

١١٣ جَعَلَ ٱللَّهُ رِزْقَهُ فَوْتَ فَمِهِ

113. Deus alimentum eius in interstitio oris ponat!

Ibi alimentum eius ponat, ubi id videre potest; attingere vero nequit. Os ab alimento remotum sit! Simili ratione dicitur: هو منى فوت الرمح „Is a me est interstitio lanceae“ i. e. propinquus est; sed eum attingere nequeo. Et eodem modo: هو منى فوت يد „Is a me interstitio manus est.“

١١٤ جَنْدَلَتَانِ ٱصْطَكَّتَا

114. Lapides duo, qui se invicem percutiunt.

De sociis duobus in se invicem irruentibus dicitur. In Samachscharii libro sic legitur اصطكتا اصطكاكا جندلتان.

١١٥ جَزَيْتُهُ حَذْوَ النَّعْلِ بِالنَّعْلِ

115. Retribui ei, quemadmodum calceus calceo applicatur.

Id est: Quemadmodum calceum calceo applicato dimetiri solent, sic ei retribui. Aequali modo pensavi. Proverbium Haririus (p. 37 ed. de Sacy) in usum suum convertit.

١١٦ جَارُهُ لَحْمٌ ضَبِّي

116. Vicinus eius dorcadis caro est.

Dorcadis caro ab omnibus cupitur, ut, qui dorcadem conspiciat, eam occidat. Proverbii igitur sensus est: vicinus eius ab omnibus laeditur, ipso auxilium non ferente. Proverbium quodammodo poetae versu explicatur:

فَجَارُكَ عِنْدَ بَيْتِكَ لَحْمُ ضَبِّي وَجَارِي عِنْدَ بَيْتِي لَا يُرَامُ

„Vicinus tuus apud domum tuam caro dorcadis est, et vicinus meus apud domum meam non petitur.“

Versus metrum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204. In eum adhibetur, qui socio suo commodum non praestat.

١١٧ جَمَالَكَ

117. Pulchritudinem tuam (specta)!

Ita agas, ut agendi ratio honori et decori tibi sit. Accusativus جمالك ex verbo omisso الزم pendet. Kamusi auctor sic proverbium adnotavit: جمالك ان لا تفعل كذا „Pulchritudinem tuam (specta), ne tali modo agas.“; sed ista addita verba proverbii pars non esse videntur.

١١٨ جَاءَ صَرِيمَ سَحْرٍ

118. Venit pulmonem abscissum habens.

Desperans et frustatus spe venit. Proverbium Ebn-Alahrabius adnotavit versum hunc citans:

أَيَذْهَبُ مَا جَمَعْتُ صَرِيمَ سَحْمٍ طَلِيفًا إِنَّ ذَا لَهُوَ ٱلْعَجِيبُ

„Num abibit id, quod collegi resectum pulmonem habens, sine utilitate? Haec profecto res admiranda est.“

١١٩ جَاءَ بِذَاتِ ٱلرَّعْدِ وَٱلصَّلِيلِ

119. Venit cum (nube) tonante et sonante.

Ante ذات supplendum est سحابة nubes. Malum adtulit. Kamusi auctori bellum est.

١٢٠ أَجْعَلُوا لَيْلَكُمْ لَيْلَةَ أَنْقَدَ

120. Facite, ut nox vestra sit nox herinacei.

Cavendum vobis est, herinaceus enim non dormire dicitur. Simili ratione dicitur: انقد بات بليل „Pernoctavit nocte herinacei i. e. Omnino non dormivit. Kamus.

١٢١ جَاؤُا عَلَى بَكْرَةِ أَبِيهِمْ

121. Venerunt cuncti.

Magna autem est interpretum dissensio in vocibus على بكرة ابيهم explicandis. Abu-Ohbaidus dixit, proverbii sensum esse: Omnes venerunt nemine remanente. Vocabulum autem non esse significatione propria intelligendum. Alius quidam dicit, vocabulo بكرة iuvencam camelam significari, ut, quum in camela iuvenca vehentes describantur, paucos fuisse indicet proverbium. Aliis vocabulo بكرة trochleae significatio tribuenda videtur, ut proverbii sensus sit.“ Venerunt unus alterius vestigium sequens, quemadmodum trochlea eodem semper modo circumvertitur.“ Sunt autem, qui vocabulo بكرة modus et ratio significari putent i. e. Venerunt modo patris, ei quam maxime similes. Ebn-Alahrabius vocabulo بكرة agminis,

coetus significationem adiudicavit, ut على eandem, quam مع cum significationem habeat. „Venerunt cum agmine patris sui.“ Licet quoque, si vocabulo بكرة agminis, tribus significationem tribuis, dicere, praepositionem على e voce مشتملين comprehendentes omissa pendere. Quod si vero vocabulo بكرة trochleae, cuius ope aqua hauritur, significatio tribuenda videtur, res ita explicari potest: Ut ad putei trochleam omnes gentis homines conveniunt, nemine impediente, sic omnes advenerunt nemine remanente.

١٢٢ جِئْتَ بِأَمْرٍ جُمٍّ وَدَاهِيَةٍ تُنْكَرُ

122. Adtulisti rem magnam, et infortunium, quod fugitur.

Vocabulum جمّ et جمرى de re gravi et periculosa adhibetur.

١٢٣ جَدَّ اللهُ دَابِرَهُمْ

123. Deus extremam eorum partem amputet!

Omnes eos perdat, ut nemo restet. Cecinit poeta:

أَلَا الْمُهَلَّبِ جَدَّ اللّٰهُ دَابِرَهُمْ أَمْسَوْا رِمَادًا فَلَا أَصْلٌ وَلَا طَرَفُ

„Gentis Almohallibi extremam partem Deus amputavit. Cineres facti sunt, ut, neque radix eorum neque ora remanserit.“

Metrum versus Basith appellatum est. Conf. libr. m. p. 190.

١٢٤ جَلَوْا قَمًّا بِغَرْفَةٍ

124. Emigrarunt et (locus eorum) quasi scopis eversus est.

Accusativus nominis قمّ ad omissum verbum referendus est, quasi dixisset جلوا جلاء تاما كاملا فكان مكانهم قمّ قما منهم بمكنسة „Emigrarunt emigratione

perfecta quasi locus eorum scopis eversus esset.“ Vocabulum غرفة nomen arboris et plantae est, hoc autem in proverbio scoparum significationem habet.

١٢٥ جَاءُوا عَنْ آخِرِهِمْ وَمِنْ عِنْدِ آخِرِهِمْ

125. Venerunt ad unum omnes.

Duplex est proverbium; dicitur enim جاءوا عن اخرهم et جاءوا من عند اخرهم.

١٢٦ جَرْفٌ مُنْهَارٌ وَسَحَابٌ مُنْجَارٌ

126. Pars a fluctibus abrepta loci excavati in fluvei alveo et nubes a vento ablata.

Virum carere prudentia et consilio, et nemini utilitatem adferre, ut illi terrae parti et illi nubi comparandus sit, proverbium docet.

١٢٧ جَدْبُ ٱلسُّوءِ يُلْجِئُ إِلَى نُجْعَةِ سُوءٍ

127. Pabuli inopia mali cogit ad pabulationem mali.

Res inter se similes esse, ut res prava nil nisi pravam producat, proverbium docet.

١٢٨ جَاءَ يَفْرِي ٱلْفَرِيَّ وَيَقُدُّ

128. Venit admirabili modo et opus celeriter perficiens.

Eum significat, qui bene et celeriter opus perficit. Vocabulum فَرِيّ (forma فعيل) significationem formae مفعول (participii passivi) habet. Verbum فَرِيَ adtonitus fuit, verbum فَرَى secuit, quae significatio etiam verbo قد propria est, significat. Verbis igitur يفرى الفرى sensus inest: Opus facit, in quo attoniti sunt, quum admirabili modo agat. Quod vero et verbi transitivi secandi et

intransitivi (attonitum esse) significationem in proverbio coniunxit Meidanius, id vix probandum videtur. Secandi significatio vocibus inesse videtur, qua significatione bene et celeriter perficiendi actio indicatur.

١٢٩ جَزَاؤُهُ جَزَاءَ شَوْلَةَ

129. Retributio eius est, quemadmodum Schaulae pensatum fuit.

Observandum est, in codicibus L. B. et Pocockiano legi جزاء جزاء شولة »Pensavit (ei), quemadmodum Schaulæ pensabatur.« Brevius est apud Samachschar. جزاء شولة „Pensatione Schaulae.“ Schaula servae nomen erat in oppido Cufa, quae quotidie, ut drachmae pretio butyrum emeret, mittebatur. Factum autem est, ut, quum drachmam invenisset et hanc emendi butyri pretio addidisset, domum rediens a domino percuteretur, quod eam de dimidio pretii furto quotidie ablato accusaret. Alterum inde ortum proverbium est: انصح من شولة „Fidelior quam Schaula.“ Conf. C. XXV, 128. Beneficium igitur eius malo pensatum fuit. Conf. prov. 7.

١٣٠ جَاءَ كَأَنَّ فِي عَيْنَيْهِ رُمْحَيْنِ

130. Venit quasi in oculis duas hastas habens.

De multum timente et tum quoque de torvo vultu ob iram adspiciente dicitur. Aliter legitur proverbium in codicibus L. B. جاء كان عينيه فى رمحين P. برمحين „Advenit quasi eius oculi in duabus lanceis essent.“

١٣١ جَاءَ يَرْعَدُ فَرَائِصُهُ

131. Venit musculos sub axilla trementes habens.

Vocabulum فريصة carnis partem inter humerum et latus designat, quae in equis primum tremere solet. Pavidum igitur et vehementer trementem proverbium designat.

١٣٢ جَاءَ يَتَخَرَّمُ زَنْدَهُ

132. Venit igniarium fractum habens.

Quod in lexico nostro sub خرم adnotavimus, duplici ratione et تخرم زند et تخرم زبده dici, hic repetendum est. Kamusi auctor vocibus تخرم زبده sensum hunc tribuit: »Iniustitia et stultitia alterum laesit.« Nec vero silentio praetermittendum videtur, Kamusi interpretem Turcam in exemplari suo تخرم زند legisse. Idem quoque dixit, Djeuhario consentiente, verbis تخرم زبده sensum inesse: »Sedata fuit eius ira.« Meidanius duplicem verborum يتخرم زند intelligendorum rationem adtulit: aut »sedata fuit eius ira«, aut »iniuria et stultitia adflixit.« Quod si hunc esse proverbii sensum statuis, Meidanio cum loquendi modo تخرمهم الدهر „Omnes eos tempus delevit,“ cohaerere videtur.

١٣٣ جَلِيلَةٌ تَحْمِي الْأَرْقَمَ

133. Herba vilis quam serpens deterrimus defendit.

Vocabulo الجليل herbam ثمام, qua Arabes ad obstruendas domorum rimas utuntur, significari contendit Meidanius, ut proverbii sensus sit: „Vilis et debilis, quem vir fortis custodit.“ Ad metrum Redjes referri potest. Conf. libr. m. p. 231.

١٣٤ جَلِيفُ أَرْضٍ مَاؤُهَا مَسُوسٌ

134. Terra herbis nuda ob anni sterilitatem, cuius aqua dulcis et salubris est.

Pulcherrimis animi dotibus praeditus vir, qui opibus caret, significatur. Ad metrum Sarih proverbium referre licet. Conf. l. m. p. 246.

١٣٥ جَعَلْتَ لِي الْحَابِلَ مِثْلَ النَّابِلِ

135. Fecisti mihi retia tendentem spiculis venanti similem.

Conf. C. IV, 4. Aliis vocabulo الحابل staminis telae et النابل subtegminis significatio adiudicanda videtur. Conf. C. XXIV, 185. In eum dicitur, qui res omnia miscens perturbat. Simile est proverbium: اختلط الحابل بالنابل „Permixtum fuit stamen cum subtegmine.“ Ad metrum Redjes pertinet. Conf. l. m. p. 231. Conf. Schult. prov. Meid. p. 256. et Golii Adag. Arab. p. 113.

١٣٦ جَذْبُ ٱلزِّمَامِ يُرِيضُ ٱلصِّعَابَ

136. Habenae tractus, ut iumenta difficilia cubent, efficit.

De homine dicitur, qui initio rem facere recusat; post vero obsequium praestat. Non autem est negligendum, in meo codice et Pocockiano يريض legi, cui, si proba est lectio, significatio domandi tribuenda videtur. Si priorem legendi modum sequeris, ad metrum Sarih referre licet. Conf. l. m. p. 246.

١٣٧ جَدَّ جِرَاءُ ٱلْخَيْلِ فِيكُمْ يَا قُتَمْ

137. Equorum cursus inter vos magnus factus est, o Kotsame!

Proverbio ad significandum malum, quod inter gentem, invaluit, utuntur. Kotsamus est nomen Alahbbasi filii Ahbd-Almothallebi unius sociorum Mohammedis. Hunc esse virum, cuius in proverbio mentio facta est, affirmare non ausus sim. Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230.

١٣٨ حُلُوفُ زَادٍ لَيْسَ فِيهَا مَشْبَعُ

138. Vasa commeatui destinata, quæ satietatem non adferunt.

In hominem dicitur, qui rem suscipit, cui perficiendae impar est. Cum illis vasibus comparatur.

١٣٩ جَاءَ بِطَارِفَةِ عَيْنٍ

139. Rem oculos laedentem adduxit.

Rem adduxit copia sua oculum ita adficientem, ut cernere non posset. Kamusi auctor opes magnas hisce verbis designari dixit.

١٤٠ جَهِلَ مِنْ غَانِيَنِ سُبُلَاتِ

140. Vias, per quas in valles intrandum est, ignorat.

Vocabulum اللغنون a Meidanio vocibus مدخل الاودية „Locus per quem in valles intrandum est,“ explicatur. Proverbium, virum molestias et difficultates rei, quam aggressurus sit, nescire designat. Ahmruus ben-Hind rex iratus dixerat: لاجللن مواسل الريط مصبوغا بالزيت ثم لاشعلنه بالنار »Profecto Mawasilum palliis oleo tinctis tegam, tum igne accendam.« Mawasilus autem nomen arcis in fastigio montis in Thajjitarum regione sitae fuisse videtur; quapropter vir quidam, ista regis verba respiciens, rem non esse facile perficiendam, ut significaret, proverbii verba protulit.

١٤١ جَاؤُا بِالْحَظِرِ الرَّطْبِ

141. Adportarunt arbores virides, quibus camelorum caula conficitur.

Quum multae arbores ad camelorum caulam faciendam opus essent, istis verbis rei copiam designarunt, ut proverbii sensus sit: Multos homines adduxit. Sic poeta in versu

أَعَانَتْ بَنُو الْحُرَيْشِ فِيهَا بِأَرْبَعٍ وَجَاءَتْ بَنُو الْجِلَانِ بِالْحَظِرِ الرَّطْبِ

„Adiuvavit gens Banu-l'Horraisch in eo cum quatuor, et gens Banu-l'Ihdjlan cum arboribus viridibus venit.“

I. e. cum copiis magnis. Metrum versus Thawil est. Conf. l. m. p. 161 sq.

Idem quoque proverbium de mendaciis adhibetur, ut videre licet ex hoc hemistichio:

وَلَمْ تَمْشِ بَيْنَ ٱلْقَوْمِ بِٱلْخَطِّ ٱلرَّطْبِ

»Et non incessit inter gentem cum arboribus viridibus i. e. cum mendaciis.« Et hoc quoque Kamusi auctor adtulit.

١٤٢ جَاءَ بِمَا صَاءَ وَصَمَتَ

142. Adduxit id, quod clamat et id, quod silet.

Vocibus ما صاء »id quod clamat,« oves et camelos, vocibus ما صمت »id quod silet« aurum et argentum significari, contendunt. Alii autem vocibus animalium et inanimatarum rerum significationem tribuerunt. Simili modo Kazirus reginae Sabba dixit: جئتك بما صاء وصمت »Adportavi tibi id, quod clamat et id, quod silet i. e. omnes res.

١٤٣ جَاءَ بِمَا أَدَقَّتْ يَدٌ إِلَى يَدٍ

143. Adduxit id, quod manus ad manum perduxit.

Omnino spe frustratum hominem esse, proverbium indicat, nam una hominis manus alteri nil dat. Ad metrum Redjes pertinet. Conf. l. m. p. 231.

١٤٤ حَبَتْ خُتُونَةُ دَهْرًا

144. Removit a gente sua Dahrum affinitas uxoris.

Quum Dahrus uxorem ex alia gente, quam sua, in matrimonium duxisset, haec res in causa erat, cur a sua gente separaretur. Proverbium, causam, cur quidam societatem abruperit, non sufficere indicat.

١٤٥ جَرَجَرَ لَمَّا عَضَّهُ ٱلْكَلْبُ

145. Vociferatus est, quum calcar eum pupugisset.

De eo dicitur, qui, postquam repugnaverat, se submisit. Simili ratione dicitur: دردب لما عضه الثفاف. Conf. C. VIII, 1. XVIII, 127. Conf. Bertheaui l. p. 14. text. Ad metrum Sarih proverbium revocare licet. conf. l. m. p. 246.

١٤٦ جَدُّكَ يَرْعَى نَعَمَكَ

146. Fortuna tua pecora tua pascit.

In dilapidatorem fortunatum dicitur. Ad metrum Redjes proverbium referri potest. Conf. libr. m. p. 232.

١٤٧ جَاءَ بِالْخَلْفِ وَالْأَحْرَافِ

147. Adduxit pecora multa et fortunam.

Vocabulo احراف incrementum esse opibus significatur.

Forma comparativi.

١٤٨ أَجْبَنُ مِنَ الْمَفْرُوفِ ضَرْطًا

148. Timidior, quam is, qui pedito omnino debilitatus fuit (ut moreretur).

Proverbii originem interpretes diverse narrant. Mulieres plures ob virorum defectum unum tantum communem maritum habebant. Illum pleno die e somno excitare solebant verbis: Evigila et potum matutinum sume! Ille autem quum diceret: لو نبهتنى لعادية »O si me excitavissetis ob virum primum in proelium irruentem«, eum virum fortem esse putaverunt. At illae, ut maritum experirentur, quum die quodam verba ista repetiisset, equitum mentionem fecerunt. Tum ille, equites, equites! dicens, donec

moreretur, pepedit. Alii narrant, Dachtenusam Lakithi ben-Sorarah filiam nuptam fuisse Ahmruo ben-Ahmru, seni. Die quodam senex capite in uxoris gremio deposito quiescens, quum illam gementem audiret, dixit: num tibi gaudio erit, si a te discessero? Sane, illa respondit. Quapropter repudio dimissam iuvenis pulcher e gente Banu-Sorarah; secundum alios Ohmairus ben-Ahmarah ben-Mahbed ben-Sorarah in matrimonium eam duxit. Tempore post quum gens Becr ben-Wajel in gentem Banu-Darim incursionem fecisset, uxor dormientem, quippe quem fortem esse putaret, verbo: الغارة »Incursio hostilis« excitavit, qua de causa ille terrore perculsus et pedito vitam exspirans المنزوف ضرطا cognominatus est. Alii autem sic rem referunt: Viri duo in desertum exierant. Alter quum e longinguo arborem hostes sibi insidiantes esse putasset, et alter rem negans arborem عشرة (Ohscharah) appellatam, quod videret, esse dixisset, ille عشرة (Ahscharah) decem audiens et timore perculsus pedito animam exspiravit. Alii proverbium sic explicant: Lodjaimus ben-Zahb ben-Ahli ben-Becr ben-Wajel feminam e gente Ahnsah ben-Asad ben-Rabiah, cui nomen Hadsami erat, in matrimonium duxerat, e quo Ihdjlus ben-Lodjaim et Alaukazus ben-Lodjaim filii nati sunt. Postea alteram sibi addidit uxorem Zafijjah filiam Cahili ben-Asad ben-Chosaimah, quae Hanifam filium peperit. Die quodam quum inter uxores rixa orta esset, Lodjaimus dixit:

إِذَا قَالَتْ حَذَامِ فَصَدِّقُوهَا فَإِنَّ ٱلْقَوْلَ مَا قَالَتْ حَذَامِ

»Si Hadsami loquitur, fidem ei habete, nam quod Hadsami dixit, verum est[1]);« quae verba postea in proverbii consuetudinem venerunt. Idjlus Lodjaimi filius Almascherijjam Nahseri filiam, quae antea Alahrano ben-Auf Ahbditae nupta fuerat, in matrimonium duxit. Alahranus autem, uxorem, propter menstrua per aliquot menses suppressa

1) Versus metrum Wafir appellatum est. Conf. libr. m. p. 204.

gravidam esse putans, ab Idjlo, ut filius natus postero tempore redderetur, petiit. Quapropter, ut promissis staret, filium adultum, cui nomen Sahd dederat, ad Alahranum duxit. Tempore, quo hoc gerebatur, Hanifah ben-Lodjaim itinere absens erat. Redux quum de re certior factus esset, fratrem suum multum vituperavit, et cum eius filiis ad Alahranum, ut filium ei eriperet, profectus est. Invenit virum cum filio et cliente. Pugnatum est; sed Alahranum cliens deseruit et filius contra Hanifam pugnare recusavit. Quum hoc videret Alahranus dixit: ابنك ابن بوحك الذى يشرب من صبوحك »Filius tuus est filius ex te genitus, qui bibit potum tuum matutinum,« quae verba in proverbium cesserunt. Alahranus ab Alhanifa gladio digitis truncatus cognomen الجذيمة (truncatus) accepit; Hanifah autem antea Otsalus appellatus, quum ab Alahrano in pede vulneratus esset, ut pes curvus fieret, ab isto tempore cognomen Alhanifah (curvo pede praeditus) gessit. Ille autem Alahrani cliens, qui Alahranum digitis truncatum conspiceret, pediens exspiravit. Sahdus ab Alhanifa ad Idjlum reductus est. Sunt denique, qui verbis المنزوف ضرطا »animal inter canem et lupum medium« significari contendant, quod clamorem audiens in peditum, ipsi mortem adferentem incidat. Conf. Scharaf-Aldin. Samachschar., Schult. prov. Meid. p. 114.

١٤٩ أَجْرَأُ مِنْ ذُبَابٍ

149. Audacior quam musca.

Schult. prov. Meid. p. 119. Cecinit poeta:

وَلَأَنْتَ أَجْرَأُ حِينَ تَغْدُوا سَادِرًا رَعِشَ الْجَنَانِ مِنَ الْقَدُوحِ الْأَقْرَحِ

»Audacior tu es, quando incurris nil curans, animo arduo, quam musca maculam albam in fronte habens.«

Vocabulum قدوح proprie »ignem ex igniario extundentem« designans in muscam translatum est, quod pedibus corpus suum ignem ex igniario extundenti similis fricat. Metrum versus Camil appellatum est. Conf. l. m. p. 212.

١٥٠ أَجْرَأُ مِنْ فَارِسِ خَصَافٍ

150. Audacior, quam eques Chazafi.

Narrant, virum quendam e gente Ghassan oriundum omnium timidissimum fuisse, ut in extremo agmine consistere et primus omnium fugam capere soleret. Quodam autem die quum in extremo agmine consisteret, iuxta ipsum in terram sagitta decidens murem in latibulo transfixit. Hanc videns sagittam se ipsum sic allocutus est: سيصيبك فى هذا المكان لا المرء فى نسيى ولا اليربوع »Te hoc loco (mors) adtinget, neque viro neque muri campestri mortis mora est.« Quae verba in proverbium cesserunt. At vir ab isto inde tempore maximam semper fortitudinem monstravit. Ibn-Alahrabius autem dixit; Arabes, regis Persarum milites, quod ferro tecti essent, non occidi credidisse, et Somairum equitem Chazafi, ut hanc opinionem refelleret, in eos impetum facientem, unum eorum occidisse, quapropter eius audacia in proverbii consuetudinem venerit. Ibn-Doraidus autem, خصاف (cum ص) nomen equi equitis inter Arabes celebris fuisse, adnotavit. Kamusi auctor duos equos fuisse, alterum nomen Chazafi gerentem, quem Malicus ben-Ahmru Ghassanida possedisset, alterum Chizaf appellatum, qui Somairo ben-Rabiah Bahilitæ fuisset. Ab utroque proverbium اجرا من فارس خصاف ortum esse. Conf. Schult. prov. Meid. p. 120.

١٥١ أَجْرَأُ مِنْ خَاصِي خَصَافٍ

151. Audacior, quam equum Chizaf castrans.

Vir e gente Bahilah oriundus equum Chizaf appellatum possidebat. Rex quidam hunc, ut equas suas iniret, a possessore postulaverat; at possessor equum castravit, ne regis desiderium impleret. Grammaticus Abu-l'Neda dixit, Hamalum ben-Iasid ben-Dsohl ben-Tsahlebah[1]) in

1) Hamal ben-Said ben-Auhf ben Beer ben-Wajel. Kam.

aula regis (Almondsiri ben-Ahmri-l'Kais) hoc fecisse (conf. Kamus. s. v. خصف) Schult. prov. Meid. p. 118.

١٥٢ أَجْرَأُ مِنَ ٱلْمَاشِي بِتَرَجّ

152. Audacior, quam is, qui in loco Tardj appellato pedibus incedit.

Tardj nomen loci leonibus abundantis est. Scharaf-Aldino autem verbis ipse leo, qui in isto loco incedit, designatur. Schult. prov. Meid. p. 123.

١٥٣ أَجْرَأُ مِنْ خَاصِي ٱلْأَسَدِ

153. Audacior, quam is, qui leonem castrat.

Ad proverbium explicandum fabulam narraverunt. Conf. Schult. prov. Meid. p. 123.

١٥٤ أَجْرَأُ مِنَ ٱلْأَيْهَمَيْنِ

154. Audacior, quam torrens et camelus libidine furibundus.

Vocabulum ايهم insipientem designat. Dualis Arabibus campestribus »torrentis aquae et cameli libidine furentis,« qui tanquam insipientes in omnes res irruunt, oppidanis autem »torrentis aquae et incendii« significationem habet. Duplicem igitur sensum proverbium habere potest. Dicitur quoque: اجرا من السيل تحت الليل »Audacior, quam torrens sub nocte.« Sed a Scharaf-Aldino sic proverbium citatur: اجرى من السيل تحت الليل »Celerius currens quam torrens sub nocte.«

١٥٥ أَجْوَدُ مِنْ حَاتِمٍ

155. Liberalior, quam Hatimus.

Nomen viri est Hatim ben-Ahbd-Allah ben-Sahd ben-Alheschredj, qui ad gentem Thai pertinet. Mense sacro Hatimus negotii causa in regionem gentis Ahnasah perve-

nerat. Ibi a captivo in auxilium vocabatur, ut cum liberaret. Hatimus nil secum habens captivum redemit, se ipsum, donec pretium a suis solutum esset, vinculis tradens. Tempore, quo tanta sterilitas erat, ut ipsa Hatimi familia penuria premeretur, neque haberet, quo liberos satiaret, quadam nocte cibo deficiente, parentes suos liberos fame adfectos sopiverant. Tum Hatimus eo occupatus, ut uxorem Mawijjah appellatam sermone sopiret, mulierem dicentem audivit: O Abu-Saffane! esurientes infantes relinquens ad te confugi. Tum statim infantes adducere mulierem iussit et equo suo mactato, simul advocavit vici incolas, ut ederent, ipse nil carnis tangens. Gens Thai, matrem eius Ghanijjah appellatam, filiam Ahnifi Thajjitae, summa liberalitate fuisse, narrarunt. Scharaf-Aldinus autem eum adolescentem tanta liberalitate fuisse exemplis probavit, ut pater eum relinquere cogeretur. At vero Hatimi liberalitas notior est, quam ut pluribus describatur. Apud Schult. prov. Meid. fusius res tractatur. Conf. p. 133 sq. Conf. Gagnier ad vitam Muhammedis p. 121.

١٥٦ أَجْوَدُ مِنْ كَعْبِ بْنِ مَامَةَ

156. Liberalior, quam Cahbus ben-Mamah.

Vir hic, e gente Ajad oriundus, iter faciebat cum sociorum agmine, inter quos vir e gente Alnahmir ben-Kasith erat, mense aestivo et fervido. Quum a via per desertum aberrassent, tanta aquae inopia erat, ut singulis aqua distribueretur lapide in vase posito, ne unus plus quam alter acciperet. Factum autem est, ut quum secundum ordinem Cahbo portio distribuenda esset, ille Namirita oculos in eum figeret, quod videns Cahbus distribuenti dixit: fratri tuo Namiritae portionem meam da! Postero autem die Namirita iterum Cahbi portionem accipiente, Cahbus siti ita adflictus, ut neque gentem sequi, neque surgere posset, omnibus viribus consumtis in deserto remansit et animam exspiravit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 142.

١٥٧ أَجْسَرُ مِنْ قَاتِلِ عُقْبَةَ

157. Audacior, quam occisor Ohkbahi.

In Scharaf-Aldini libro أجرا من قاتل عقبة legitur; Samachscharius cum nostro modo consentit. Conf. Schult. pr. Meid. p. 121. Ohkbahus ben-Salam e gente Banu Honah, quae Arabiam felicem incolebat, ab Abu-Djafaro Almanzuro provinciae regionis Jemamah, Bahrain præpositus multos e gente Rabiah, quæ in regione Bahrain degebant, turpi nece necaverat. Quapropter vir ad gentem Ahbd-Alkais pertinens, vindictae cupidus per plures annos eius personam sequebatur, nil mali in eum suscipiens, donec Ohkbahus ab imperio revocatus et Bagdadum rediens in aula Almohdii versabatur. Ibi cultro Ohkbahum percussit. Ab Almohdio interrogatus, quaenam facinoris causa esset, dixit: Se quidem saepius clam eius occidendi occasionem habuisse; sed semper praetermisisse, ut, si publice eum occidisset, multis notum esset, se gentis suae necem vindicasse. Lacrymas quoque effudit metuens, ne Ohkbahus viveret, laetus risit nuntio adlato, Ohkbahum exspirasse.

١٥٨ أَجْبَنُ مِنْ صَافِرٍ

158. Pavidior, quam sibilans.

Dixit Abu-Ohbaidus: Voce الصافر sibilantem ex avibus ex. gr. passeres significari. Mohammedes ben-Habib avem quandam multum pavidam cautamque vocabulo significari vult. Ibn-Alahrabius autem hic loci الصافر idem, quod المصفور به »is cui sibilatur« (i. e. qui fugam capit, quum ei sibilatur) significare contendit. Sunt quoque, qui avem تتوط appellatam vocabulo المصفور به designari dicant. Conf. C. XIV, 87. Ex Abu-Ohbaidahi sententia الصافر sibilans is est, qui mulieri, quacum rem habet, sibilando se adesse indicat. Plura vide apud Schult. prov. Meid. p. 110.

١٥٩ أَجْبَنُ مِنْ صِفْرِدٍ

159. Pavidior, quam avis Zifrid appellata.

Abu-Ohbaidahus proverbium hoc Arabibus campestribus inusitatum et seriore aetate ortum esse contendit. Dixit poeta:

تَرَاهُ كَاللَّيْثِ لَدَى أَمْنِهِ وَفِي ٱلْوَغَى أَجْبَنُ مِنْ صِفْرِدِ

»Vides eum similem leoni in securitate sua et in proelio timidiorem, quam avis Zifrid appellata est.«

Metrum versus Sarih appellatum est. Scharaf-Aldinus, in cuius codice Zafrad scriptum legitur, avem esse passere maiorem, domibus adsuescentem, omniumque pavidissimam dixit. A Kamusi interprete Turca alaudarum generi adnumeratur. Avis cognomen ابو المليح pater pulchri, quod in lexico meo nescio quo loco seductus non bene vertisse videor vocabulo accipiter. Sed fieri potest, ut ابو المليح pluribus avibus commune et ipsi accipitri cognomen sit. Huic quodammodo consentanea esse videntur, quae Damirius ex libro المرصع inscripto adtulit: ان ابا المليح كنية القبج والعندليب وطاير صغير يقال له الصفرد كالعصفور وهوداخل فى عموم العصافير »Abu-l'Malih (pater pulchri) cognomen perdicis, lusciniae et avis parvae est Zifrid appellatae, passeri similis, quae ad passerum genus pertinet.«

١٦٠ أَجْبَنُ مِنْ كَرَوَانٍ

160. Pavidior, quam perdix.

Avis est ad perdicis genus pertinens. Poetae versus eius timiditatem spectat:

مِنْ آلِ أَبِي مُوسَى تَرَى ٱلْقَوْمَ حَوْلَهُ كَأَنَّهُمُ ٱلْكَرْوَانَ أَبْصَرْنَ بَازِيَا

»E gente Abu-Musa, vides populum circum eum, quasi sint aves Carwan accipitrem videntes.«

Metrum versus Thawil appellatum est. In initio versus duae syllabae Mi-Nali ∪ – ∪, ut Min-Ali – – ∪ fiat, contrahendae sunt, simulque Alcarwan – – – pro Alcarawan – ∪ ∪ – enunciandum est. Conf. libr. m. »Darstell. d. Arab. Verskunst« p. 59, 161 sq. Conf. Golii Adag. p. 141. Bocharti Hieroz. L. I. C. 12. Schult. prov. Meid. p. 113.

١٦١ أَجْبَنُ مِنْ نَعَامَةٍ

161. Pavidior, quam struthiocamelus.

Struthiocamelus dicitur tam pavidus, ut nunquam ad rem, quam timuerit, redeat.

١٦٢ أَجْبَنُ مِنْ لَيْلٍ

162. Pavidior, quam pullus perdicis.

Schult. prov. Meid. p. 113.

١٦٣ أَجْبَنُ مِنْ نَهَارٍ

163. Pavidior, quam pullus avis tardae.

١٦٤ أَجْبَنُ مِنْ ثَرْمَلَةٍ

164. Pavidior, quam vulpis femina.

١٦٥ أَجْبَنُ مِنَ الرَّبَّاحِ

165. Pavidior, quam simia.

Simiae prae metu non dormire dicuntur nisi lapidem manu tenentes, cuius lapsu e somno excitentur. Damirius de simiis narravit, unam earum semper, dum caeterae dormiant, vigilem agere, et hanc in serie sibi proximam e somno excitare, si ipse dare se somno velit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 115.

١٦٦ أَجْبَنُ مِنْ هِجْرِسٍ

166. Pavidior, quam vulpes.

Vocabulum aliis vulpem, aliis vulpis pullum, aliis simiam designat. In aliis proverbiis voci ضَجرس aut simii aut ursi significatio tribuitur. Conf. C. XI, 37.

١٦٧ أَجْرَأُ مِنْ قَسْوَرَةٍ

167. Audacior, quam leo.

Conf. Schult. prov. Meid. p. 122.

١٦٨ أَجْرَأُ مِنْ ذِي لِبْدَةٍ

168. Audacior, quam iuba praeditus (leo).

Scharaf-Aldinus habet لبد formam pluralis, ut in hoc versu:

كَأَنَّهُ ذُو لِبَدٍ دَلْهَمْسُ يَفْرِسُ فِي عَرِينِهِ مَا يَفْرِسُ

»Quasi is sit iubis praeditus leo, qui in lustro suo prædam dilacerat.« Metrum Redjes est. c. Schult. pr. Meid. p. 119.

١٦٩ أَجْوَلُ مِنْ قُطْرُبٍ

169. Magis obiens, quam animalculum Kothrob appellatum.

De animali interpretes non consentiunt »vid. lexic. m.« Animalculum illud per totam noctem diemque somnum non capientem obire dicunt; quapropter proverbium aliud: اسهر من قطرب »Vigilantior, quam animalculum Kothrob appellatum« existit. Conf. C. XII, 134. Conf. Schult. prov. Meid. p. 147. Abulf. Annal. T. II. p. 140.

١٧٠ أَجْوَعُ مِنْ كَلْبَةِ حَوْمَلٍ

170. Magis esuriens, quam canicula Haumalae.

Mulier haec canem, quam possidebat, noctu adligabat, ut eam custodiret, die autem dimittere solebat, ut pabulum sibi quaereret, nil enim cibi mulier cani porrigebat. Tandem summa fame adflicta caudam suam voravit. Conf. C. XIII, 131. Poeta Alcomaitus vituperans gentis Banu-

Qemaijah erga subditos in imperio agendi rationem pro-verbii mentionem fecit:

كَمَا رَضِيَتْ جُوعًا وَسُوءَ رِعَايَةٍ لِلَبْتِهَا فِي سَالِفِ الدَّهْرِ حَوْمَلُ

»Quemadmodum Haumala praeteritis temporibus fame et mala cura caniculam suam adflixit.«

Metrum versus Thawil est. conf. libr. m. p. 160. et Schult. prov. Meid. p. 146.

أَجْوَعُ مِنْ زُرْعَةَ ١٧١

171. Magis esuriens, quam canis Sorah appellata.

Canis haec gentis Banu-Rabiah fame periit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 145.

أَجْوَعُ مِنْ لَعْوَةَ ١٧٢

172. Magis esuriens quam avida (canis).

Conf. Schult. prov. Meid. p. 146.

أَجْوَعُ مِنْ ذِئْبٍ ١٧٣

173. Magis esuriens, quam lupus.

Lupus semper esuriens esse dicitur, quapropter inimico mala precantes dicunt: رماه الله بداء الذئب »Adfligat eum Deus morbo lupi« i. e. fame, aliis morte, lupum enim in morbum non incidere putant. Est igitur lupi sanitas in proverbio, ut dicatur: اصح من الذيب »Sanior, quam lupus.« Conf. Schult. prov. Meid. p. 145.

أَجْوَعُ مِنْ قُرَادٍ ١٧٤

174. Magis esuriens, quam ricinus.

Ricinus, qui camelos insectatur, per duorum annorum spatium nil cibi consumere dicitur, donec camelum invenit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 145.

أَجَلُّ مِنَ الْحَرْشِ ١٧٥

175. Maius est, quam motus a venatore manu super lacertae latibulo factus.

De eo dicitur, qui malum timens maiore adficitur. Ut lacertam capiat, venator super eius latibulo manu solum tangit. Putans enim lacerta, serpentem super eo repere et caudam erigens, ut serpentem feriat, a venatore capitur. Ille autem venatoris motus manu factus حرش appellatur. Ad proverbium explicandum fabulam adferunt: Lacertam pullo suo dixisse: o filiole mi, cave rem حرش appellatam! et pullum interrogasse, quid حرش esset. Quum vero lacerta pullo rem describeret, accidisse, ut lacertae latibulum instrumento مرضاة appellato destrueretur. Tum pullo interroganti, num illud حرش esset, respondisse lacertam: هذا اجل من الحرش »Hoc maius est, quam motus a venatore manu factus.« Conf. Schult. prov. Meid. p. 127.

أَجَنُّ مِنْ دُقَّةَ ١٧٦

176. Insanior, quam Dokkah.

Nomen viri erat Dokkah ben-Ohbajah ben-Asma ben-Charidjah. Mohammedes ben-Habib proverbium adferens nil eius explicandi causa addidit. Conf. Kam., Scharaf-Aldin. Samachsch. Schult. prov. Meid. p. 130.

أَجْشَعُ مِنْ أَسْرَى ٱلدُّخَانِ ١٧٧

177. Avidior, quam captivi fumi.

Abu-Ohbaidahus dixit, hos fuisse viros gentis Tamim, qui camelorum agmen Cosroi aromata et pannos pretiosos adportantium praedati essent. Ebn-Alahrabius autem ad gentem Hentselah illos pertinuisse contendit. Cosroes praefecto suo in provincia Bahrain mandatum miserat, ut eos ad epula invitans in arcem Almoschakkar appellatam illiceret ibique retineret. Fumo autem magno seducti, quod epulas ipsis parari putarent, illi in arcem intrarunt. Pars occidebatur, para operi molesto aedificandi adhibebatur.

Alahläus ben-Alhadhremi tempore chalifae Abu-Becri inde reliquos dimisit. Plura autem hos spectant proverbia: ليس باول من قتله الدخان »Non est primus eorum, quos fumus interemit.« اجشع من الوافدين على الدخان »Avidiores, quam qui ad fumum accesserunt.« اجشع من وفد تميم »Avidiores, quam advenientes Tamimitae.« Ad istam rem poeta versibus satyricis respexit dicens:

إِذَا مَا مَاتَ مَيْتٌ مِنْ تَمِيمٍ فَسَرَّكَ أَنْ يَعِيشَ فَجِئْ بِزَادِ

بِخُبْزٍ أَوْ بِتَمْرٍ أَوْ بِسَمْنٍ أَوِ الشَّيْءِ الْمُلَفَّفِ فِي الْبِجَادِ

تَرَاهُ يَطُوفُ فِي الْآفَاقِ حِرْصًا لِيَأْكُلَ رَأْسَ لُقْمَانِ بْنِ عَادِ

»Quotiesunque mortuus est quidam e gente Tamim, si, ut vivat, optas, alimenta affer; panem aut dactylos aut butyrum aut rem amiculo involutam. Videbis eum circumvagantem in regionibus aviditate commotum, ut caput Lokmani ben-Ahd edat.«

Versuum metrum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204. Verbis »rem amiculo involutam« lac spissum significare videtur; sed quid velint verba »caput Lokmani ben-Ahd,« non admodum clarum est. Nisi fallor, talis verbis sensus est: tanta sunt aviditate, ut ipsum caput Lokmani Ahditae, ante longum tempus mortui, si ipsis offerretur, vorare non recusent. Conf. Schult. prov. Meid. p. 124.

١٧٨ أَجْهَلُ مِنْ فَرَاشَةٍ

178. Ignorantior, quam pyrallis.

Vocabulum فراشة papilionem significat, qui flammam petens in mortem irruit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 149.

١٧٩ أَجْمَعُ مِنْ نَمْلَةٍ

179. Magis colligens, quam formica.

Dicitur quoque: اجمع من ذرة »Magis colligens, quam formica parva.« Cecinit poeta:

تَجْمَعُ لِلْوَارِثِ جَمْعًا كَمَا تَجْمَعُ فِي قَرْيَتِهَا ٱلذَّرُ

»Colligis haeredi corradendo, quemadmodum formicae parvae in vico suo colligunt.«

Metrum versus Sarih appellatum est. Conf. Schult. prov. Meid. p. 129.

١٨٠ أَجْرَدُ مِنْ صَخْرَةٍ وَمِنْ صَلْعَةٍ

180. Nudior, quam petra et (nudior) quam calvities.

Sunt, qui in posteriore proverbio صلعة (Zollaah) petra laevis legant. Conf. Schult. prov. Meid. p. 123.

١٨١ أَجْرَدُ مِنْ جَرَادٍ

181. Nudior, quam Djorad.

Djorad nomen loci arenosi in provincia Nedjd est, qui herbas non producit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 123. et prov. 192.

١٨٢ أَجْمَلُ مِنْ ذِي ٱلْعِمَامَةِ

182. Pulchrior, quam cidari tectus.

Legitur quoque sic: اجمل من ذى العصابة. Proverbio hoc Meccae incolae utebantur; cognomen autem possessoris cidaris Saihdus ben-Alahz ben-Omajjah gerebat. Tempore ante Mohammedem nemo ex Koraischitis cidarim eiusdem coloris, quem Saihdi cidaris colorem habebat, induere solebat. Tanta autem viri pulchritudo erat, ut nulla femina se contineret, quin Saihdum transeuntem foris prodiens oculis sequeretur. Sunt autem, qui contendant, cognomen illud Saihdum ben-Alahz habuisse, quo eius principatus indicaretur. Conf. Schult. prov. Meid. p. 129.

١٨٣ أَجْوَدُ مِنْ هَرِمٍ

183. Liberalior, quam Harimus.

Harimi ben-Sinan Ebn-Abi-Haritsah Almorri liberalitas ob versus hosce Sohairi ben-Abi-Solma, quibus eius liberalitatem laude ornaverat, in proverbium cessit:

إِنَّ ٱلْبَخِيلَ مَلُومٌ حَيْثُ كَانَ وَلَا كِنَّ ٱلْجَوَادَ عَلَى عِلَّاتِهِ كَرِمُ

هُوَ ٱلْجَوَادُ ٱلَّذِى يُعْطِيكَ نَائِلَهُ عَفْوًا وَيُظْلَمُ أَحْيَانًا فَيَظْلِمُ

»Avarus, ubicunque est, vituperio est dignus; sed Harimus omni statu liberalis est. Is liberalis est habendus, qui donum suum tibi dat non petenti, et aliquando iniuria laesus iniuriam perfert.«

Metrum versus Basith est. Conf. l. m. p. 190. Conf. Schult. prov. Meid. p. 142 sq.

١٨٤ أَجْوَدُ مِنَ ٱلْجَوَادِ ٱلْمِبَرِّ

184. Celerior quam equus generosus cursu vincens.

Proverbium hoc in meo codice non legitur. Propria vocis جواد significatio liberalitatis est, quae in equi generosi cursum translata est. Proverbium nonnisi in equis adhibetur.

١٨٥ أَجْرَأُ مِنْ أُسَامَةَ

185. Audacior, quam leo.

Vox اسامة, quae cum articulo coniungenda non est, leonis cognomen est. Scharaf-Aldinus hunc Rijahi versum citavit:

وَلَأَنْتَ أَجْرَأُ مِنْ أُسَامَةَ أَوْ مِنِّى غَدَاةَ وَقَفْتَ لِلْخَيْلِ

„Et tu profecto leone aut me audacior eras tempore matutino, quo equitibus restitisti.“

Metrum est Camil conf. libr. m. p. 214. Quem Meidanius ad hoc proverbium citavit versum, aliam rem spectat. Conf. Schult. prov. Meid. p. 117.

١٨٦ أَجْرَأُ مِنْ لَيْثٍ بِخَفَّانَ

186. Audacior, quam leo in loco Chaffan appellato.

Chaffan nomen loci prope Cufam leonibus abundantis est. Cecinit Laila Alachjalijjah:

فَتًى هُوَ أَحْيَى مِنْ فَتَاةٍ حَيِيَّةٍ وَأَجْرَأُ مِنْ لَيْثٍ بِخَفَّانَ خَادِرِ

„Iuvenis pudentior quam puella pudica et audacior quam leo in loco Chaffan in latibulo vivens.“

Metrum versus Thawil est. Conf. libr. m. p. 161 sq. Conf. Schult. prov. Meid. p. 122 sq.

١٨٧ أَجْهَلُ مِنْ حِمَارٍ

187. Stupidior, quam Himarus.

Huiusce viri nomen erat Himar ben-Mowalik. Nec non proverbium de asino (حمار) adhiberi puto. Aliud est proverbium: اكفر من حمار „Incredulior, quam Himarus.“ Conf. Schult. prov. Meid. p. 147.

١٨٨ أَجْهَلُ مِنْ عَقْرَبٍ

188. Stupidior, quam scorpio.

Scorpio inter hominum pedes repens non videt et sæpe conculcatur. Pungit quoque res, quae laedi non possunt ut saxa etc.

١٨٩ أَجْهَلُ مِنْ رَاعِي ضَانٍ

189. Stupidior, quam ovium pastor.

Conf. prov. VI, 178. Conf. Schult. prov. Meid. p. 148.

١٩٠ أَجْفَى مِنَ الدَّهْرِ

190. Iniustior, quam tempus.

Conf. Schult. prov. Meid. p. 127.

١٩١ أَجْدَى مِنَ الْغَيْثِ فِي أَوَانِهِ

191. Utilior, quam pluvia suo tempore.

١٩٢ أَجْرَدُ مِنَ الْجَرَادِ

192. Voracior, quam locusta.

Nihil explicandi huius proverbii causa Hamsahus adnotavit. De vocabuli اجرد significatione interpretes non consentiunt. Quod si vocem cum loquendi modo: ارض مجرودة „terra, cuius plantas locustae depastae sunt“ cohærere putas, voracioris significatio ei inesse potest. Licet quoque voci tribuere infausti significationem, quippe quum رجل جارود „vir infaustus“ sit. Tertius interpretandi modus a جردت الشى „decorticavi rem“ desumtus est, ut sensus sit: Magis decorticans quam locusta. Conf. Schult. p. 122.

١٩٣ أَجْهَلُ مِنْ قَاضِى جُبَّلَ

193. Stupidior, quam iudex Djobbali.

Djobbal oppidi nomen est (in meo codice Djaboll) ad Tigridis ripam siti (Kam.) in regione Cascar, cuius urbs primaria Wasith est. Iudicem illum narrant litem diremisse, quum alter adversarius ad eum venisset, tum veniente altero, iudicium abrogasse. Conf. Schult. p. 150. conf. prov. 181.

١٩٤ أَجْوَرُ مِنْ قَاضِى سَدُوم

194. Iniustior, quam iudex Sadumi.

Sadum (Sodom), oppidi nomen a gente Lothi habitati fuisse, narrant. Alii potius سدوم Sadsum enunciandum esse, putant. Kamusi auctor oppidum provinciae Emessae fuisse adnotavit. Thabaritae autem sententia est, nomen fuisse regis iniusti ex posteris Graecorum, qui in loco Sarmin, provinciae Kinnesrin, sedem haberet. Duplici igitur modo legitur, aut „Iniustior quam اجور من سدوم Sadumus“ aut „Iniustior quam iudex اجور من قاضى سدوم oppidi Sadum appellati. Conf. Schult. p. 144.

Proverbia recentiora.

١٩٥ جَعَلَ بَطْنَهُ طَبْلا وَقَفَاهُ اصْطَبْلا

195. Ventrem suum tympanum, occiput suum stabulum fecit.

١٩٦ جَزَاءُ مُقَبِّلِ ٱلاسْتِ الضَّرَاطُ

196. Retributio eius, qui podicem osculatur, peditum est.

١٩٧ جَنَّةٌ تَرْعَاهَا خَنَازِيرُ

197. Hortus, quem sues depascuntur.

١٩٨ جَهْلٌ يَعُولُنِي خَيْرٌ مِنْ عَقْلٍ أَعُولُهُ

198 Ignorantia, quae me alit, melior est, quam prudentia, quam ego alo.

١٩٩ جَاءَ بِٱلدُّنْيَا يَسُوقُهَا

199. Adduxit mundum, eum propellens.

٢٠٠ جَاهُهُ جَاهُ كَلْبٍ مَمْطُورٍ فِي مَقْصُورَةِ الْجَامِعِ

200. Dignitas eius est dignitas canis pluvia adfecti in templi magni adyto.

٢٠١ جَدَّةٌ تَقْضِي الْعِدَّةَ

201. Avia, quae statum, in quo viro cum ea rem habere ex lege nefas, observat.

In senem, qui iuvenis more se gerit, dicitur.

٢٠٢ جَوَاهِرُ الْأَخْلَاقِ تَتَصَفَّحُهَا الْمُعَاشَرَةُ

202. Consortium naturae indoles conspicit.

٢٠٣ جَاءَ الْعِيَانُ فَأَلْوَى بِالْأَسَانِيدِ

203. Venit inspectio, quae oculis fuit, et alienae auctoritatis adlegationes abolevit.

٢٠٤ جَهْلُكَ أَشَدُّ مِنْ فَقْرِكَ

204. Ignorantia tua gravior est, quam paupertas tua.

٢٠٥ الْجَمَلُ فِي شَيْءٍ وَالْجَمَّالُ فِي شَيْءٍ

205. Camelus commodo est, et camelarius commodo est.

٢٠٦ الْجُلُّ خَيْرٌ مِنَ الْفَرَسِ

206. Tegumentum melius est, quam equus.

٢٠٧ الْجَالِبُ مَرْزُوقٌ وَالْمُحْتَكِرُ مَلْعُونٌ

207. Is, qui de loco in locum vaenum educit, res ad vitam necessarias a Deo accipit; is qui non vendens frumentum retinet, diris devotus est.

٢٠٨ الْجَدِّيَّةُ رِبْحٌ بِلَا رَأْسِ مَالٍ

208. Fortunae conditio est lucrum sine summa principali, quae lucro exponitur.

Vocabulum جدية fortunae conditionis significationem mihi habere videtur, nam جدية »pannus, qui sub sella ponitur,« non video, quomodo proverbii sensui conveniat.

٢٠٩ لِلْجَهْلِ مَوْتُ الأَحْيَاءِ

209. Ignorantia vivorum mors est.

٢١٠ لِلْجَرَّةِ لا تُشْتَرَى أَوْ تُلْطَمِ

210. Vas figlinum non emitur, prius quam manu percutitur.

Sensus proverbii est: priusquam vas figlinum emimus, manu id percutimus, ut ex sono cognoscamus, num rupturas habeat.

٢١١ اِجْلِسْ حَيْثُ يُؤْخَذُ بِيَدِكَ وَتُبَرُّ لا حَيْثُ يُؤْخَذُ بِرِجْلِكَ وَتُجَرُّ

211. Ibi sede, ubi manu tua arrepta tibi benefaciunt; non, ubi arrepto pede tuo traheris.

٢١٢ اِجْلِسْ حَيْثُ تَجْلِسُ

212. Sede ubi sedes.

Id est: Loco tibi destinato et conveniente sede.

٢١٣ أَجْلَسْتُ عَبْدِي فَاتَّكَا

213. Servum meum sedere iussi et cubuit.

٢١٤ أَجْرَأُ النَّاسِ عَلَى الأَسَدِ أَكْثَرُهُمْ بِهِ رُوْيَةً

214. Audacissimus hominum ad pugnandum contra leonem est is, qui eum saepissime conspexit.

٢١٥ جَاءَ عَلَى نَاقَةِ الْحَذَّاءِ

215. Advenit super camela calcearii.

Id est: pedibus incedens et calceis indutus advenit.

Caput VI.

Littera Ha.

١ حَرِّكْ لَهَا حُوَارَهَا تَحِنّ

1. Move ei (camelae) pullum suum parvum, desiderio eius adficietur.

Voce حوار cameli pullus appellatur usque ad tempus, quo ablactatus est. Proverbii sensus est: In mentem ei revoca quandam rem ipsi necessariam, ut ad eam impellatur. Ahmruus ben-Alahz proverbium hoc Moahwijjaho dixit, quum hic Syriae gentem in auxilium vocaret ei consilium dans, ut chalifae Ohtsmani vestem, in qua occisus esset, populo ostenderet. Samachschar. Proverbio metrum Sarih est. conf. l. m. p. 246.

٢ حَالَ الْجَرِيضُ دُونَ الْقَرِيضِ

2. Praefocatio intercessit carmini.

Vocabulum جريض est status angoris propter sputum, quod quis ob tristitiam et moerorem deglutit et inde dicitur: مات فلان جريضا »Moerore adflictus quidam mortuus est.« Verba proverbii Djauschano Cilabitae adscribuntur. Pater, haec enim proverbii origo fuisse narratur, filio sic appellato carmina dicere interdixerat, qua de causa iste tanta tristitia adfectus est, ut in morbum gravem incideret. Hoc videns pater carmen dicere filio permisit; sed puer proverbii

verba dixit significaturus statum suum impedire, quominus carmen dicat. conf. Samachschar. Kamus. At in codice Berolinensi et in Samachscharii opere proverbium hoc Ohbaidum ben-Abraz regi Almondsiro ben-Mäi-ssemäi dixisse legimus. Quum enim rex, Ohbaidum occidere in animo haberet, et, ut carmen diceret, postularet, Ohbaidus ista verba dixit. Proverbio is uti solet, qui impeditur, quominus rem postulatam perficiat. Conf. Harir. p. 130 sq.

٣ حَتَّ قِدْحٌ لَيْسَ مِنْهَا

3. Sonum edidit sagitta; ad eas non pertinet.

Sagittae, quae ludo inserviunt, e ligno arboris Nabah appellatae conficiuntur. Fit autem interdum, ut deficiens e ligno alius arboris paretur. Talis vero sagitta quum diversum sonum edat, eam ex earum numero non esse statim iudicant. Suffixum ها ad vocem القداح sagittae referendum est. In eum dicitur, qui originem falso sibi arrogat aut virtutem, qua ornatus non est, de se gloriatur. Verbis his Ohmarus usus est, quum Walidus ben-Ohkbah ben-Abi-Moaith die pugnae Bedr de se dixisset: اقتل من بين قريش »Occidar unus e Koraischitarum gente« significaturus, eum ad gentem Koraisch non pertinere. conf. Samachschar. Proverbio metrum Raml est. conf. l. m. p. 238.

٤ حَيَّاكَ مَنْ خَلَا فُوهُ

4. Te is salutet, cuius os vacuum est.

Ad virum edendo occupatum alterum, salutem qui diceret, transiise narrant. Edentem, quum salutem alteri reddere non posset, ista verba postea dixisse. Quibus proverbii verbis utuntur ad significandum, virum aliis rebus nimium occupatum esse, quam ut alterius rerum curam gerat. Samachschar.

٥ حَتْفُهَا تَحْمِلُ ضَأْنٌ بِأَظْلَافِهَا

5. Mortem suam ovis ungulis suis adducit.

Vir quidam ovem inveniens, quum instrumentum non haberet, quo eam mactaret, ovis ungulis e terra cultrum effodit. Alii ovis adeps, quam in corpore portet, in causa esse dicunt, cur mactetur. Proverbium de eo, qui sua culpa in interitum irruit, dicitur. Proverbium adhibuisse coram Mohammedo narrant Horaitsum ben-Hassan Schaibanitam. Adduxerat hic Kailam e gente Tamim oriundam ad prophetam rogans, ut ipsi regionem Aldahna adsignaret. Quod quum Mohammedes faceret et illa femina de eo male loqueretur, Horaitsus ei dixit: كنت انا وانت كما قيل حتفها تحمل ضان باظلافها »Nos, ego et tu eramus sicut dictum est: mortem suam adducit ovis ungulis suis.« Illius autem historiae Abu-l'Aswadus Aldauli versibus mentionem fecit:

فَلَا تَكُ مِثْلَ ٱلَّذِى ٱسْتَخْرَجَتْ ۔ بِأَظْلَافِهَا مُدْيَةً أَوْ بِفِيهَا

فَقَامَ إِلَيْهَا بِهَا ذَابِحٌ

»Ne igitur similis sis ei, quae ungulis suis vel ore suo cultrum eduxit et mactans cum eo ad eam accessit....«

Versus metrum Motakarib appellatum est. Conf. l. m. p. 281 sq. Samachschar.

٦ حَدِّثْ حَدِيثَيْنِ مِنْ امْرَأَةٍ فَإِنْ لَمْ تَفْهَمْ فَأَرْبَعَةً

6. Mulieri rem bis dicas, et si non intelligit, quater.

Vocabulum حديثين »sermones duos« hoc loco sermonem repetitum, ut melius intelligatur, significat. Legitur quoque فاربعة tum abstine! Abu-Saihdus autem dixit: فان لم تفهم بعد الاربعة فالمربعة »Et si non intelligit post quatuor (sermones); tum baculum (adhibe).« De eo dicitur, qui male audit et perverse respondet. Samachschar.

٧ حَلَبَتْ حَلْبَتَهَا ثُمَّ أَقْعَتْ

7. Pluviam tenuem emisit (nubes), tum cessavit.

Legitur quoque جلبت جلبة. De hoc proverbio conf. C. V, 10. cl. Bertheaui pr. p. 15 text. Ar. et Samachscharium, qui vocem جلبة clamor de nubis tonitru dictam esse contendit.

٨ حَلَأَتْ حَالِبَةٌ عن كُوعِها

8. Carne nudavit femina pellem mundans extremitatem ossis, qua parte pollicem attingit.

Mulier pellis interius latus a sordibus mundans aut ob nimiam festinationem aut quod rem non bene callet, istam manus partem laedit. Praepositionem عن ob sensum, qui verbo inest, adhibuit, quasi dixerit: قشرت اللحم عن كوعها »Denudavit carne os illud.« De eo adhibetur, qui rem, quam non bene callet, peragit. Samachscharius autem, in cuius codice scribae ob negligentiam proverbium omissum est, et intelligendi et legendi proverbii aliam rationem adnotavit, sic enim legitur. Sensus est: Transgreditur illa in mundando ad os illud; adhibetur de se defendente. Legitur quoque: حزت حازّة كوعها »Resecat secans partem ossis eius.« Designat virum re ita occupatum, ut alius nullam rationem habeat. Conf. prov. 81.

٩ حَلَبْتُهَا بِالسَّاعِدِ الْأَشَدِّ

9. Brachio validissimo eam mulsi.

Proverbio metrum Sarih est. conf. l. m. p. 246. Sensus est: Vi eam cepi, quum lenitati non cederet. Samachscharius dicit, hoc adhiberi de viro, qui rei par sit.

١٠ حَنَّتْ وَلَاتَ هَنَّتْ وَأَنَّى لَكَ مَقْرُوعٌ

10. Desiderio adfecta est; sed non est tempus desiderii; et unde tibi Makruhus (erit)?

Alhaidjumanijja filia Alahnbarii Ahbd-Schemsum ben-Sahd, cui Makruhi cognomen erat, amabat. Illa quodam die certior facta, Ahbd-Schemsum in regiones gentis incursionem facturum esse, rem patri suo indicavit. Pater gentem convocans nuntium exposuit. Masinus autem ben-Malic ben-Ahmru de re dubitans verba ista dixit, quibus hic sensus inest: „Amat, sed non est tempus amandi, et quomodo Makruho potieris? Post vocem لات omissum esse dicunt حين, nam in vocibus saepissime adhibitis, etiamsi una omissa, sensus facile cognosci possit. At sunt alii, qui لات هنت pro لا تهنات »ne laeteris!« dictum esse contendant. Fusius quidem rem Almofadhdhelus exposuit, sed quum nil ad sensum proverbii explicandum faciant, ea hic loci omisi, quae ad proverbium C. XXIII, 379. melius adferentur. conf. C. XXV, 35. Samachscharius dixit, proverbium adhiberi de optante, qui spem potiundi abiecerit.

11 حَسْبُكَ مِنْ شَرٍّ سَمَاعُهُ

11. Satis tibi est, malum audire.

Id est: contentus sis malum audire et non oculis videre vel: Satis tibi est malum audire, etsi non peregeris. Proverbium hoc matri Alrahbii ben-Sijad Absitæ, cuius nomen Fathimah filia Alchorschobi e gente Banu-Anmar ben-Baghid fuisse dicitur, adscribunt. Alrahbius a Kaiso ben-Sohair ben-Djasimah loricam acceperat. Kaisus autem Alrahbii matrem in camelo vehentem tanquam pignus, ut loricam recuperaret, secum abducere volebat. At illa: quae est mens tua, ut matrem gentis Banu-Sijad, quacum tibi pax est, huc illuc abducere vis? In hominum vituperationem necesse est, venias et satis tibi est malum audire; nam hominum vituperatio, et si sine causa est, tamen homini dedecori est. In dedecore et hominum vituperatione proverbium adhibent. Cecinit mulier quædam:

سَأَبْذُلُ بِنَا فِي قَوْمِنَا وَلْيَكْفِ مِنْ شَرٍّ سَمَاعُهُ

»Interroga de nobis gentem nostram et iam sufficiat malum audire.«

Metrum versus Camil appellatum est. Conf. l. m. p. 215.

١٢ حِفْظًا مِنْ كَالِئِكَ

12. Custodi te a custode tuo!

Accusativus حفظا ab omisso verbo dependet ex. gr. الزم permane. Proverbii sensus est: Ne ab eo, in quo fiduciam ponis, securus sis. Samachsch.

١٣ حَدِيثُ خُرَافَةَ

13. Narratio Chorafahi.

Virum, cui nomen Chorafahus esset, aliquot tempus inter daemones vixisse narrant. Qui quum ad suos rediisset, plura de daemonibus narravit, quibus nulla fides haberetur. Quapropter res incredibilis narratio Chorafahi appellabatur. conf. Kam. Samachschar.

١٤ أُحْلُبْ حَلْبًا لَكَ شَطْرُهُ

14. Mulge, et tibi dimidia eius pars.

Proverbium ad petendum et adiuvandum nos incitat, ut rei dimidiam portionem accipiamus. Meid. Scharaf-Aldin. Djeuh.

١٥ حَذْوَ الْقُذَّةِ بِالْقُذَّةِ

15. Quemadmodum una in ala sagittae pluma alteri aequalis est.

Id est: Aequali modo. Duas res omnino aequales esse, proverbium indicat. Eodem modo dicitur: حذو النعل بالنعل »ut calceus calceo æqualis est.« Qui voci حذو accusativi casum tribuit, is verbum حذيا supplendum esse putat; qui nominativi casum esse statuit, هما subintelligi vult.

١٦ حِلْمِي أَصَمُّ وَأُذْنِي غَيْرُ صَمَّاءَ

16. Intelligentia mea surda est, sed aures meæ surdae non sunt.

Id est: Intelligentia mea me commovet, ut verba turpia me non audire simulem. Ex versu hocce desumtum esse proverbium, dixit Samachscharius:

قُلْ مَا بَدَا لَكَ مِنْ زُورٍ وَمِنْ كَذِبٍ حِلْمِي أَصَمُّ وَمَا أُذْنِي بِصَمَّاءِ

»Dic, quae tibi videntur, falsa et mendacia; intelligentia mea surda est et auris mea surda non est.«

Versus metrum Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190.

١٧ حُورٌ فِي مَحَارَةٍ

17. Detrimentum in detrimento.

Ibn-Alahrabius enunciasse dicitur حَوْر. Hoc de magno malo adhibetur. Kamusi auctor cum vocali Fata aut Dhamma enunciari dixit. Adhiberi proverbium de eo, cuius opes decrescant aut cuius res non bene se habeant, aut cuius res perturbatae sint, postquam bene se habuerint.

١٨ حَلَبَ ٱلدَّهْرَ أَشْطُرَهُ

18. Mulsit tempus (scilicet bina ubera) unum post alterum.

Vocabulum أشطر appositionis locum tenet, et quasi explicandae vocis الدهر gratia additum est. Loquendi autem modus a camela desumtus, cuius bina ubera unum post alterum mulgentur, in tempus translatus est. Omnes res tam bonas, quam malas, virum expertum esse, proverbium significat. Conf. Djeuh. Plures poetae proverbio usi sunt. Sic in hoc versu poeta:

حَلَبْتُ الدَّهْرَ أَشْطُرَهُ غُلَامًا وَأَشْيَبَ حِينَ حَلَّ بِيَ ٱلْقَتِيرُ

»Mulsi temporis dimidiam partem, iuvenis et senex tempore, quo canities mihi supervenit.«

Metrum versus Wafir appellatum est. Conf. libr. m. p. 204. Samachschar.

١٩ حَسْبُكَ مِنْ غِنًى شِبَعٌ وَرِيُّ

19. Opibus contentus sis tantis, ut te satiare et sitim explere possis.

Proverbium Amru'l'Kaiso adscribitur, qui hos cecinit versus:

إِذَا مَا لَمْ يَكُنْ إِبِلٌ فَمِعْزَى كَأَنَّ قُرُونَ جِلَّتِهَا ٱلْعِصِيُّ

فَتَمْلَأُ بَيْتَنَا أَقِطًا وَسَمْنًا وَحَسْبُكَ مِنْ غِنًى شِبَعٌ وَرِيُّ

»Quum non sunt cameli; sed caprae, ex quibus annosae cornua baculis similia habent, domum nostram lacte schisto et butyro implent; et satis divitiarum est, si satiare te potes et sitim explere.«

Versuum metrum Wafir appellatum est. conf. libr. m. p. 204. Abu-Ohbaidus duplicem haec verba admittere sensum dixit sc. aut omnia, quae ultra istum satietatis finem sunt, dono aliis des aut pauco contentus sis. Sunt, qui illum praeferendum esse putent, quia haec cogitandi ratio in aliis eiusdem poetae versibus reperiatur.

٢٠ حَسْبُكَ مِنَ ٱلْقِلَادَةِ مَا أَحَاطَ بِٱلْعُنُقِ

20. Contentus sis torquis parte, quae collum cingit.

In magna re parte eius parva tibi necessaria contentus sis. Ohkaibus ben-Ohlfah interrogatus, cur non longiore satyra inimicos perstringeret, hisce verbis respondit. Samachschar.

٢١ حَبْلُكَ عَلَى غَارِبِكَ

21. Funis tuus super gibbi tui vertice est.

Hic loquendi modus a camelo in mulierem translatus est, quae repudio dimittitur. Sensus est: Abi, quo vis! Camelo, si pastum dimittitur, in gibbi verticem habenam proiiciunt. Conf. Kam. Djeuh. Cecinit poeta Alnimr ben-Taulab appellatus:

فَلَمَّا عَصَيْتُ ٱلْعَاذِلِينَ وَلَمْ أُطِعْ مَقَالَتَهُمْ أَلْقَوْا عَلَى غَارِبِي حَبْلِي

»Quum vituperatoribus obsequium non praestassem, eorumque sermoni non obedivissem, funem meum super gibbi mei verticem proiecerunt.«

Versus metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161. Proverbium rem ab uno relictam esse, ut alter in ea libere agat, significat.

٢٢ حُبُّكَ الشَّيْءَ يُعْمِي وَيُصِمُّ

22. Amor, quo rem amas, caecum et surdum reddit.

Amor rei impedit, quominus eius vitia videas; aut quæ alii dicant, audias. Proverbium Abu-l'Dardao adscribitur. Samachschar.

٢٣ حَدَثٌ مِنْ فِيكَ كَحَدَثٍ مِنْ فَرْجِكَ

23. Excrementum ex ore tuo est simile excremento ex pudendis tuis.

Sermo turpis et foedus excremento comparandus est. Proverbio hoc Ebn-Ahbbasus et Ajescha usi sunt. Scharaf-Aldinus et Samachscharius proverbium sic adnotarunt: الحدث حدثان حدث من فيك وحدث من فرجك „Merda est duplicis generis, merda ex ore tuo et merda ex pudendis tuis.“

٢٤ حَبِيبٌ إِلَى عَبْدٍ مَنْ كَدَّهُ

24. Servum qui molestia adfecit, eum amat (servus).

Quod si vilem, quemadmodum eius natura postulat, vile tractas, commodo tibi erit. Conf. prov. 42, et C. I, 30.

٢٥ حَسَنٌ فِي كُلِّ عَيْنٍ مَا تَوَدُّ

25. Quod oculus amat, id ei pulchrum videtur. Conf. prov. 22.

٢٦ حَتَنَى لَا خَيْرَ فِي سَهْمٍ زَلِجٍ

26. Aequalitas; non est bonum in sagitta, quae ex arcu delabitur.

Vocabulo حتنى a forma احتتن derivando, quippe quum dicatur: وقع النبل بحتنى „sagittae aequaliter cecide-runt,“ aut nominativi casus tribui potest, ut sit praedica-tum subiecti هذا omissi, aut accusativi casus, ut suppleatur verbum احتتنا „aequalitatem (inter nos) constituimus.“ Tum legitur زلج et زلج. Priori Allaitsus „omnibus viribus in iacienda sagitta utendi, ut scopum non feriens ultra decidat,“ significationem tribuit. De vocabulo زلج autem est duplex interpretum sententia. سهم زلج aut ea sagitta est, quae, quum glabra sit, ab arcu delabitur aut, sagitta, quae ante scopum lapidem in terra iacentem tangens inde se tollit et scopum ferit. Haec autem sagitta in certamine pro nulla habetur. Sensus est: Aequales sumus, tu nil mihi praestas. Proverbio autem utuntur ad significandos aequales homines, ut alter alteri non praestet. Scharaf-Aldinus et Samachscharius sic proverhium adnotarunt: „Aequalitas est, bonum non est الحتنى لا خير فى سهم زلج in sagitta, quae terram tangens scopum ferit.“

٢٧ حِرَّةٌ تَحْتَ قِرَّةٍ

27. Sitis sub frigore.

Proverbio metrum Chafif est. conf. libr. m. p. **263** sq. Arabes dicunt, homines siti vehementissima die frigido ad-fici. In eum dicitur, qui amicitiam ostendens, animo iram odiumque occultat.

٢٨ الحَرْبُ خَدْعَةٌ

28. Bellum deceptor est.

Vocabulum خدعة vocalibus variis instructum varium

sensum præbet. Si خدعة cum Fata effers, nomen vicis deceptio una est, a خدع i. e. Si pugnator una vice adversarium decipit, eum vincet et in fugam coniiciet; sin vero خدعة cum Dhamma effers, nomen est, i. e. in bello adversarius decipitur. At vero quem secutus sum scribendi modum ab Alcesaïo adnotatum, is omnino praeferendus videtur, ut bello ipsi agendi ratio tribuatur, quippe quum multos decipiat. De omni re, quae astutiâ perficienda est, adhibetur. Samachschar. Scharaf-Aldin.

٢٩ اَلْحَدِيثُ ذُو شُجُونٍ

29. Narratio plures vias (scopos) habet.

De narratione, qua alia in mentem revocatur, proverbium adhibent. Proverbium hoc Dhabbaho ben-Odd ben-Thabichah ben-Aljas ben-Modhar adscribitur. Miserat filios duos Sahdum et Soaihdum, ut camelos amissos quaererent. Sahdus camelos reduxit et Soaihdus a viro Alharts ben-Cahb appellato, quum duas vestes pretiosas, quibus indutus erat, illi postulanti dare recusasset, occisus est. Dhabbahus autem de filio suo semper cogitans, quotiescunque noctu rem nigram videret, dicere solebat: أسعد أم سعيد „Utrum Sahdus an Soaihdus est?“ quae verba postea in proverbium venientia de felici successu et frustratione adhibentur. Aliquo tempore post Alhartsum ben-Cahb illis vestibus ornatum in nundinis, quae loco Ohcats mense sacro habebantur, Aldhabbahus conspexit. Virum igitur interrogavit, unde vestes illas accepisset. Respondit, se adolescentem vidisse vestibus his tectum et postulasse, ut ipsi vestes daret. Quod quum facere recusasset, se eum occidisse. Pater, num eo, quo cinctus es, gladio eum occidisti? interrogavit. Altero rem affirmante, pater, ut sibi gladium ostenderet, se enim gladium acutum esse, putare, rogavit, et acceptum gladium movens et proverbii verba dicens eum occidit. Adstantibus autem, qui mense

sacro hoc facientem vituperarent, dixit: سبق السيف العذل »Gladius reprehensionem praecessit,« quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Conf. C. XII, 1. Poeta Ferasdakus in versu hoc rei mentionem fecit:

وَلَا تَأْمَنَنَّ الْحَرْبَ إِنَّ اسْتِعَارَهَا كَضَبَّةَ إِذْ قَالَ الْحَدِيثُ شُجُونُ

»Ne a bello securus sis, nam bellum accenditur, quemadmodum Dhabbahus fecit, quum diceret. Narratio plures vias habet.«

Versus metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161. Abu-Becrus Ahlius ben-Alhasan Alkohestani versui huic, cui metrum Thawil est, duo proverbia pulchre inseruit:

تَذَكَّرَ نَجْدًا وَالْحَدِيثُ شُجُونُ فَجُنَّ اشْتِيَاقًا وَالْجُنُونُ فُنُونُ

»Regionis Nedjd recordatus est et narratio vias habet, tum desiderio insanus fuit, et insania varia est.«

٣٠ حُوتًا تُمَاقِسُ

30. Cum pisce magno, uter alterum demergat, certas.

De viro versuto dicitur, qui alteri aequali adversatur. Cecinit poeta:

إِنْ تَكُ سَبَّاحًا فَإِنِّي لَسَابِحٌ وَإِنْ تَكُ غَوَّاصًا فَحُوتًا تُمَاقِسُ

»Si natator es, et ego natans sum; et si urinator es, cum pisce magno certas.«

Metrum versus Thawil appellatum est. Conf. libr. m. p. 161.

٣١ حَدَسَ لَهُمْ بِمُطْفِئَةِ الرَّضْفِ

31. Mactavit iis (ovem), qua exstingueretur lapis candens.

Vocabulum حدس significat »in latus ovem deposuit, ut mactaretur.« Lihjanita proverbii sensum esse putavit: »Mactavit eis ovem emaciatam, qua ignis exstingueretur;« alii autem contrarium admittunt sensum; nempe lapidem

ignitum, super quo carnes assare solent, adipe exstinguentem ovem. Tum quoque verbo حدس significationem liberalis fuit tribuunt, ut sensus sit: »Dono iis dedit (ovem), qua lapis candens exstingueretur.« Abu-Saidus autem paulo diversam proverbii lectionem adtulit حدسهم بمطفئة الرضف

٣٢ حَرَامُهُ يَرْكَبُ مَنْ لَا حَلَالَ لَهُ

32. In illicito suo (camelo) is vehitur, cui licitus non est.

Djobailahus ben-Ahbd-Allah in Djorajjahi ben-Ahmir camelos die Masluk pugna inter Arabes celebri incursionem fecerat. Omnes abegit praeter unam, in qua vehi ex Arabum ante Mohammedem more nefas erat. Camelorum possessor, quum de re certior factus esset, camelorum raptores persecuturus, sororis filio, qui camelos illos pastum duxerat, ut camelam illam relictam ipsi adduceret, imperavit. At ille se excusans, illam camelam esse rem illicitam, dixit. Djorajjahus responsum dedit, proverbii verbis utens, quibus significaret, hominem ad rem sibi ingratam, necessitate iubente, cogi. Scharaf-Aldinus et Samachscharius, qui proverbium sic adnotarunt: لحرام يركب من لا حلال له »Illicito vehitur is, cui licitus non est,« dixerunt, adhiberi ad significandum paucis contentum animum, quum multa non habeas.

٣٣ لَحُسْنٍ أَحْمَرُ

33. Pulchritudo est rubra.

Sunt qui vocabulo احمر »ruber,« vehementis, gravis significationem tribuant, dicitur enim: موت احمر »mors rubra« i. e. gravis, ut proverbii sensus sit: Qui pulchritudinem petit, molestias perferre debet. Alii autem pulchritudinem in colore rubro consistere dixerunt. Alasharius denique contendit, voce احمر album significari. Arabes

Persiae et Graeciae incolas rubros appellasse, quibus color albus esset.

٣٤ حَانِيَةٌ مُخْتَضِبَةٌ

34. Vidua ob amorem in liberos secundas nuptias recusans, quae manus suas pingit.

Codex meus متخضبة, cod. L. فتخضبت habet. Sensus idem est. Mulier quaedam marito defuncto tantum in liberos amorem affectabat, ut secundas nuptias se inituram non esse diceret. Quae quum eodem tempore manus suas pingeret, homines de veritate dicti dubitantes, proverbii verba pronuntiarunt. De eo adhibetur, cuius agendi ratio nobis suspecta est. Meid. Samachschar.

٣٥ حَمِيمُ ٱلرَّجُلِ وَاصِلُهُ

35. Propinquus viri est is, qui cum eo coniunctus est.

Primus, qui verba haec dixerit, Alchonabisus ben-Almokannah fuisse traditur. Vir quidam Cilab ben-Farih appellatus oves pastum duxerat et quum leonem in gregem irrumpentem repellere vellet, prostratus erat. Accidit autem, ut momento, quo leo super Cilabo insideret, duo viri accederent, alter Chonaberus ben-Morrah, Cilabi propinquus, alter Hauschab appellatus. Chonaberus, a Cilabo in auxilium vocatus, equum deflexit eumque deseruit, Hauschabus autem impetum in leonem faciens auxilium tulit, et virum liberavit. Cilabus gratias agens dixit: »Tu es propinquus meus, Chonaberus non est,« et ad gentem eum adducens eadem repetivit verba. Aliquo tempore post Cilabus mortem obiit. Hauschabus, quem defunctus ille coram gente sua propinquum appellaverat et Chonaberus, qui re vera defuncti propinquus erat, inter se de haereditate litigabant. Res ad Alchonabisum, qui tum temporis inter gentem suam dominio utebatur, delata est. Adhibiti testes quum defuncti verba: »hic est propinquus meus et

non Chonaberus,« se audivisse dicerent, Hauschabo haereditatis ius adiudicavit, verba illa dicens, quae postea in proverbium venerunt. Samachscharius proverbium sic adnotavit: حبيب المرء واصله. Idem sensus est. Propinquum tuendum esse, docet proverbium.

٣٦ حِبُّ اِلَى عَبْدٍ مُحْكَدُهُ

36. Servus originis suae amans est.

Alius proverbii legendi modus, quem Samachscharius secutus est, reperitur, sc. حبيب الى عبد سوء محكده »Servus pravus originem suam amat.« De eo dicitur, qui rei ipsum dedecore adficientis cupidus est. Aliis autem proverbii sensus hic esse videtur: Originem suam ipse servus pravus amat.

٣٧ اُحْمِلِ الْعَبْدَ على فَرَسٍ فَاِنْ هَلَكَ هَلَكَ وَاِنْ عَاشَ فَلَكَ

37. Servum equo imponas; si perit, perit; sin vivit, tibi erit (commodo).

In omni re adhibetur, quam homo parvi facit, ut eam periculo exponat.

٣٨ حَدَّثَنى فَاهُ اِلَى فِيَّ

38. Verba mihi fecit os ori meo prope admovens.

Accusativus فاه ex omisso جاعلا ponens pendere putatur. Coram et nullo intercerdente mecum locutus est.

٣٩ حَوِّلْها مِنْ ظَهْرِكَ اِلَى بَطْنِكَ

39. Eam (rem) a dorso tuo ad ventrem tuum transfer!

Suffixum ها ad vocabulum خطة res, negotium referendum est. Proverbii sensus est: Rem tuam in propinquum tuum transfer et salva erit. Abulfed. Ann. I, 144.

٤٠ أَحْشُكَ وتَرُوثُنِي

40. Foenum tibi porrigo et tu me fimo conspurcas.

Beneficia in te confero, et tu mihi malefacis. Vocem تروثني pro على تروث positam esse dicunt. Legitur quoque احسك وتروثني »Strigili a sordibus te mundo et tu fimo me conspurcas.«

٤١ أَحْلَبَتْ نَاقَتُكَ أَمْ أَجْلَبَتْ

41. Utrum pullos feminas parit camela tua, an mares?

Malum optantes dicunt: لا احلبت ولا اجلبت »Neque camelos pullos feminei sexus parientes neque mares parientes habeas!

٤٢ أَحَادِيثُ ٱلضَّبُعِ أَسْتَهَا

42. Narrationes hyaenae podici suo explicatae.

Narrant hyaenam se volutare super solo, tum in pedibus posterioribus sedentem capite versus podicem inclinato nulli intelligibilia tanquam verba proferre. De eo proverbium adhibent, qui omnia confundens, ut intelligi nequeat, loquitur. conf. prov. 120.

٤٣ أَحَبُّ أَهْلِ ٱلْكَلْبِ إِلَيْهِ ٱلطَّاعِنُ

43. Canis ex omnibus gentis suae hominibus maxime diligit iter facientem.

Fieri enim potest, ut iter facientis iumentum pereat et cani cibo inserviat. In eum dicitur, qui familiae honorem parum defendit, sed commodum tantum suum sequitur.

٤٤ أَحَبُّ أَهْلِ ٱلْكَلْبِ إِلَيْهِ خَانِقُهُ

44. Canis inter omnes maxime amat ipsum strangulantem.

In vilem dicitur, quem si honore adficis, tibi adversatur. Conf. prov. 24. et C. I. 30. Samachscharius et Scharaf-Aldinus proverbium sic adnotarunt: احب الكلب خانقه »Amat canis ipsum strangulantem.«

٤٥ حَلَّقَتْ بِهِ عَنْقَاءُ مُغْرِبٌ

45. Abstulit eum gryps longe remotus.

Quendam periisse, proverbium significat. Vocabulum عنقاء apud Arabes avem magnam, fabulosam, ab hominibus longe remotam significat. Conf. C. XVI, 2.

٤٦ حِذَا حِذَا وَرَاكَ بُنْدُقَةُ

46. Hida Hida! post te est Bondokah.

Voces حذاء حذاء proprio cum Hamza enunciandae sunt. A nonnullis Hamza in proverbio omittitur. Alscharfius ben-Alkathami dixit, Hidaam ben-Namirah ben-Sahd, gentem in oppido Cufa habitantem, in gentem Bondokah ben-Mathsthsah in regione Jemen habitantem incursionem fecisse; tum vero vice versa hanc incursionem facientem, illam omnino perdidisse. (Conf. Kamus. et Djeuh.) In eum dicitur, qui prudentem se esse putans a prudentiore invaditur. Abu-Ohbaidahus autem vocabulo حذاء milvum, et vocabulo بندقة globulum, quo petitur, significari, contendit. (conf. Harir. 461). Proverbium homines monere, ut caveant.

٤٧ حَيْثُ مَا سَاءَكَ فَالْعُكْلِيُّ فِيهِ

47. Ubicunque tibi displicet, in eo Ohclita est.

Alsibrikanum ben-Badr, cuius mater e gente Ohcal esset, cum avunculis suis degisse oves pascentem narrant. Avunculus eius experiendi causa sese ei obtulerat vespera, manibus, quas in vestimenti مدرعة appellati manus immiserat, extensis, ut timorem ei iniiceret. Sibrikanus autem

nullo timore perculsus, quis est? recedat! dicens, quum avunculus non recederet, eum sagitta transfixit. Tum autem accedens, avunculum agnovit et verba ista, quae postea in proverbii consuetudinem venerunt, dixit.

٤٨ حَلَّ بِوَادٍ ضَبُّهُ مَكُونُ

48. Descendit in valle, cuius lacertae ovis foecundae sunt.

Codices Berolinensis et Pocock. habent ضبة, ut vertatur „Descendit in valle ovis foecunda lacerta.“ De eo dicitur, qui ad hominem opulentum, commode viventem devertit. Proverbio metrum Sarih est. conf. l. m. p. 246.

٤٩ حَمِدَ إِذَا ٱسْتَغْنَيْتَ كَانَ أَكْرَمَ

49. Laus, quum contentus es, nobilior est.

Quod si virum rem rogasti, et hic rem tibi dedit, contento animo laude ei gratias age; nam ista laus te esse nobilem probabit. Proverbium ad metrum Redjes revocari potest. conf. l. m. p. 231.

٥٠ حَدُّ أُكَامٍ وَٱنْصِرَادٌ وَغَسَمْ

50. Extremitas collis parvae et frigoris dolor et tenebrae.

Proverbio metrum Redjes est. conf. l. m. p. 230. Vocabulum انصراد, quod nonnisi hoc in loco legitur, et de quo, num rectum sit, interpretes dubitant, frigore adfici significare videtur. Verba haec, quae vir de male agendi ratione uxoris suae questus dixit, in eum quadrant, qui re implicitus est, ex qua, omnis generis molestias percipiens, se expedire nescit.

٥١ حَنْظَلَةُ لِلْجَرَّاحِ لَيْسَتْ لِلَعِبِ

51. Colocynthis chirurgi non est lusui.

Similis, quae proverbii verbis est, ratio inest verbis: فلان لا يلعب بحنظلته »Cuiusdam colocynthis lusui non inservit“ Difficilem accessu virum designat.“ Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Conf. l. m. p. 230.

٥٢ حَوْبَكَ هَلْ يُعْتَمُ بِٱلسَّمَارِ

52. Age! num cunctabitur quis adferre lac multa aqua mixtum?

Voce حوب cameli increpantur, quae in proverbio in hominem transfertur. In eum dicitur, qui dare cunctatus parum tantum dat. Proverbio metrum Sarih est. conf. l. m. p. 246.

٥٣ أَحْبَضَ وَهْوَ يَدْعِيهِ مَخْطَا

53. Ita iecit, ut ante scopum in terram sagitta decideret; contendit vero, eam (sagittam) scopum transfixisse.

Meidanius vocabulo حبض „decidit ante manum iaculatoris sagitta,“ significationem tribuit. Vox مخط secundi obiecti locum tenet. Proverbio metrum Redjes est. conf. l. m. p. 230. In eum quadrat, qui, quum male fecerit rem, eam bene se fecisse dicit.

٥٤ حَيِّ بَيْتٍ يَبْتَغِي زَادَ ٱلسَّفَرِ

54. Domi manens itineris commeatum desiderat.

Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. De eo dicitur, qui rem ipsi haud necessariam petit.

٥٥ حَيْضَةٌ حَسْنَاءُ لَيْسَتْ تُمْلَكُ

55. Menstruum pulchrae contineri non potest.

Quemadmodum femina pulchra, quod menstruum sanguinem continere non potest, non vituperatur; sic vir pulchris animi dotibus praeditus, quod semel peccavit, condemnandus non est.

٥٦ أَحْمَقُ يَمْطَخُ ٱلْمَآءَ

56. Stultus aquam lambit.

Simili modo dicunt: احمق من لاعق الماء „Stultior, quam aquam lambens.“ Proverbii causam in eo video, quod bestiae lambendo bibunt.

٥٧ اُحْتَلِبْ فَرْوَةَ

57. Mulge Farwam!

Virum quendam narrant servo suo, ut camelam, cui Ferwa nomen esset, mulgeret, imperasse, et servum dixisse, lacte caret. Alii autem contendunt, virum istum, hominibus eo, quod tanquam فاروه „et potum praebe“ vocem istam efferret, opinionem afferre voluisse, servo mandatum potus praebendi datum esse. In eum proverbium quadrat, qui male agens bene facientis speciem praebet. In Scharaf-Aldini libro ita scriptum est, ut vertatur „Mulsit Ferwam.

٥٨ حَتَّى يَرْجِعَ ٱلسَّهْمُ على فُوقِهِ

58. Donec sagitta ad crenam suam redit.

De re, quae fieri nequit et absurda est, adhibetur.

٥٩ حَتَّى يَرْجِعَ ٱلدَّرُّ فِى ٱلضَّرْعِ

59. Donec lac emissum in mammam redit.

Eadem huius, quae proverbio praecedenti, ratio est.

٦٠ حَيْنٌ ومَنْ يَمْلِكُ مِقْدَارَ الحَيْنِ

60. Fatum hoc est et quis fati decretum regnat?

Dicitur hoc proverbium, cui metrum Sarih est (conf l. m. p. 246), quando interitus homini imminet.

٦١ حَافِظْ عَلَى الصَّدِيقِ وَلَوْ فِي الحَرِيقِ

61. Custodi amicum, et si in incendio sit!

Proverbium, ut amicitiae officia omni modo et summo cum periculo exsequamur, nos hortatur.

٦٢ أَحَقُّ الْخَيْلِ بِالرَّكْضِ الْمُعَارُ

62. Dignissimus, quem ad cursum vehementem incites, equus commodatus est.

Vocabulum معار a voce عارية „commodata res, non propria“ derivant, et hunc verborum sensum esse, ex versu praecedente concludunt. Sic enim equum describens Bascharus ben-Abi-Hasim cecinit:

كَأَنَّ خَفِيفَ مَنْخَرِهِ إِذَا مَا كَتَمْنَ الرَّبْوَ كِيرٌ مُسْتَعَارُ

وَجَدْنَا فِي كِتَابِ بَنِي تَمِيمٍ أَحَقُّ الْخَيْلِ بِالرَّكْضِ الْمُعَارُ

„Quasi tenues nares eius, quando gravem anhelitum abscondunt, folles mutuati sint. Invenimus in libro gentis Banu-Tamim: Equus dignissimus, ut ad celerem cursum adigatur, mutuo acceptus est[1].“

Sed si, quae a lexicographis voci معار „gracilis et tenuem habens caudam“ tribuitur significatio, vera est, haec mihi multum praeferenda videtur, sunt enim haec praestantiae signa. Alii autem vocabulo معار pinguefacti significationem tribuunt, hunc recitantes versum:

أَعِيرُوا خَيْلَكُمْ ثُمَّ ارْكُضُوهَا أَحَقُّ الْخَيْلِ بِالرَّكْضِ الْمُعَارُ

„Pinguefacite equos vestros, tum ad cursum celerem eos adigite! Dignissimus, qui ad cursum celerem adigatur, equus pinguefactus est.“

Metrum versus Wafir est. Conf. l. m. p. 204. Non autem est silentio praetermittendum, esse, qui المغار enuncient voci significationem gracilis facti المضمر tribuentes. Meidanius talem vocabuli explicandi modum adtulit,

1) Metrum versuum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204.

dum vocabulum معار a verbo عار Fut. يعير „abiit, huc illuc vagatus fuit (equus),“ derivat, ut معار equus sit, qui a domino suo incitatur, ut huc illuc vagetur. Vocibus igitur illis hic sensus inest „quamdiu equus a domino suo incitatur, ut huc illuc vagetur, dignissimus est, qui celeriter currat.“ Proverbium hemistichium versus Wafir est. Conf. Scharaf-Aldin. et Samachschar.

٦٣ اِحْتَرِسْ مِنَ الْعَيْنِ فَوَاللّٰهِ لَهِيَ أَنْمَرُ عَلَيْكَ مِنَ اللِّسَانِ

63. Ab oculo cave, nam ille te magis prodit, quam lingua.

Proverbio hoc Chalidus ben-Zafwan usus est. Cecinit poeta:

لَا جَزَى اللّٰهُ دَمْعَ عَيْنِيَ خَيْرًا بَلْ جَزَا اللّٰهُ كُلَّ خَيْرٍ لِسَانِي

نَمَّ طَرْفِي فَلَيْسَ يَكْتُمُ شَيْاءً وَوَجَدْتُ اللِّسَانَ ذَا كِتْمَانِ

كُنْتُ مِثْلَ الْكِتَابِ أُخْفِيهِ طَيًّا فَاسْتَدَلُّوا عَلَيْهِ بِالْعُنْوَانِ

„Ne remuneretur Deus oculi mei lacrymas bono, potius remuneretur bono Deus linguam meam. Calumniatus est intuitus meus nil celans; sed linguam res celantem inveni. Similis eram libro, qui convolutus interna occultat; sed ex titulo eum cognoscere studebant.“

Versus sunt amantis cuiusdam. Metrum Chafif appellatum est. Conf. libr. m. p. 262.

٦٤ حُلَّ عَنْكَ فَاظْعَنْ

64. Surge et abi!

Apud vocem حل solve vocabulum حيوتك amiculum tuum, supplendum est. Proverbium, ut, appropinquante malo, remedium et fuga quaeratur, monet.

٦٥ اَحَادِيثُ الصُّمِّ اِذَا سَكَرُوا

65. Surdorum sermones, quum ebrii sunt.

In eum dicitur, qui se excusans modo vano multa et confusa verba profert.

٦٦ أَحَادِيثُ طَسْمٍ وَأَحْلَامُهَا

66, Narrationes gentis Thesm et eius somnia.

Nomine طسم gens Ahditarum, quae periit, appellatur c. Pocock. spec. hist. Ar. p. 38. ed. pr. Res omni veritate destitutas esse, significat.

٦٧ حَالَ الْأَجَلُ دُونَ الْأَمَلِ

67. Fatum spei intercedit.

Simile est proverbio secundo.

٦٨ حَبَّذَا وَطْأَةُ الْمَيْلِ

68. Quam pulcher est incessus inclinationis!

In eum dicitur, qui fido monitori repugnat. Proverbii verba ei tribuuntur, qui inclinato corpore iumento vehens, adhortanti ut corpus erigat, ne iumenti dorsum saucietur, suum equitandi modum laudat.

٦٩ حَوَّلَهَا مِنْ عَجْزٍ إِلَى غَارِبٍ

69. Transtulit illud a postica parte ad gibbi verticem.

Abu-Saidus putavit, haec verba dici de viro, qui rem necessariam ab altero petiturus aut bonum ei tribuere, in animo habens, hoc in fratrem aut patrem aut filium aut propinquum eius transfert. Secutus sum trium codicum B. L. P. legendi modum, sed id quod in meo codice, additis vocalibus, حولها من عجز الى غارب „Transtulit illud a locis protuberantibus ad gibbi verticem“, existit, non malum videtur. Suffixum ها ad vocem خطة aliamve omissam referendum est.

٧٠ حِينَ تَقْلِينَ تَدْرِينَ

70. Quando in sartagine friges, scies.

Virum quendem ad meretricem venisse et absoluto negotio quum ei mercedem dedisset, sartaginem furto abstulisse narrant. Meretrix, quum viro dixisset; te decepi, nam tui maiori desiderio affecta, quam tu mei, sine necessitate nummos tuos accepi, eum proverbii verbis respondisse. In eum proverbium quadrat, qui ipse deceptus, se alium decepisse, putat.

٧١ أَحْمَقُ بَلَغْ

71. Stultus ad propositum perveniens (est).

Stultus non impediente stultitia desiderio potitur. Vocabulum بلغ cum vocali Kesre aut Fata enunciare licet. Proverbium de stulto fortunato adhibetur. Proverbii sensum poeta hisce versibus explicavit:

قَدْ يُرْزَقُ الْأَحْمَقُ الْمَأْفُونُ فِي دَعَةٍ وَيُحْرَمُ الْأَحْوَذِيُّ الْأَرْحَبُ الْبَاعِ

كَذَا السَّوَامُ تُصِيبُ الْأَرْضَ مُمْرِعَةً وَالْأُسْدُ مَنْزِلُهَا فِي غَيْرِ إِمْرَاعِ

„Iam stultus, stupidus commoda vita utitur et solers, perficiendi facultate praeditus rebus necessariis caret; sic cameli pascentes pabulo abundantem regionem inveniunt, dum leones sterilem regionem habitant.“

Versuum metrum Basith appellatum est. Conf. libr. m. p. 190. Aljeschcorius dixit: امر الله بلغ يشقى به الاشقياء „Dei mandatum pervenit, eo infelices miseri sunt.“

٧٢ لِلْحَزْمِ حِفْظُ ما كُلِّفْتَ وَتَرْكُ مَا كُفِيتَ

71. Prudentia est custodia eius, quod tibi imperatum est et relictio eius, a quo liber es.

Verba haec, quae Actsamus ben-Zaifi dixit, Mohammedis verbis similia sunt: من حسن اسلام المرء تركه ما لا يعنيه

„Pulchrae viri fidei tribuendum est, quod res ipsum non spectantes facere omittit.“ Scharaf-Aldinus, sensu non mutato, sic adnotavit proverbium: لحزم حفظ ما وليته وترك ما كفيت

٧٣ حَبِيبٌ جَاءَ عَلَى فَاقَةٍ

73. Amatus venit in statu egestatis.

De re, quae homini ipsam desideranti contingit, proverbium adhibent.

٧٤ حِمْلُ ٱلدُّهَيْمِ وَمَا تَزْبِى

74. Onus camelae Aldohaim et id quod portat.

Aldhohaim nomen camelae erat, quae occisorum filiorum capita ad Ahmruum ben-Sabban adduxit. Postea calamitatem cognomine Aldohaim appellabant. Proverbium ad magnam calamitatem significandam adhibent. c. C. IV, 29. XIII, 116.

٧٥ ٱلْحُمَّى أَضْرَعَتْنِى إِلَيْكَ

75. Febris me tibi submisit.

Abu-Ohbaidahus dixit, proverbium significare hominem necessitate coactum se alteri submittere. Alius autem proverbii legendi modus hic est: الحمى اضرعتنى للنوم „Febris somno me subiecit.“ Almofadhdhelus fabularum narrator viro e gente Calb proverbium adscripsit et hanc fabulam narravit. Tres fratres Morairus (aliis Morainus), Morarahus et Morrahus vixerunt, quorum duo posteriores quum a daemonibus rapti essent, Morairus iuravit, se neque vinum bibiturum, neque caput loturum esse, donec fratres quaesivisset. Sumtis igitur arcu et sagittis in regionem montanam, ubi fratres periere, intravit et septem dies frustra exspectavit. Octavo tandem die struthiocamelum conspexit, et eum sagitta petiit. Vulneratus autem quum struthiocamelus se tollens in pede montis decidisset, post solis occasum vidit in rupe stantem hoc versu ipsum alloquentem: يَا أَيُّهَا ٱلرَّامِى ٱلظَّلِيمَ ٱلْأَسْوَدْ ثَبَتَّ مَرَامِيكَ ٱلَّتِى لَمْ تَرْشُدْ

„O tu, qui struthiocamelum nigrum petis, amputentur sagittae tuae, quae non bene directae fuerunt!“

Respondit Morairus his versibus:

يَا أَيُّهَا الهَاتِفُ فَوْقَ الصَّخْرَهْ كَمْ عَبْرَهْ هَيَّجْتَهَا وَعَبْرَهْ

بِقَتْلِكُمْ مُرَارَهْ وَمُرَّهْ فَرَّقْتَ جَمْعًا وَتَرَكْتَ حَسْرَهْ

„O tu, qui avolas super rupe, quot lacrymas commovisti! Eo, quod Morarahum et Morrahum occidistis, coetum dispersisti et suspirium reliquisti [1]).“

Tum per noctis partem daemon ille latuit; Morairus vero quum febri correptus in somnum incidisset, a daemone abreptus est. Interroganti daemoni, quid causae esset, quod quamvis cautus somno oppressus esset, respondisse dicitur: للحمى اضرعتنى للنوم »Febris somno me submisit,« quae verba postea in proverbii consuetudinem venerunt. Postea cum hos versus cum aliis, quos omisit Meidanius, cecinisse fabulantur:

أَلَا مَنْ مُبْلِغٌ فِتْيَانَ قَوْمِى بِمَا لَاقَيْتُ بَعْدَهُمْ جَمِيعَا

غَزَوْتُ الْجِنَّ أَطْلُبُهَا بِثَارِى لِأُسْقِيَهُمْ بِهِ سُمًّا نَقِيعَا

فَيَعْرِضُ لِى ظَلِيمًا بَعْدَ سَبْعٍ فَأَرْمِيهِ فَأَتْرُكُهُ صَرِيعَا

»Eheu! quis iuvenibus gentis meae eorum nuntium adfert, quae mihi ab iis separato acciderunt? Me vindicaturus daemonibus bellum intuli, ut venenum purum iis bibendum porrigerem; tum post septem dies figuram struthionis habens mihi apparuit; sagitta in eum iecci, qua prostratum reliqui.«

Versuum metrum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204. Observandum est, a Samachschario sic legi proverbium: للحمى اضرعتنى لكن. Scharaf-Aldinus autem in fine يا فراش »O Firasche!« addidit simul adnotans, legi quoque يا قطيفة »O Kathifahe!« Idem scripsit, Ahmruum ben-Mahdi Carb proverbii verba imperatori Ohmaro dixisse.

1) Versuum metrum Sarih appellatum est. Conf. l. m. p. 246.

٧٦ حَوْلَ ٱلصَّلِيبَانِ ٱلزَّمْزَمَةُ

76. Circum plantam Zillijan sonus est.

Planta Zillijan gratum equis pabulum est, ut eam videntes hinniant, quapropter proverbium de viro adhibetur, cui ob divitias alii serviunt. Samachscharius dixit, proverbium significare hominum strepitum apud rem, quam cupiant. Sed legitur: حول الصلبان الزمزمة „Circum cruces sonus (est)“ nempe sonus eorum, qui crucem colunt. Allaitsi autem est sententia, vocabulo زمزمة sonum significari, quem barbarus edat, qui inter edendum os obturans loqui velit.“ In eum autem dicitur, qui circum rem obit voluntatem suam non patefaciens.

٧٧ ٱلْحَرْبُ غَشُومٌ

77. Bellum iniquum est.

Quia iniustus in bello saepius liberatur, et iustus adfligitur, bello iniustitiam tribuerunt. Hunc fere sensum expressit poeta:

فَإِنَّ ٱلْحَرْبَ يَجْنِيهَا أُنَاسٌ وَيَصْلَى حَرَّهَا قَوْمٌ بُرَاءُ

»Bellum homines iniuste accendunt et innocentes eius flamma ardent[1]).«

Nabeghahus Djahdita bellum pulchre descripsit hisce versibus:

أَلَمْ تَعْلَمُوا أَنَّ تَرْزَأَ ٱلْحَرْبُ أَهْلَهَا وَعِنْدَ ذَوِى ٱلْأَحْلَامِ مِنْهَا ٱلتَّجَارِبُ

لَهَا ٱلسَّادَةُ ٱلْأَشْرَافُ تَأْتِى عَلَيْهِمِ فَتُهْلِكُهُمْ وَٱلسَّابِحَاتُ ٱلنَّجَايِبُ

وَتَسْتَلِبُ ٱلْمَالَ ٱلَّذِى كَانَ رَبُّهُ ضَنِينًا بِهَا وَٱلْحَرْبُ فِيهَا ٱلْحَرَايِبُ

»Nonne scitis, bellum homines id facientes opibus privare? Prudentes huius experientia edocti sunt. A bello principes nobiles obruti perduntur et feminae probae, gene-

1) Metrum versus Wafir appellatum est. Conf. libr. m. p. 204.

rosae. Eripit opes, quibus possessor parce tantum utebatur; in bello enim sunt opes direptae.«

Versuum metrum Thawil appellatum est. Conf. libr. m. p. 161 sq. Scharaf-Aldin, Samachschar.

٧٨ اَلْحَذَرُ قَبْلَ إِرْسَالِ ٱلسَّهْمِ

78. Cautio, antequam sagitta mittitur.

Proverbium hac fabula explicant. Corvi pullum, quum virum sagittam in arcu dirigentem conspexisset, avolasse et patri, qui exspectare, quid faceret vir, eum iuberet, proverbii verba dixisse. In proverbio igitur cautio commendatur. Scharaf-Aldin.

٧٩ حِلْسٌ كَشَفَ نَفْسَهُ

79. Dorsuale se ipsum detexit.

De viro dicitur, qui quamquam negotio, quod facit, par est, tamen id perdit. Vir cum tegumento sub sella, ut dorsum tueatur, posito et inde recedente comparatus est.

٨٠ اِحْفَظْ مَا فِي ٱلْوِعَاءِ بِشَدِّ ٱلْوِكَاءِ

80. Vinculum constringe, ut res in loculo conserves!

Proverbium monet, ut in rebus tractandis cautio adhibeatur.

٨١ حَزَّتْ حَازَّةٌ عَنْ كُوعِهَا

81. Secans (femina) secuit extremitatis cubiti sui rationem non habens.

In eum dicitur, qui suis rebus omnino occupatus, aliorum rationem non habet. conf. prov. 8. hui. capitis. In Kamuso' من كوعها legitur.

٨٢ أُحْسُ فَذُقْ

82. Sorbe et gusta!

In gaudio ob alius mala proverbium adhibetur. Quod si hoc tibi interdictum fuit, et tu nihilominus crimen commisisti; sorbe igitur id et gusta. In proverbio autem vocabulum احس, vocabulo ذق praeposuit indicaturus, sequentes res antecedentibus graviores esse i. e. Sorbe nunc mala et gusta id, quod postea tibi exspectandum est. Proverbium ex poetae verbis derivatum esse putant:

أَيَا يَزِيدُ وَٱبْنَ عَمْرِو بْنِ ٱلصَّعِقْ قَدْ كُنْتُ حَذَّرْتُكَ آلَ ٱلْمُصْطَلِقْ
وَقُلْتُ يَا هٰذَا أَطِعْنِي وَٱنْطَلِقْ إِنَّكَ قَدْ كَلَّفْتَنِي مَا لَمْ أُطِقْ
سَاءَلِ مَا سَرَّكَ مِنِّي مِنْ خُلُقْ دُونَكَ مَا ٱسْتَحْسَبْتَهُ فَٱحْسَ وَذُقْ

»O Jaside et fili Ahmrui ben-Azzahik! te gentem Almozthaliki cavere iusseram. Et dixeram: o tu mihi obedi et abi! nam tu mihi imposuisti, quod praestare non possum. Mihi displicet natura mea, quæ te laetitia adficit; accipe id quod sorbere voluisti! Sorbe igitur et gusta!"

Observandum est, in tertio versu metri causa ساءل pro ساءلى et خلق Cholik pro Cholki esse dictum. Metrum versuum Redjes appellatum est. Conf. l. m. p. 231. Scharaf-Aldin., Samachschar.

٨٣ أَحَشَفًا وَسُوءَ كِيلَةٍ

83. Num pessimos dactylos et pravum mensurandi modum (coniungis)?

De eo dicitur, in quo vitia duo coniuncta sunt. Accusativus autem ab omisso verbo تجمع dependet. Vulgus sic enunciat: احشفا وسوء كيل, id quod reiiciendum est. Proverbium poeta sequenti versui inseruit:

إِنْ كُنْتَ لَا تُلْطِفِينِي فَأَقْبِلِي لَطِفِي لَا تَجْمَعِي لِي سُوءَ ٱلْكَيْلِ وَٱلْحَشَفَا

„Quod si erga me benigne agere non vis, beneficium meum tamen admitte. Ne pravam mensuram et pessimos dactylos mihi coniungas!"

Metrum versus Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190. Haririus proverbium adhibuit conf. p. 583.

٨٤ حَالَ صَبُوحَهُمْ دُونَ غَبُوقِهِمْ

84. Impedivit potus eorum matutinus potum eorum vespertinum.

De re adhibetur, quae incepta nec abrumpitur neque finitur. Conf. prov. 99.

٨٥ لِلْحَقِّ أَبْلَجُ وَالْبَاطِلُ لَجْلَجُ

85. Veritas clara est, falsum vero obscurum.

Vocabulo لجلج significavit proverbii auctor eum, qui falsum dicat, quomodo rem expediat, exitum non invenire. Dixit poeta:

أَلَمْ تَرَ أَنَّ الْحَقَّ تَلْقَاهُ أَبْلَجَا وَأَنَّكَ تَلْقَى بَاطِلَ الْقَوْلِ لَجْلَجَا

»Nonne vides, te invenire veritatem claram et te invenire falsum sermonem haesitantem.«

Versus metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161. Alius quidam dixit: للحق ابلج وطريق الصدق منهج ومسلك الباطل اعوج »Veritas clara est et veritatis via est via magna et recta et via falsi curva est.«

٨٦ لِلْحَفِيظَةِ تُحَلِّلُ الْأَحْقَادَ

86. Ira odia abolet.

In Scharaf-Aldini et Samachscharii libro للحفايظ legitur. Vocabulum حفيظة iram significat, qua vir inflammatur, quum sibi amicitiae aut cognationis vinculo coniunctum iniuria laesum esse scit. Proverbii autem sensus hic est: Quando amicum iniuria laesum vides, quamquam is tibi odio venit, tamen ipsi illatam iniuriam te vindicare oportet. Conf. C. III, 29. Cecinit poeta:

تَحَلَّتْ لَهُ نَفْسِي النَّصِيحَةَ إِنَّهُ عِنْدَ الشَّدَائِدِ تَذْهَبُ الْأَحْقَادُ

»Anima mea ei consilium fidum dedit, nam in calamitatibus odia evanescunt.«

Metrum versus Camil appellatum est. Conf. libr. m. p. 212.

٨٧ الحَرِيصُ يَصيدُكَ لا الجَوادُ

87. Avidus tibi venatur, non generosus.

Vocabulum يصيدك est pro يصيد لك. Qui rei tuae cupidus et avidus est, non, qui rei par est, dum tui cupidus non est, rei tuae operam navat. Conf. C. XXIII, 404. XII, 43. In eum quadrat proverbium, qui mandato, ut curam tui habeat, carere potest, quod de te maxime sollicitus est.

٨٨ حَدِّثْ عن مَعْنٍ ولا حَرِجْ

88. Narra de Mahno! et ne in angustiam redige!

Mahnus ben-Sajidah ben-Ahbd-Allah-Schaibanita vir liberalitate clarus erat, ut eius liberalitas in proverbium veniret. Proverbium hortari videtur, ut Mahni agendi rationem imitemur.

٨٩ حَلَفَ بِالسَّمَاءِ والطَّارِقِ

89. Iuravit per coelum et stellam.

Alazmäihus dicit, vocabulo سماء coelum hic pluviam, vocabulo طارق noctu veniens hic stellam significari, quod noctu oriatur.

٩٠ حَلَفَ بالسَّمَرِ والقَمَرِ

90. Iuravit per tenebras et lunam.

Alazmäihus dixit, vocabuli سمر significationem esse tenebrae, quod noctu Arabes confabulatum convenirent.

٩١ الحَزْمُ سُوءُ الظَّنِّ بِالنَّاسِ

91. Firmum animi studium est prava de aliis opinio.

Non nimium aliis confidere animi studium confirmat. Proverbium, quod ad metrum Sarih appellatum referri potest, Actsamo ben-Zaifi Tamimitae adscribitur.

٩٢ اَلْحُرُّ حُرٌّ وَإِنْ مَسَّهُ ٱلضُّرُّ

92. Ingenuus ingenuus est, et si calamitas eum adficit.

Actsamo ben-Zaifi verba haec tribuuntur.

٩٣ اَلْحَامِلُ عَلَى ٱلْكَرَّازِ

93. Peram super ariete secum ducens.

Verba haec contumeliae causa viro dicuntur. Eum esse pastorem, qui super ariete peram suam secum ducat, ut parum hospitalis in alios esse possit, parum commeatus habeat. Totam autem huiusce proverbii explicationem, qualis apud Meidanium legitur, exscribam, tum ob styli propriam naturam et elegantiam, tum quod multum facit ad cognoscendos mores: واول من قاله مخالس بن مزاحم الكلبى لقاصر بن سلمة الخزامى وكانا بباب النعمان بن المنذر وكان بينهما عداوة فاتى قاصر ابن فرتنا وهو عمرو بن هند اخو النعمان وقال ان مخالسا هجاك وقال فى هجايه

لَقَدْ كَانَ مَنْ سَمَّا أَبَاكَ ابْنَ فَرْتَنَا ... بِهِ عَارِفًا بِٱلنَّعْتِ قَبْلَ ٱلتَّجَارِبِ

فَسَمَّاهُ مِنْ عِرْفَانِهِ جِرْوَ جَيْأَلٍ ... خَلِيلَةَ قَشْعٍ حَامِلِ ٱلرَّحْلِ سَاغِبِ

أَبَا مُنْذِرٍ أَنْتَى يَقُودُ ٱبْنُ فَرْتَنَا ... كَرَادِيسَ جَمْهُورٍ كَثِيرِ ٱلْكَتَائِبِ

وَمَا ثَبَتَتْ فِي مُلْتَقَى ٱلْخَيْلِ سَاعَةً ... لَهُ قَدَمٌ عِنْدَ ٱهْتِزَازِ ٱلْقَوَاضِبِ

فلما سمع عمرو ذلك اتى النعمان فشقى مخالسا وانشده الابيات فارسل النعمان الى مخالس فلما دخل عليه قال لا امر لك اتهجو امراء هو ميتا خير منك حيا وهو سقيما خير منك صحيحا وهو غايبا خير منك شاهدا فبحرمة ماء المزن وحقف ابى

قابوس لئن لاح لى ان ذلك كان منك لانزعن غلصمتك من قفاك ولاطعمنك لحمك قال مخالس ابيت اللعن كلا والذى رفع ذروتك باعمادها، وامات حسادك باكمادها، ما بلغت غير اقاويل الوشاة، ونمايم العصاة، وما هجوت احدا، وما اهجو امراء ذكرت ابدا، وانى اعوذ بجدك الكريم، وعربيتك القديم، ان ينالنى منك عقاب، او يفاجئنى منك عذاب، قبل الفحص والبيان، عن اساطير اهل البهتان، فدعا النعمان قاصرا فساله فقال قاصر ابيت اللعن وحقك لقد هجاه، وما اروانيها سواه، فقال مخالس لا ياخذن ايها الملك، منك قول امرء افك، ولا توردنى سبل المهالك، واستدلك على كذبه بقوله انى ارويته زعم (.c. B مع) ما تعرف من عداوتى له فعرف النعمان صدقه واخرجهما فلما خرجا قال مخالس لقاصر شقى جدك، وسفل خدك، وبطل كيدك، ولاح للقوم جرمك، وطاش عنى سهمك، ولانت اضيق حجرا واقل قرى من الحامل على الكراز» Primus autem Mochalisus ben-Mosahim Calbita Kaziro ben-Salamah Djosamitae haec verba dixit. In aula regis Alnohmani ben-Almondsir viventes mutuas inimicitias susceperant, quapropter odio commotus Kazirus ad Alnmruum ben-Hind fratrem regis Alnohmani, qui Ebn-Fartana (filius hyaenae) cognominatus erat, detulit dicens: Mochalisus te satyra calumniatus est et hos satyricos versus dixit:

»Qui patrem tuum Ebn-Fartana (filius pulli hyaenae) appellavit, is ante experientiam eius descriptionem novit. Appellavit eum propter notitiam suam hyaenae pullum, uxoris hyaenae maris, claudicantis, esurientis. O Abu-Mondsire! quomodo Ebn-Fartana turmas equitum magni exercitus, multa agmina habentis ducit, et ne per momenti spatium quidem contra equites occurrentes pes ei firmus erat, quando enses secantes movebantur?«

Hos versus quum Alnmruus audivisset, Alnohmanum de Mochaliso questurus adiit et versus istos recitavit. Alnomahnus Mochalisum adduci iussit et intrantem sic allocutus est: Matre priveris! Num tu virum satyra per-

stringis, qui mortuus te vivo melior est, aegrotus melior te sano, absens melior te praesente? Iuro per sacram nubis aquam, et per dignitatem Abu-Kabusi! Si manifestum mihi erit, te hoc fecisse, profecto carnem occipitis tui evellam tibique edendam dabo. Respondit Mochalisus: Nil sinistri tibi eveniat! Iuro per eum, qui fastigium tuum cum fulcimento tollat et qui osores tuos cum tristitia eorum occidat! Tu nil nisi delatorum verba audivisti et rebellium obtrectationes. Neminem satyra perstrinxi et virum, quem semper laudabam, non perstringam. Te obsecro per avum tuum generosum et genus Arabicum tuum antiquum, ne poena tua me affligat aut subito punitio tua mihi superveniat, antequam hominum mendacia fabulasque perquisiveris et perscrutatus sis! Alnohmanus interim advocatum Kazirum interrogavit. Respondit ille: Nil sinistri tibi eveniat! Per dignitatem tuam iuro; cum satyra perstrinxit et nemo nisi hic me rogavit, ut illos versus ab ipso compositos adlegarem. Tum Mochalisus: Ne mendacis verba, o rex, animum tuum occupent, neque me viis interitus incedere iube! Ex verbis, me ei adlegandos versus recitasse, eius mendacium cognoscere potes, quum tu me eius inimicum esse scias[1]). Hac vero ex re, cum verum dixisse, cognoscens Alnohmanus utrumque dimisit. Mochalisus tum Kaziro exeunti dixit. Misera fuit fortuna tua et gena tua depressa, inanis fuit dolus tuus et hominibus crimen tuum manifestum fuit et sagitta tua me non vulneravit et angustius gremium habes quam rostro pungens (passer[2]) et minoris hospitalitatis es, quam is, qui super ariete commeatum portat.«

٩٣ أحمق ما يجاى مرغه

1) Amicitiae indicium erat, quod poeta versus suos alteri adlegandos recitabat, per quem igitur posteris tradebantur. Vir qui poetae versus memoriae mandabat, eius Rawi appellabatur. Conf. l. m. „Darstellung d. Arab. Versk.“ Anhang 3, p. 393 sq.

2) Tutela tua minus defendere alios potes quam passer.

94. Stultus salivam suam non cohibet.

De eo dicitur, qui arcana sua non occultat.

٩٥ حَرُّ الشَّمْسِ يُلْجِئُ إِلَى مَجْلِسِ سَوْءٍ

95. Ardor solis, ut in loco non conveniente sedeat, hominem cogit.

Necessitas nos cogit ad res nobis ingratas.

٩٦ أَحْبِبْ حَبِيبَكَ هَوْنًا مَّا

96. Amatum tuum leniter ama!

Leni, non vehementi amore, cum ama vel occulto amore, non apparente i. e. Ne cum omnium arcanorum tuorum socium fac, fieri enim potest, ut mutato in te animo tibi noceat. Proverbium in amore nostro moderationem commendat. Conf. C. II, 116. Scharaf-Aldinus proverbium sic adnotavit: احبب حبيبك هونا ما عسى ان يكون بغيضك يوما ما »Amatum tuum leniter ama, fieri enim potest, ut aliquando odio a te habitus fiat« et Ahlium eius auctorem esse dixit. Versibus Alnamiri ben-Taulab proverbium optime explicatur:

وَأَحْبِبْ حَبِيبَكَ حُبًّا رُوَيْدًا فليس يَعُولُكَ أَنْ تَصْرِمَا

وَأَبْغِضْ بَغِيضَكَ بُغْضًا رُوَيْدًا اذَا أَنْتَ حَاوَلْتَ أَنْ تُحْكِمَا

»Amatum tuum amore leni ama, ne te nimium adfligat, si abrumpis (amorem); et odio leni eum habe, quem odio dignum putas, ut, si velis, id cohibere possis[1]).«

Proverbii sensum Ohmari verba exprimunt: لا يكن حبك كلفا ولا بغضك تلفا »Ne sit amor tuus cum studio et labore coniunctus, neque sit odium tuum perditum!« Moderationem in amore et odio proverbium praescribit.

٩٧ حَتَّامَ تَكْرَعُ ولا تَنْقَعُ

1) Versuum metrum Motakarib appellatum est. Cf. l. m. p. 281.

97. Quamdiu os aquae immittens bibis et sitim non sedas!

In eum dicitur, qui in rebus colligendis cupidus est.

٩٨ حظيين بنات صلفين كنات

98. Facti sunt dignitate pollentes per filias, dignitate carentes per nurus.

Vocabulum كنة tum filii uxorem tum fratris uxorem designat. Accusativus vocum حظيين, et صلفين a verbo omisso وجدوا »inventi sunt« aut اصبحوا facti sunt dependet. Accusativus vocum بنات et كنات distinguendi et explicandi causa تمييزا positus est. In re, cuius pars difficile quaeritur, pars facile invenitur, proverbium adhibent.

٩٩ حال صبوحهم على غبوقهم

99. Potus matutinus eorum super potum eorum vespertinum effusus est.

Tanta paupertate adflicti sunt, ut potus eorum matutinus et vespertinus unus tantum sit. Ad metrum Redjes proverbium referri potest. Conf. l. m. p. 231. et cf. pr. 84.

١٠٠ حمد قطاة يستمى الارانب

100. Pullus avis Kathae lepores venari cupit.

Vocabulum الحمد pullum avis Katha appellatae significare contendunt. Meidanius autem in libris huiusce significationis mentionem factam se non vidisse dixit, ut dubitari posset. Ad metrum Redjes proverbium revocari potest. Conf. l. m. p. 261. In debilem dicitur, qui robustum decipere vult.

١٠١ حوضك فالارسال جاءت تعترك

101. Aquae tuae receptaculum (conserva), nam

camelorum agmina sese invicem prementes venerunt.

Accusativus حوشكا ad verbum omissum احفظ referendus est. Proverbium, quod ad metrum Redjes (conf. l. m. p. 231.) pertinet, in eum dicitur, qui robore et armis se praestantiorem aggreditur.

١٠٢ حَظُّ جَزِيلٌ بَيْنَ شِدْقَيْ ضَيْغَمِ

102. Magna portio inter leonis oris angulos.

Rem multum desideratam, quae attingi non potest, designat. Ad metrum Redjes pertinet. Cf. l. m. p. 231.

١٠٣ حَلْوَةٌ تُحَكُّ بِالذَّرَارِحِ

103. Lapis Haluah per cantharides teritur.

Vocabulum حلوة lapidis speciem significat, cuius contritus pulvis contra lippitudinem adhibetur. De eo dicitur, qui verba pulchra dicens turpiter agit. Ad metrum Redjes proverbium pertinet. Conf. l. m. p. 231.

١٠٤ حَبُّكَ لِلَّيِّ أَبَا رَبِيعِ

104. Collectio tua est solvendi morae prorogandæ causa, o Abu-Rabihe!

Opes colligis, ut solvendi moram prorogare possis. In eum dicitur, qui opes colligens neque aliis dona dat neque ipse utilitatem capit. Proverbium ad metrum Sarih referri potest. Conf. l. m. p. 246.

١٠٥ حَلُوبَةٌ تُثْمِلُ وَلَا تُصَرِّحُ

105. Camela, quae mulgetur et lac spuma abundantem habet, et cuius lac purum non est.

In virum dicitur, qui multus est in minis et promissis; sed raro verbis suis satisfacit.

١٠٦ اَلْحُصْنُ أَدْنَى لَوْ تَأَيَّيْتَه

106. Pudicitia proprior est, si eam petiisses.

Narrant mulierem vidisse filiam suam terram spargentem in equitem et interrogasse, quid ageret. Puellam, ut matri, se illi pudicitiam suam ostendere voluisse, significaret, hos versus recitasse:

يَا أُمَّتَا أَبْصَرَنِي رَاكِبٌ يَسِيرُ فِي مُسْتَحْنِفٍ لَاحِبِ

فَقُمْتُ أَحْثِي التُّرْبَ فِي وَجْهِهِ حَتَّى انْثَنَى عَنِّي كَأُخَايِبِ

»O mater! vidit me camelo vehens, in via magna, manifesta iter faciens, et steti terram spargens in eius faciem, ut a me sicut frustratus deflecteret[1]).“ Tum mater:

اَلْحُصْنُ أَدْنَى لَوْ تَأَيَّيْتَه مِنْ حَثْيِكِ التُّرْبَ عَلَى الرَّاكِبِ

„Pudicitia propior est, si tu eam petiisses, quam quod terram contra camelo vehentem spargis.“

Versus, cuius hemistichium in proverbium venit, metrum Sarih appellatum habet. Conf. l. m. p. 243. Proverbium docet, melius esse, omittere rem speciem pulchram habentem, si suspicionem adferre possit.

١٠٧ اَلْحَذَرُ أَشَدُّ مِنَ الْوَقِيعَةِ

107. Cautio gravior est, quam casus.

Voces من الوقيعة significant, من الوقوع في الحذر „quam quod incidimus in rem, quam cavemus.“ Huiusce autem rei haec adfertur causa, quod, quum in rem incidimus, nil prodesse cautionem, scimus.

١٠٨ اَلْحُرُّ يُعْطِي اَلْعَبْدُ يَأْلَمُ قَلْبُه

108. Ingenuus dat, servus dolentem animum habet.

1) Versuum metrum Sarih appellatum est. Conf. l. m. p. 243.

Legitur quoque والعبد يباجع استه „et servus dolentem podicem habet;“ vili enim non placet, quod generosus liberaliter dat. In virum dicitur, qui non solum avarus est, verum etiam alios avaros esse cupit. Scharaf-Aldin.

١٠٩ حَمَى سَيْلٌ رَاعِبٌ

109. Profecto torrens vallem implens.

Vocabulum حمى idem est, quod اما „Nonne, profecto.“ Duplex est proverbii legendi modus aut راعب „aquae copia vallem implens“ aut راعب „collisis fluctibus proruens.“ Vir cum tali torrente, cui nil resistere potest, comparatur et proverbium cum designat, qui adversarios suos omnino vincit.

١١٠ حَتَّى يَؤُوبَ الْقَارِظَانِ وَحَتَّى يَؤُوبَ الْمُنَخَّلُ وَحَتَّى يَرِدَ الضَّبُّ

110. Donec redeunt duo viri fructum acaciae colligentes; donec redit Almonachchalus; donec lacerta ad aquam venit.

Tria sunt proverbia, quae, rem nunquam futuram esse, indicant. Viri illi duo fructum acaciae colligentes nunquam domum redierunt. conf. C. I, 371 et Harir p. 292. Almonachchalus est poetae nomen, qui suos deserens nunquam rediit. Kam. Quidam vero putant isto nomine Ahnsitam fructus acaciae colligentem appellari. Samachsch. Lacerta autem Lybica aquam nunquam adit. Initio autem proverbiorum verba لا افعله Non faciam vel his similia, quibuscum vox حتى donec cohaereat, supplenda sunt.

١١١ حَرَّكَ خَشَاشَهُ

111. Movit eius annulum ligneum.

Vocabulum خشاش annulum ligneum designat, qui narium interfinio cameli inseritur, ut habena annectatur.

Quod annulus iste movetur, camelus aegre fert, quapropter proverbii sensus est: Rem ei ingratam et noxiam peregit.

١١٢ الحَلِيمُ مَطِيَّةُ الجَهُولِ

112. Mansuetus ignorantis iumentum est.

Ignorans mansueto tanquam iumento utitur nullam ei gratiam referens vel mansuetus ignorantis ignorantiam patienter fert. Similem proverbio sensum poeta versu expressit:

وَإِنَّمَا الحِلْمُ ذُلٌّ أَنْتَ عَارِفُهُ وَالحِلْمُ عَنْ قُدْرَةٍ ضَرْبٌ مِنَ الكَرَمِ

„Mansuetudo vilitas est, tu eam noscis et mansuetudo, si quis potestate sua non utitur, generositatis species est.“

Huiusce versus metrum Basith appellatum est. Conf. libr. m. p. 190. Proverbium docet, necesse nobis esse, ut aliorum vitiorum interdum rationem non habeamus. Conf. Scharaf-Aldin. et Samachschar.

١١٣ الحَيَاءُ مِنَ الإِيمَانِ

113. Pudor ad religionem pertinet.

Haec verba Mohammedi Arabum prophetae adscribunt. Pudicus, licet in eo Dei timor non sit, a rebus illicitis pudore retinetur, ut pudor loco religionis sit. Cum illis verba alia Mohammedis cohærent: اذا لم تستحى فاصنع ما شيت „Si pudore cares, omne, quod vis, perage.“

١١٤ اُحْفَظْ بَيْتَكَ مِمَّنْ لَا تُنْشِدُهُ

114. Domum tuam custodi ab eo, quem, ut rem amissam indicet, rogare non potes.

Apud Scharaf-Aldinum et Samachscharium sic legitur: احفظى بيتك ممن لا تنشدين „Custodi, o femina! domum tuam ab eo, quem, ut rem amissam indicet, rogare non potes.“ Id est: ab eo, qui una tecum habitat.

١١٥ الحَازِمُ مَنْ مَلَكَ جِدَّهُ هَزْلَهُ

115. Prudens et cautus is est, cuius serium regnat iocum.

Proverbium ad vituperandum iocum adhibent

١١٦ حِرْبَاءُ تَنْضَبَةٍ

116. Chamaeleon arboris Tandhobah appellatae.

Vocabulum تنضبة arboris nomen est, e cuius ligno sagittae conficiuntur. In ista autem arbore chamaeleontis species, quae paulo maior est, quam illa, quae عضاية appellatur, semper sedem habet, ut proverbium in hominem transferatur, qui rei omnino deditus nunquam ab ea recedit.

١١٧ حَمَّلْتَهُ حِمْلَ الْبَازِلِ وَهُوَ حِقٌّ

117. Onus ei imposuisti, quale camelo novenni imponitur, sed triennis est.

In eum dicitur, qui arcanum suum cum eo communicavit, qui id celare non poterat, aut ei rem commisit, qui perficiendae impar erat, quemadmodum camelus triennis onus grave cameli robusti portare non potest.

١١٨ حُكْمُكَ مُسَمَّطٌ

118. Mandatum tuum est penetrans.

Alius est proverbii legendi modus: خذ حكمك مسمطا „Fac, ut mandatum tum sit efficax.“ Vocabulum مسمط missum significat, qui non repellitur. Melius autem est, quod in Tebrizii commentario ad Hamasam p. 56. legitur: حكمك مسمطا, nam verbum in proverbiis saepissime supplendum est. Tebrizius sic explicavit: احكم فحكمك مرسل „Manda, et mandatum tuum exsequemur.“ Et sic fere in Kamusi opere.

١١٩ حَسْبُكَ مِنْ إِنْضَاحِهِ أَنْ تَقْتُلَهُ

119. Vindictam perfectam ab eo sumes eo, quod eum occidis.

Verbum انضج proprie significat „coxit rem, ut omnino matura esset,“ quod in rem bene perficiendam et vindictam perfecte sumendam translatum est. De eo proverbium dicitur, qui occisorem eiusque totam gentem se occisurum esse, iurat, tum in alios transfertur, qui in re fines a natura praescriptos transgrediuntur.

١٢٠ أَحَادِيثُ زَبَّانٍ أَسْتَهُ حِينَ أَصْعَدَ

120. Narrationes Sabbani podici suo expositae, quando iter fecit.

Viri huius narrationes mendacia erant. Proverbium in eum dicitur, qui vanum optat. Conf. prov. 41.

١٢١ الْحَدِيثُ أَنْزَى مِنْ ظَبْيٍ

121. Narratio magis incitat ad saltum quam dorcas.

Quemadmodum dorcas saliens alios ad saliendum incitat, sic narratio unius viri efficit, ut plures narrent.

١٢٢ حَرٌّ أَخَافُ عَلَى جَانِيهِ كَمْأَةً لَا قُرٌّ

122. Calorem metuo ei, qui fungos colligit, non frigus.

In eum dicitur, qui se rem metuere dicit, dum re vera aliam metuit.

١٢٣ حُقَّ لِفَرَسٍ بِعِطْرٍ وَأُنْسٍ

123. Oportuit Farasum donari aromatibus et consuetudine.

Mulier quædam, sic narrant Arabes, Faraso, viro generoso, qui uxorem in honore habebat, nupta erat. Mortuo Faraso, seni subdita erat. Die quodam quum ad Farasi sepulchrum transirent, et mulier verba, quae seni displicerent, dixisset, eam a camelo senex detrudit, ut vas, in quo aromata sua haberet, in Farasi sepulcrum decideret.

Mulier autem hoc videns ista verba dixit, quae postea in proverbium venerunt. Praepositio ب ad omissum verbum referenda est. Sic enim explicant proverbium: حق لفرس ان يتحف بعطر وانس „Oportuit Farasum donari aromatibus et consuetudine.“ De viro, qui laude ipso digna ornatur, proverbium adhibent.

١٢٤ حَسْبُكَ ٱلْفَقْرُ فِي دَارِ ضُرٍّ

124. Sufficit tibi paupertas in domo noxae.

In eum dicitur, qui bonum petit ab eo, qui boni expers est.

١٢٥ حَتَّى مَتَى يُرْمَى بِهِ ٱلرَّجَوَانِ

125. Usque ad tempus quo is iacitur ad latera duo putei.

Loquendi modo »iacitur ad latera putei« designant, virum esse despectum, ut removeatur. In codicibus Berol. et Pocockiano بي mecum legitur, et hunc legendi modum scholia indicant, in codice autem meo et Lugdunensi بـه cum eo reperitur. Ante vocem حتى verba omissa sunt, لا افعله Non faciam. Proverbii sensus est: Nunquam faciam. Proverbialem hunc loquendi modum poeta in versu adhibuit:

فَلَا يُقْذَفُ بِي ٱلرَّجَوَانِ إِنِّي أَقَلُّ ٱلْقَوْمِ مَنْ يُغْنِي مَكَانِي

„Non iacior ad latera duo putei, ego sum rarissimus inter gentem; quis vicem meam explet?“

Metrum versus Wafir appellatum est. Conf. libr. m. p. 204.

١٢٦ حُطْتُمُونَا ٱلْقَصَا

126. Vos nos circumdedistis distantiâ.

Quamquam propinqui eratis, tamen longe remotos vos videbam. In eum dicitur, qui opem non ferens alterum deserit. In Kamuso Calcutt. vitiose legitur الفضاء. Cecinit poeta:

فَحَاطُونَا ٱلْقَصَا وَلَقَدْ رَأَوْنَا قَرِيبًا حَيْثُ يَسْتَمِعُ ٱلسِّرَارُ

„Circumdederunt nos distantiâ, et iam nos viderant propinquos loco, ubi clanculus sermo audiri potest.“

Metrum versus Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

١٢٧ حَتَّى يُؤَلَّفَ بَيْنَ ٱلضَّبِّ وَٱلنُّونِ

127. Donec lacerta et piscis consuetudine coniunguntur.

Id est: nunquam. Conf. prov. 110. Ante vocem حتى donec verba افعله لا non faciam aut similia supplenda sunt. Dixit poeta:

إِنْ يَهْبِطِ ٱلنُّونُ أَرْضَ ٱلضَّبِّ يَنْصُرُهُ يَضْلَلْ وَيَأْكُلْهُ قَوْمٌ غَرَاثِينُ

„Si piscis in terram lacertae pervenit, opem ei laturus, errabit et homines esurientes eo vescentur.“

Versus metrum Basith est. Conf. l. m. p. 190. et idem metrum proverbium habet.

١٢٨ حَسًّا وَلَا أُنْبِسُ

128. Sonum occultum (audio) et non est quisquam.

Accusativus حسا a verbo اسمع audio omisso dependet. De promissis, quæ non perficiuntur (conf. C. V, 12.) proverbium adhibetur.

١٢٩ حَمَلَهُ عَلَى قَرْنٍ أَعْفَرَ

129. Conscendere cornu subalbicantis (dorcadis) eum iussit.

Vehiculum asperum conscendere eum iussit, magna calamitate eum adflixit vel in magnum periculum eum coniecit. Cecinit poeta Alcomaitus:

وَكُنَّا إِذًا جَبَّارَ قَوْمٍ أَرَادَنَا بِكَيْدٍ حَمَلْنَاهُ عَلَى قَرْنٍ أَعْفَرَا

„Fuimus tunc gentis victores, quae dolo nos circumvenire

studebat, et cornu subalbicantis (dorcadis) conscendere eam iussimus!“

H ic versui talem tribuunt sensum: »Occidimus eam et capita eius in cuspidibus hastarum portavimus«, nam olim hastarum cuspides cornu confectae erant.

١٣٠ حَمَلَهُ عَلَى ٱلْأَفْتَاءِ ٱلصِّعَابِ

130. Conscendere eum iussit camelos iuvencos difficiles.

In magnum malum vel periculum eum coniecit.

١٣١ حَمَلَهُ عَلَى ٱلشَّرَفِ ٱلذُّلُلِ

131. Conscendere eum iussit camelos annosos, mansuetos.

Contrarium praecedenti proverbio sensum habet.

١٣٢ حَمِيَ فَجَاشَ مِرْجَلُهُ

132. Iratus fuit et efferbuit ahenum eius.

Vehementer ira exarsit.

١٣٣ ٱلْحَرْبُ سِجَالٌ

133. Bellum est situla.

Vox سجال aut pluralis aut infinitivus esse potest. Bellum cum situlis comparatur, quia modo adversum, modo secundum est. Antiquis temporibus usurpatum proverbium. Conf. Vit. Moham. ed. Gagnier p. 68. Abulf. Ann. I. p. 98.

١٣٤ ٱلْحِرْصُ قَائِدُ ٱلْحِرْمَانِ

134. Aviditas frustrationis ductrix est.

Id est: Frustrationem adducit. Eodem modo dicitur: ٱلْحَرِيصُ مَحْرُومٌ »Avidus frustratur« et ٱلْحِرْصُ مَحْرَمَةٌ »Aviditas res illicita est.« i. e. causa est, ut desiderio non potiamur.

١٣٥ حُسْنُ الظَّنِ وَرْطَةٌ

135. Opinionis pulchritudo praecipitium est.

Is, qui pulchram semper de hominibus opinionem habet, fallitur. Conf. prov. 91.

١٣٦ الحَرْبُ مَأْيَمَةٌ

136. Bellum est causa orbitatis.

Id est: In bello uxores maritis privantur.

١٣٧ الحِكْمَةُ ضَالَّةُ المُؤْمِنِ

137. Sapientia camela errabunda Mohammedani est.

Mohammedanus sapientiam tanquam camelam errabundam semper quaerit. Haec verba Ahlius protulisse putatur. Conf. cl. »Fleischeri Alis hundert Sprüche« p. 43.

١٣٨ الحَسَنَةُ بَيْنَ السِّتَّتَيْنِ

138. Pulchra inter duo arcus cornua.

De re in medio posita dicitur. Ohmarum ben-Ahbd-Alahsis, qui Fathimam Ahbd-Almalici ben-Merwan filiam in matrimonium duxerat, ad Ahbd-Almalicum venisse narrant. Quum ab hoc, quomodo uxor se haberet, interrogatus respondisset: حسنة بين الستتين ومنزلة بين المنزلتين »Pulchra inter duo arcus cornua, et conditio inter duas conditiones.« Ahbd-Almalicus dixit: Optima res est media.

١٣٩ الحَمْدُ مَغْنَمٌ وَالمَذَمَّةُ مَغْرَمٌ

139. Laus est praeda, vituperium est debitum.

Proverbium monet, ut laudem consequi studeamus et vituperium fugiamus. Conf. proverb. Erpen. Cent. I, 58. Scharaf-Aldinus proverbium sic explicavit: انك اذا افدت

فحمدت فقد استفدت وغنمت واذا نلت فذممت فقد غرمت وخسرت ولم يذهب من مالك ما كسبك حمدا وجنبك ذما وقال زهير فى تعظيم شان الحمد

فَلَوْ أَنَّ حَمْدَ ٱلنَّاسِ يُخْلِدُ لَمْ يَمُتْ وَلٰكِنَّ حَمْدَ ٱلنَّاسِ لَيْسَ بِمُخْلِدِ

وَلٰكِنَّ فِيهِ بَاقِيَاتٍ وَرَاثَةً فَزُدْ بَنِيكَ بَعْضَهَا وَتَزَوَّدِ

Quod si aliis utilis fuisti et hanc ob causam laude ornatus es, tu ipse commodum percepisti et praeda potitus es; sin vero tu accepisti et hanc ob causam vituperatus es, debitor factus es et iacturam fecisti. Opes tuas non perdidisti, si laudem consecutus es et vituperium a te avertisti. Dixit poeta Sohairus laudem magni faciens:

»Si hominum laus aeternum reddere posset, is mortuus non esset, sed hominum laus aeternum reddere non potest; sed in ea sunt res remanentes haereditatis. Hoc commeatu filios tuos instruc! Multum igitur tibi compara[1])!«

Ebn-Doraidus pulchre cecinit:

وَإِنَّمَا ٱلْمَرْءُ حَدِيثٌ بَعْدَهُ فَكُنْ حَدِيثًا حَسَنًا لِمَنْ وَعَى

»Vir est nil nisi narratio; sis igitur narratio pulchra ei, qui memoria eam tenet[2]).

Alius quidam dixit: ذكر الفتى عمره الثانى »Laus viro tributa eius altera vita est.«

١٤٠. أَحْرَزَ ٱمْرَأً أَجَلُهُ

140. Virum diligenter custodit fatum.

Verba haec Ahlius dixisse fertur, quum ei diceretur: »num hosti tuo casside et lorica carens occurris?« Verissimum proverbium hoc esse dicitur, quo Arabes usi sint.

١٤١ أَحْسِنْ وَأَنْتَ مَعَانٌ

1) Metrum versuum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161.
2) Metrum versus Redjes appellatum est. Conf. l. m. p. 230

141. Benefac et tu eris adiutus.

Beneficum neque Deus neque homines deserunt.

١٤٢ اَلْحَسَدُ هُوَ اَلْمَلِيلَةُ اَلْكُبْرَى

142. Invidia est maximus febris ardor.

١٤٣ اَلْحُبَارَى خَالَةُ اَلْكَرْوَان

143. Avis Hobara est matertera avis Carawan.

De cognatione proverbium adhibent.

١٤٤ اَلْحَكِيمُ يَقْمَعُ اَلنَّفْسَ بِاَلْكَفَافِ

144. Sapiens victu modico et sufficiente animam cohibet.

Sapiens pauco contentus opes non colligit.

١٤٥ اَلْحُلْمُ وَاَلْمُنَى أَخَوَانِ

145. Somnium et vota sunt fratres duo.

Haec duo sunt, quemadmodum dicitur: ان المنى راس اموال المفاليس »Vota sunt summa principalis pauperum.«

١٤٦ اَلْحَصَاةُ مِنَ اَلْجَبَلِ

146. Lapillus e monte.

In eum dicitur, qui ad sui similem propensus est.

١٤٧ حَوْلَهَا نَدَنْدِنُ

147. Circum eum (paradisum) murmurantes haud distincte loquimur.

Verba haec Arabi campestri dixisse narrant Mohammedem, quum ille Mohammedi dixisset: انما اسال الله الجنة فاما دندنتك ودندنة معاذ فلا احسنهما »Paradisum a Deo peto; sed quod attinet ad sermonem tuum haud distinctum

et sermonem haud distinctum Moahdsi معاذ (prohibeat[1]), non eum pulchrum habeo.« Verbis proverbii hic sensus esse dicitur: »Et haec murmuratio propter paradisum fit.«

١٤٨ حُمَاذَاكَ أَنْ تَفْعَلَ كَذَا

148. Finis tuus est, ut ita agas.

Oportet ita agas! حماداك eodem modo, quo قصاراك et غناماك dicitur.

١٤٩ حَتَّى يَؤُوبَ ٱلْمُثَلَّمُ

149. Donec Almotsallamus redit.

Ante vocem حتى donec verba Non faciam aut similia supplenda sunt. Ohbaid-Allahus ben-Sijahd occidendi haereticum mandatum dederat; sed nemo ex satellitibus, qui haereticorum inopinatum impetum timerent, cum occidere audebat. Vir quidam Almotsallamus nomine audiens, quae res esset, gladio eum necavit. Non multo post haeretici duo mercaturae faciendae causa, eundem in domum illexerunt, unde nunquam rediit. Haec proverbii causa est, quod Bazrae usitatum erat. Huic autem rei Abu-l'Aswadus Dualita adludit dicens:

وَآلَيْتُ لَا أَسْعَى إِلَى رَبِّ لِقْحَةٍ أُسَاوِمُهُ حَتَّى يَؤُوبَ ٱلْمُثَلَّمُ

فَأَصْبَحَ لَا يَدْرِي أَمُرُّ كَيْفَ حَالُهُ وَقَدْ بَاتَ يَجْرِي فَوْقَ أَثْوَابِهِ ٱلدَّمُ

»Iuravi, me ad dominum camelae lactariae non iturum esse, donec Almotsallamus rediret! Mane autem nemo, qualis eius status esset, sciebat et noctu super eius vestibus sanguis fluebat.«

١٥٠ حُلِبَتْ صَرَامِ

1) Dubitare licet, utrum vox معاذ nomen proprium viri sit an nomen appellativum (refugium), quo verbo Mohammedes in sermone fortasse usus erat.

150. Postremum lac emulsum fuit.

Ad extremum pervenit malum. Vocabulum قصار lac significat, quod, postquam relictum erat, necessitate cogente emulgetur. Duplici autem modo Zorami aut Zarami enunciatur. Kamusi auctor proverbio hunc esse sensum dixit: »Excusatio ad extremum pervenit, ut nil amplius adderetur.« Quod vero voci feminini genus tribuerunt, eius causa in significatione infortunii (داهية) cernitur. Bascharus sic cecinit, versui proverbium inserens:

أَلَا أَبْلِغْ بَنِي سَعْدٍ رَسُولًا وَمَوْلَاهُمْ فَقَدْ حُلِبَتْ صِرَامِ

»Eheu! genti Banu-Sahd eiusque principi perfer nuntium! Iam postremum lac emulsum est.«

Metrum versus Wafir est. Conf. libr. m. p. 204.

اذا حَتَّى يَجِيءَ نَشِيطُ مِن مَرْوِ

151. Donec Naschithus ex Merwo venit.

Naschithus servus erat Sijadi ben-Abi-Sofijan. Architecturae peritus domino domum exstruxerat; sed acroteriis nondum ornata domo, fugam ceperat. Quod aedificium quum Sijado minime placeret, interrogatus, cur domus acroteriis non instrueretur, proverbii verbis respondit. Proverbium de omni re haud perficienda adhibent. Cecinit poeta Bazrensis:

إِلَى مَا يَبْعَثُ كُلَّ حَيٍّ وَيَرْجِعُ بَعْدُ مِنْ مَرْوٍ نَشِيطُ

»Usque ad diem, quo omnis vivus resuscitatur, et redit post ex Merwo Naschithus.«

Metrum versus Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

Forma comparativi.

١٥٢ أَحْمَقُ مِنْ أَبِي غُبْشَان

152. Stultior, quam Abu-Ghobschanus.

Gens Chosaah peste vehementer grassante ex urbe Mecca emigrans in loco Althsahran sedem fixerat. Inter eos vir Holailus ben-Habschijjah appellatus degebat templi praefecturam habens. Testamento autem filiæ suæ Hobbae, quae Kozajjo ben-Cilab nupta erat, simul cum Abu-Ghobschano templi praefecturam legaverat. Factum autem est, ut, Halilo mortuo et filiis eius absentibus, Kozajjus uxorem, quae tum temporis templi clavem teneret, multis precibus commoveret, ut filio suo Ahbd-Aldaro ben-Kozajj templi praefecturam traderet. Rei tantum Abu-Ghobschanus, cui simul cum illa tradita esset, obstabat. Quum hic igitur Thajifi in vino immodicus ebrius factus esset, templi clavem adhibitis testibus dato vini utere Kozajjus de eo emit et filium suum Ahbd-Aldarum cum clave celeriter misit, qui rem Meccae incolis nuntiaret. Cuius facti quum Abu-Ghobschanum multum poeniteret, plura proverbia orta sunt: »Magis poenitens, quam Abu-Ghobschanus; اندم من ابى غبشان »Maiorem iacturam faciens vendendo, quam Abu-Ghobschanus. اخسر صفقة من ابى غبشان Conf. C. XXIII, 506. Hoc vero factum a pluribus poetis vituperatum est, ex. gr.

بَاعَتْ خُزَاعَةُ بَيْتَ ٱللَّهِ إِذْ سَكِرَتْ بِزِقِّ خَمْرٍ فَتَبًّا صَفْقَةَ ٱلْبَادِي

بَاعَتْ سِدَانَتَهَا بِٱلْخَمْرِ فَٱنْقَرَضَتْ عَنِ ٱلْمَقَامِ وَظِلِّ ٱلْبَيْتِ وَٱلنَّادِي

»Gens Chosaah Dei domum vendidit, quum ebria facta esset, utre vini; et pernitiosa fuit venditio viri campe-

stris. Vendidit vino munus custodiae templi et tum a loco, a templi umbra et populi concione omnino remota est.«

Alius quidam sic cecinit:

أَبُو غَبْشَانَ أَظْلَمُ مِنْ قُصَيٍّ وَأَظْلَمُ مِنْ بَنِي فِهْرٍ خُزَاعَةْ

فَلَا تَلْحَوا قُصَيًّا فِي شِرَاهُ وَلُومُوا شَيْخَكُمْ إِنْ كَانَ بَاعَهْ

»Abu-Ghabschanus[1]) iniustior est quam Kozajjus et gens Chosaah iniustior est quam gens Banu-Fihr[2]). Ne Kozajjum reprehendite ob eius emtionem, vituperate potius principem vestrum, quum id vendiderit.«

Alii autem rem paulo aliter narrarunt. Peste in urbe Mecca inter gentem Chosaah grassante maior pars emigraverat, pauci remanserant cum Halilo, qui templi curam filio suo Almochtariso absenti testamento legans, filiae suae Hobbae, quae Kozajjo nupta erat, templi claves tradiderat et huius rei testes Abu-Ghobschanum et Ahbd-Aldarum filium Kozajji adhibuerat. Mortuo Halilo Kozajjus uxorem suam Hobbam precibus commovit, ut templi claves Ahbd-Aldaro, filii enim Halili absentes erant, traderet. Abu-Ghobschanus autem, ne contra hanc rem testimonium proferret, vestimenta et camelos accepit. Scharaf-Aldin., Samachschar. Conf. Pocock. specim. hist. Ar. p. 42, 342 ed. pr. Gagnier vie de Mahomet t. I, p. 11—13. Eichhorn. Monumenta antiq. hist. Arab. p. 79—81.

١٥٣ أَحْمَقُ مِنْ عَجْلٍ

153. Stupidior, quam Ihdjlus.

Nomen viri est Ihdjl ben-Lodjaim ben-Zahb ben-Ahli ben-Beer ben-Wajil. Quodam die, quum interrogatus esset, quomodo equum tuum appellas? oculum equi crucns respondit: Monoculum eum apello. Huiusce rei Djortsumahus Ahnsita versibus mentionem fecit:

1) Abu-Ghabschan et Abu-Ghobschan enunciatur.

2) Banu-Fihr Koraischitarum pars est ad quam Kozajjus pertinebat.

رَمَتْنِي بَنُو عِجْلٍ بِدَاءِ أَبِيهِمِ وَأَيُّ ٱمْرِءٍ فِي ٱلنَّاسِ أَحْمَقُ مِنْ عِجْلِ

أَلَيْسَ أَبُوهُمْ عَارَ عَيْنَ جَوَادَهُ فَصَارَتْ بِهِ ٱلْأَمْثَالُ تُضْرَبُ فِي ٱلْجَهْلِ

»Gens Banu-Ihdjl mihi morbum patris sui exprobravit; quis autem vir stultior Ihdjlo erat? Nonne pater eorum equum suum generosum oculo privavit? Hanc ob causam is in proverbium stultitiae venit.«

Versuum metrum Thawil est. Conf. libr. m. p. 161. Scharaf-Aldin, Samachschar. Schult. prov. Meid. p. 223.

١٥٤ أَحْمَقُ مِنْ هَبَنَّقَةَ

154. Stupidior, quam Habannakahus.

Hic vir, qui dimidio saeculi primi tempore imperii Moahwijjahi vixit, Jasidus ben-Tserwan appellatus et Dsu'l-Wadaat (possessor concharum) cognominatus a gente Kais ben-Tsahlebah originem habuit. Quum camelum amisisset, alta voce clamabat: Qui camelum meum invenerit, ei camelus erit, et tum interrogatus, quamnam ob causam quæreret? respondit: ubi inveniendi gaudium esset? Gens Thofawah et gens Banu-Rasib in viro quodam dissentientes, utri potius genti adscribendus esset, inter se convenerunt, ut primo sibi obviam venienti rem diiudicandam proponerent. Accidit, ut in Habannakahum inciderent. Tale hic tulit iudicium: Adductum Bazram in fluvium iniicite! Si in fundo fluvii residet (رسب), genti Banu-Rasib adscribatur; sin vero aquae innatat (طفا), genti Thofawah adiudicandus erit. Narrant quoque, cum longa barba praeditum in collo suo torquem conchis aliisque rebus confectum, qua de causa ذو الودعات (possessor concharum) cognominatus esset, posuisse et interrogatum respondisse: Se rem facere ea causa adductum, ut se ipsum nosceret, neque amitteretur. Quum autem eius frater torquem illam nocte ipsi detractam sibi apposuisset, mane torquem suam in fratris collo conspicientem dixisse: »O frater mi! tu mea persona es, quis

autem ego sum?« Idem vir, quum oves gentis suae pastum eduxisset, pingues in herbas immisit, emaciatas vero repulit. Hanc ob rem vituperatus dixit: لا افسد ما اصلح الله وما اصلح ما افسد »Non perdam id, quod Deus reparavit, et non reparabo id, quod Deus perdidit.« Huiusce viri poeta in versu mentionem fecit:

عِشْ بِجَدٍّ وَكُنْ هَبَنَّقَةَ يَرْضَى بِكَ ٱلنَّاسُ قَاضِيًا حَكَمًا

„Si fortuna secunda uteris, licet Habannakahus (stultitia insignis) sis, tamen homines te iudicem et praefectum esse gaudebunt.“

Versus metrum Chafif appellatum est. Conf. libr. m. p. 262. Scharaf-Aldin et Schult. prov. Meid. p. 227.

١٥٥ أَحْمَقُ مِنْ حَدْنَةَ

155. Stupidior, quam Hodsonnahus.

Dicunt virum hunc omnium stupidissimum inter Arabes fuisse. Aliis autem mulieris e gente Kais ben-Tsahlebah oriundae, quae nares cubito (كوع) emunxisse dicitur, nomen est. Conf. Erasmi Adag. *ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος* et prov. 102. et Schultens. prov. Meid. p. 214.

١٥٦ أَحْمَقُ مِنْ حُجَيْنَةَ

156. Stupidior, quam Hodjainahus.

Genti Banu-l'Zaida, quae ad tribum Banu-Asad pertinet, hic vir adnumeratur. Conf. Schult. prov. Meid. p. 214.

١٥٧ أَحْمَقُ مِنْ جُهَيْزَةَ

157. Stupidior, quam Djahisa.

Ebn-al'Siccitus, cui vox secundae declinationis est, dixit, eam fuisse matrem Schabibi Alhararitae. Quum puero Schabibo gravida esset, dixit: „in ventre meo est res assiliens,“ quae verba proverbii causa erant. Alii, in templo eam egessisse

urinam narrant. Sunt quoque, qui lupam nomine Djahisah appellari contendunt, quae tanta stupiditate sit, ut pullum suum negligens hyaenae pullum lacte nutriat. Mohammedes ben-Habib vocabulo الجهيزة ursam, alius vero ursi pullum marem, designari contendit.

١٥٨ أَخْبَى مِنْ فَتَاةٍ وَمِنْ هَدِيٍّ

158. Pudibundior, quam puella; quam ad novum maritum deducta puella.

Tubahum ben-Almohajjir deplorans dixit Laila Alachjalijjah:

فَتًى كَانَ أَخْبَى مِنْ فَتَاةٍ حَيِيَّةٍ وَأَجْرَأَ مِنْ لَيْثٍ بِخَفَّانَ خَادِرِ

„Iuvenis, qui pudibundior erat quam puella pudibunda et audacior quam leo in loco Chaffan degens.“

Metrum versus Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161.

١٥٩ أَخْبَى مِنْ ضَبٍّ

159. Longiorem vitam habens, quam lacerta.

Narrant huius proverbii explicandi gratia, lacertam quovis centesimo anno torquem album accipere et plures saepe torques habere, mactatam autem et ventre statim evacuato post diei spatium in olla coctam se movere. Scharaf-Aldin. conf. Bochart. Hieroz. P. I. L. IV. C. I. p. 1048.

١٦٠ أَحْمَقُ مِنَ الْمَمْهُورَةِ مِنْ مَالِ أَبِيهَا

160. Stupidior, quam in matrimonium ducta cum dote ex opibus patris sui.

Abu-Ohbaidus narravit, proverbii originem esse, quod vir quidam alteri opes dono dedisset. Donatus quum donantis filiam in matrimonium duxisset, et uxori istas a patre acceptas opes doti dedisset, ei dotem istam exprobravit.

١٦١ أَحْمَقُ مِنَ ٱلْمَمْهُورَةِ مِن نَعَمِ أَبِيهَا

161. Stupidior, quam ea quae ex pecoribus patris sui dotem acceperat.

Virum a muliere petiisse narrant, ut sui copiam ipsi faceret. Quae quum rem se facturam negaret, nisi dotem accepisset, dotem ex pecoribus patris ei dedit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 225.

١٦٢ أَحْمَقُ مِنَ ٱلْمَمْهُورَةِ إِحْدَى خَدَمَتَيْهَا

162. Stupidior, quam quae doti acceperat unam suam compedem.

Mulier, quae dotem petierat ipsi detractam compedem accepit et eâ contenta fuit. Conf. C. XXII, 207. Conf. Schult. p. 225.

١٦٣ أَحْمَقُ مِنْ دُغَّةَ

163. Stupidior, quam Dogha.

Mulier haec filia Mihnadji erat, qui nomen Rabiah ben-Ihdjl gerebat; Hamsahus vero, eam filiam Mihnadji fuisse dixit. Scharaf-Aldinus eam Mawijjah filiam Mihnadji e gente Ihdjl appellavit. Illi adhuc puellae viro gentis Banu-l'Ahnbar ben-Tamim nuptae quum parturiendi tempus adesset, sibi alvum exonerandum esse putans, in locum depressum se contulit et ibi infantem enixa est. Tum alvum se exonerasse putans, alteram mariti uxorem interrogavit: Num merda os aperit? Illa autem rem cognoscens respondit: certe, patrem vocavit et abiens infantem arcessivit. Hanc propter rem gens Banu-l'Ahnbar cognomen بنو الجعراء Filii podicis acceperunt. Dicunt quoque »Quidam stultus est« فلان دغة et فلان دغينة eodem sensu. Plura, quae Arabes narrarunt, repetere operae pretium non est. Ishakus ben-Ibrahim Almauzeli in explicando proverbio dixit: Dogah

nomen animalculi esse. Alii nomen papilionis in flammam volantis esse contendunt.

١٦٤ أَحْلَمُ مِنَ الْأَحْنَفِ

164. Mansuetior, quam Alahnafus.

Zachrus filius Kaisi, e gente Tamim oriundus, et Abu-Bahr (pater maris), ut videtur, ob liberalitatem et Alahnaf, quod loripes erat, cognominatus est. Hoc corporis vitium ab infantia habuit, matrem enim, quum puerum brachiis ad saliendum tolleret, hos versus dixisse narrant:

وَاللّٰهِ لَوْ لَا ضَعْفُهُ مِنْ هُزْلِهِ وَحَنَفُهُ وَدِقَّةٌ فِي رِجْلِهِ

مَا كَانَ فِي صِبْيَانِكُمْ مِنْ مِثْلِهِ

„Per Deum! Si eius debilitas ob maciem non esset et morbus et tenuitas in pede, inter pueros vestros ei similis non esset[1]).

Aetate Mohammedis vivens inter proximos successores sodalium Mohammedis insignem locum tenebat et magna in gente sua auctoritate semper pollebat tum mansuetudine tum sapientia clarus. Non autem erat viri singularis animi mansuetudo cum debilitate et timiditate coniuncta, nam in illo celebri inter Ahlium et Moahwijjahum apud locum Ziffin proelio contra Moahwijjahum fortiter pugnabat, ut post aliquot annos Moahwijjahus imperio potitus ad ipsum venientem ita alloqueretur: Per Deum! O Ahnafe! quoties usque ad diem resurrectionis proelii Ziffinensis recordor, in corde dolorem sentio. At ille respondit: Per Deum! O Moahwijjahe! odium, quo te persecuti sumus, in pectoribus nostris est, et gladii, quibus contra te dimicavimus, in vaginis sunt. Si ad bellum spatio inter pollicem et indicem digitum appropinquas, nos spithamae spatio ad te appropinquamus, et si ad id lente pedibus accedis, nos ad

1) Metrum versuum Redjes appellatum est. Conf. l. m. p. 281.

te celeriter imus. Haec dicens abiit. Quae verba audiens post velum occulta Moahwijjahi soror hunc quum interrogaret, quis vir esset, qui minas iactaret, Moahwijjahus dixit: Talis est, ob cuius iram centum millia virorum e gente Tamim irascuntur nescientes, quaenam irae causa sit. Idem Moahwijjahus quum optaret, ut in filium suum Iasidum succedendi in imperio ius tranferretur praefectis suis, ut ex urbibus legati ad ipsum convenirent, imperavit. Ex urbe Bazra Alahnafus mittebatur. In concione autem rem sic instituerat Moahwijjahus, ut post orationem ab ipso habitam, Aldhohakus ben-Kais Alfihri successoris mentionem faceret et Jasidum designaret. Huic Ahmruus ben-Saihd Alaschdak adsensus est. Post hunc Jasidus ben-Almokannah Alohdsri surrexit dicens: hic princeps Mohammedanorum est, Moahwijjahum nutu significans, et eo mortuo tum hic, Jasidum designans, et si quis renuit, hic, gladium significans. Dixit Moahwijjahus: sede, tu es princeps oratorum; et quum alii ex legatorum numero locuti essent, Alahnafum sententiam suam interrogavit. Hic respondit: »Vos timemus, si veritatem dicimus, sin vero mentimur, Deum timemus; tu vero, o princeps, Jasidum optime noscis et die et nocte et secreto et publice, et in introitu et exitu. Si igitur scis, cum et Deo et huic genti gratum fore, neminem consule; sin vero, rem aliter se habere, scis, cogita, te in aeternam vitam iturum esse; nostrum autem est dicere: audimus et obedimus.« Narrant, virum qui eum, ut coqueret, ollam paraturum conspiceret, hunc recitasse versum:

وقِدْرٍ كَكَفِّ ٱلْقِرْدِ لا مُسْتَعِيرُهَا يُعَارُ وَلاَ مَنْ يَأْتِهَا يَتَدَسَّمُ

»Olla simiae manui similis, non eam commodatam accipit rogans, et veniens ad eam adipe non inquinatur.« (i. e. avarus eam possidet). Qui versus quum Alahnafo recitatus esset, dixit: profecto! si voluisset, pulchriorem versum dixisset. Interrogatus, num virum ipso mansuetiorem vidisset, respondit, se a Kaiso ben-Azim (Alminka-

rita (Hamas. 367, 695.) ipso mansuetiore mansuetudinem didicisse. Die quodam quum ipse confabulandi causa apud eum consedisset, adductum esse filium eius occisum et patruelem, ligatis post tergum manibus, quem filium occidisse nuntiarent. Kaisum autem neque sedem mutasse, neque sermonem abrupisse. Sermone finito filium alterum advocari eum iussisse et advenienti mandatum dedisse, ut patruelem dimitteret, fratrem sepeliret et ad matrem occisi consolandi causa ducentas camelas adduceret. Narrant eum dixisse: »Non opto, ut pro portione vilitatis rubri (optimi) cameli mihi sint,« بنصيبي من الذل ما احب ان لي حمر النعم et quum alius quidam diceret, cum esse Arabum honoratissimum. respondisse, homines mansuetudinem esse vilitatem putare. Et haec quoque dicta ei tribuuntur: رب غيظ تجرعته مخافة ما هو اشد منه »Quoties iram timore rei gravioris suppressi!“ كثرة المزاح تذهب بالهيبة »Multitudo ioci verecundiam tollit“ من اكثر من شي عرف به »Qui rem saepius tractat, per eam noscitur« السودد كرم الاخلاق وحسن الفعل »Principatus est naturae generositas et facti pulchritudo.« Conf. Herbelot. s. v. Ahnaf. Abulfed. Ann. P. I. p. 412 sq. Schult. prov. Meid. p. 192.

١٦٥ أَحْلَمُ مِنْ فَرْخِ عُقَابٍ

165. Placidior, quam pullus aquilae.

Aquilae pullus in summis montium iugis ex ovo exclusus vix se movet, ne decidat. Alazmäihus narravit, se audivisse Arabem dicentem, Sinanum ben-Abi-Haritsah aquilae pullo placidiorem esse. Dicitur quoque: أحزم من سنان »Cautior, quam Sinanus.« Nemo autem praeter Sinanum est inter Arabes, cuius et mansuetudo et cautio simul in proverbium venerit.

١٦٦ أَحْزَمُ مِنْ فَرْخِ الْعُقَابِ

166. Cautior, quam aquilae pullus.

Ne e nido suo in altissimo montis loco exstructo decidat, omnem motum evitat.

١٦٧ أَحْزَمُ مِنْ حِرْبَاءَ

167. Cautior, quam chamaeleon.

Chamaeleon arboris truncum non dimittit, donec arboris truncum arripuit. Sic cecinit poeta:

أَنَّى أُتِيحَ لَهَا حِرْبَاءُ تَنْضُبَةٍ ... لَا يُرْسِلُ السَّاقَ إِلَّا مُمْسِكًا سَاقَا

„Quomodo ei a Deo chamaeleon arboris Tandhobah appellatae destinatum fuit, quod ramum non dimittit, nisi alterum prehendit.“

١٦٨ أَحْمَى مِنْ مُجِيرِ الْجَرَادِ

168. Magis defendens, quam is, qui locustas in clientelam recepit.

Rem fecisse narrant Mudlidjam ben-Sewad e gente Thai oriundum. Die quodam quum locustae in loco ante tentorium huius viri decidissent, ad eum accesserunt quidam e gente sua petentes, ut sibi locustas illas in vasa colligere liceret. Tum ille equum conscendens et hastam sumens quemlibet eorum se occisurum esse iuravit, qui eas attingeret. In clientela sua illas esse, easque se tueri, donec avolarent. Alii dicunt, hoc fecisse Haritsahum ben-Morr Abu-Hanbal huiusque rei probandae causa hos poetae gentis Thai versus citant:

وَمِنَّا ٱبْنُ مُرٍّ أَبُو حَنْبَلٍ ... أَجَارَ مِنَ ٱلنَّاسِ رِجْلَ ٱلْجَرَادِ

وَزَيْدٌ لَنَا وَلَنَا حَاتِمٌ ... غِيَاثًا ٱلْوَرَى فِي ٱلسِّنِينَ ٱلشِّدَادِ

„Et e nostra gente est Ebn-Morr pater Hanbali, qui pedem locustae contra homines in clientelam recepit, et Saidus nobis est nobisque Hatimus auxilia hominum annis calamitosis.“

Metrum versuum Motakarib appellatum est. Conf. libr. m. p. 281 sq.

١٦٩ أَحْمَى مِنْ مُجِيرِ ٱلظُّعْنِ

169. Magis defendens, quam is, qui mulieres in pilentis vehentes tuebatur.

Rabiahum ben-Mocaddam Alcenani rem fecisse narrant. Nobaischahus ben-Habib Alsolami, quum excursionem fecisset, mulieribus e gente Cinanah, in pilentis vehentibus occurrit, quae a Rabiaho cum nonnullis equitibus defendebantur. Rabiahus in brachio a Nobaischaho vulneratus ad matrem venit rogans, ut vulnus obligaret, his verbis utens:

شُدِّي عَلَيَّ ٱلْعَصْبَ أُمَّ سَبَّارْ فَقَدْ رُزِئْتُ فَارِسًا كَٱلدِّينَارْ

»Vitta me obliga, o mater Sajjari, nam ego eques nummo aureo similis detrimentum cepi.«

Cui mater:

إِنَّا بَنِي رَبِيعَةَ بْنِ مَالِكْ مُرْزَؤُ أَخْيَارُنَا كَذٰلِكْ

مِنْ بَيْنِ مَقْتُولٍ وَهَالِكْ

»Quod attinet ad gentem nostram Banu-Rabiah ben-Malic, optimi nostri hoc modo detrimento sunt adflicti tum occisi tum pereuntes.

Vulnere obligato aquam a matre petiit. Sed illa primum contra hostes eum pugnare iussit, post ei aquam non defuturam esse. His matris verbis instigatus iterum in hostes impetum fecit eosque repulit. Tum ad mulieres rediens dixit: Qui est status meus, vos defendam mortuus, quemadmodum vivus vos defendi. In colle cum equo meo stabo, dum hasta me erectum tenet; vobis autem fuga salus petenda est. Mulieres autem collem superarunt, dum ille hasta nixus saltus viam tenebat. Nemo eum aggredi audebat, donec perpetuo ex vulneribus sanguine fluente debilitatus moreretur. Hasta autem, quo minus in terram proruceret,

impedivit. Tandem, quum hostibus eundem locum diutius occupare videretur, sagittis equum petiverunt. Equo in cursum acto Rabiahus in terram proruit; sed mulieres tantum viae spatium emensae erant, ut periculo evaderent. Hafzus ben-Alahnaf Alcemani occisum invenit et lapidibus tumulum super eo exstruxit eiusque mortem versibus, qui in Hamasae mea editione p. 410 sq. leguntur, deploravit. Conf. Schult. prov. Meid. p. 234.

lv. أَحْمَى مِنْ أَسْتِ النَّمِرِ

170. Magis defensus, quam podex pardi.

Pardus ipsi a tergo venire quemquam non patitur. conf. Schult. prov. Meid. p. 232.

lvi أَحْكَمُ مِنْ لُقْمَانَ وَمِنْ زَرْقَاءِ الْيَمَامَةِ

171. Sapientior, quam Lokmanus; et (sapientior), quam Sarka Aljemamah.

Lokmani sapientis, الحكيم cognominati in Alcorano mentio facta est. Scharaf-Aldinus dixit, et alterum Lokmanum Ahditam in sapientum numero inter Arabes fuisse. Poeta Nabegha Alnohmanum alloquens sapientiae illius puellae mentionem fecit:

وَأَحْكَمُ كَحُكْمِ فَتَاةِ الْحَيِّ إِذْ نَظَرَتْ إِلَى حَمَامِ سِرَاعٍ وَارِدِ الثَّمَدِ

»Iudicium fer simile iudicio puellae gentis, quum vidit columbas celeres properantes ad aquam.«

Versus metrum Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190. Quum agmen, sexaginta sex columbas celeriter volantes continens conspiceret, eam, quae unam columbam haberet, statim dixisse ferunt:

لَيْتَ الْحَمَامُ لَيَّهْ إِلَى حَمَامَتَيَّهْ وَنِصْفُهُ قَدِيَّهْ تَمَّ الْحَمَامُ مِائَهْ

»O si columbae istae meae columbae adderentur, et mihi

quoque dimidium eius (agminis) esset, tum centum columbae essent[1]).“

Sarkaae igitur sapientiam in eo posuisse videntur, quod columbarum rationem celeriter et recte computaverit. Conf. C. II, 145. Sed fortasse eius in rebus rectum iudicium proverbium spectat, ut vertatur: Rectius iudicans etc.

١٧٢ أَحْكَمُ مِنْ هَرِمِ بْنِ قُطْبَةَ

172. Iudicium melius proferens, quam Haremus ben-Kothbah,

Quum ad hunc virum, qui e gente Fesarah oriundus esset, Ahmirus ben-Althofail et Ahlkamahus ben-Ohlatsah Djahfaritae litis dirimendae causa venissent, dixit: Vos, o Djahfaritae! similes estis genubus cameli, quae simul in terram decidunt, dum unum alteri litem non intendit. conf. C. XXVII, 56. Schult. prov. Meid. 190.

١٧٣ أَحْمَقُ مِنْ شَرَنْبَثٍ

173. Stupidior, quam Scharanbatsus.

Alii nomen جَرَنْبَذ Djaranbadsus efferunt. Ad gentem Banu-Sadus refertur. Ad stupiditatem Scharanbatsi probandam interpretes narrarunt, Ohbaid-Allahum ben-Sijad hunc virum alterumque stupiditate notum Habannakahum (conf. prov. 154.) convocasse, ut inter se iaculando certarent. Scharanbatsum a collo suo crumena lapidibus impleta demissa iaculari incepisse dicentem:

دُرِّي عُقَابٌ بِلَبَنٍ وَأَشْخَابٌ طِيرِي عُقَابٌ وَأَصِيبِي لِجَرَابٌ

حَتَّى يَسِيلَ اللُّعَابُ

„Lac large emitte et radiatim o camela Ohkab! Vola, o aquila, et attinge saccum (ventrem), ut saliva fluat.“

Habannakahi ventrem attigit. Hic in fugam se dedit et interrogatus, cur ob unum lapidem fugeret? dixit: Si

1) Metrum ad Monsarih appellatum referri potest. Cf. l. m. p. 256.

dixisset: طيرى عقاب وامسيبى الذباب „Vola, o aquila! et oculi pupillam attinge,“ me oculo privasset. Ut mihi quidem videtur, in viri et facto et verbis stupiditatis indicium est. Verba autem posteriora Scharanbatsi in proverbii consuetudinem venerunt, quo ad iaculandum instigatur.

أحمق من بيهس Iv۴

174. Stupidior, quam Baihasus.

Cognomen نعامة ob stupiditatem gerebat. Conf. prov. 182. Sed de hoc viro conferas C. IV, 1. XVIII, 25.

أحمق من جاحى Iv۵

175. Stupidior, quam Djoha.

Djoha ad gentem Fesarah pertinens cognomen Abu-l'Ghozn gerebat. Plura ad eius stupiditatem probandam narrant. Ihsa ben-Musa Haschemita ante portas oppidi Cufae eum fodientem conspexit et, quid ageret, interrogavit. Se in isto deserto nummos absconditos invenire non posse, respondit. Quum alter, oportuit, signum tibi isto loco faceres, diceret, se fecisse reposuit. Nubem, quæ istum locum obumbrasset, se iam non videre. Die quodam e domo exiens in vestibulo occisum invenit, et in puteum dejecit. Pater Djohae rei certior factus eum eduxit et loco occisi arietem strangulatum, filii stupiditatem timens immisit. Djoha autem, quum homines per urbem discurrentes illius occisi quaerendi causa videret, dixit: In domo nostra occisus est, videte igitur, num vester sit. Ad domum venientes Djoham in puteum demiserunt. Ibi quum arietem conspexisset, clamavit, num occisus vester cornua habet? Illi risum edentes abierunt. Abu-Muslimus, qui imperium exercebat, Cufam veniens de Djoha adstantes interrogavit; et si quis eum nosceret, ut adduceretur imperavit. Quum igitur a Iakthino adductus esset et nemo praeter Iakthinum et Abu-Muslimum adesset, ex illo quaesivit: Quis vestrum, o Iakthine, Abu-Muslimus est? cf. Schult. pr. Meid. p. 209.

١٧٦ أَحْمَقُ مِنْ رَبِيعَةَ الْبَكَّاءِ

176. Stupidior, quam Rabiahus plorans.

Nomen viri Rabiah ben-Ahmir ben-Rabiah ben-Zahzaah est. Matrem, sic narrant, quae vitrico nupta erat, quodam die sub marito iacentem in tentorio invenit et matrem occidi putans, tentorio lacerato, ciulavit, ut gens accurreret. Advenientes quum, quid esset, audivissent, dixerunt: اهون مقتول ام تحت زوج »Levissime occisa est mater sub marito,« quae verba in proverbium venerunt. conf. Schult. prov. Meid. p. 218.

١٧٧ أَحْمَقُ مِنْ دَابِغٍ عَلَى التِّحْلِيءِ

177. Stupidior, quam is, qui pellem super pilis et sordibus concinnat.

Pellis, pilis et sordibus nigris non remotis, concinnata corrumpitur. Stultitiae est, ita agere.

١٧٨ أَحْمَقُ مِنْ رَاعِي ضَانٍ ثَمَانِينَ

178. Stupidior, quam pastor octoginta ovium.

Mohammedes ben-Habib dicit, proverbium eo ortum esse, quod oves ab omni re fugiant et pastor eas omni tempore congregare debeat. Abu-Ohbaidus aliter proverbium legit: احمق من طالب ضان ثمانين »Stupidior quam is, qui octoginta oves petit« Arabs campestris quum Cosroi Persarum regi nuntium laetum adtulisset, et hic ei petendi, quid vellet, veniam dedisset, ut sibi octoginta oves darentur, rogavit. Aljahitsus autem habet: اشقى من راعى ضان ثمانين »Miserior quam pastor octoginta ovium.« Huius proverbii causa est, quod ovium pastor eas semper congregare et contra ferarum impetum defendere debet. Idem quoque aliud proverbium retulit: اشغل من مرضع بهمر ثمانين »Magis occupatus, quam is, qui octoginta agnos lactat«; dicere

enim solet vir ita occupatus, ut tibi auxilium ferre non possit: انا فى رضاع بهم ثمانين »Ego octoginta agnis bibendum do.« Conf. C. XIII, 143.

أَحْمَقُ مِنَ الضَّبُعِ ١٧٩

179. Stupidior, quam hyaena.

Conf. C. VII, 24, 25.

أَحْمَقُ مِنَ الرُّبَعِ ١٨٠

180. Stupidior, quam cameli pullus veris tempore natus.

Proverbium hoc inter Arabes notum est; a nonnulis autem pulli stupiditas negatur.

أَحْمَقُ مِنْ نَعْجَةٍ عَلَى حَوْضٍ ١٨١

181. Stupidior, quam ovis ad aquae receptaculum.

Ovis ad aquam prona concidit et inde non redit, donec repellatur. conf. Golii Adag. Arab. prov. 82.

أَحْمَقُ مِنْ نَعَامَةٍ ١٨٢

182. Stupidior, quam struthiocamela.

Proverbii causam esse dicunt, quod struthiocamela suorum oblivisceus alienis ovis incubet. Dixit Ebn-Harimahus:

كَتَارِكَةٍ بَيْضَهَا بِٱلْعَرَاءِ وَمُلْبِسَةٍ بَيْضَ أُخْرَى جَنَاحَا

»Ut (avis) relinquens ova sua in deserto, et tegens ova aliena alis.«

Versus metrum Motakarib appellatum est. Cf. l. m. p. 281.

أَحْمَقُ مِنْ رَخَمَةٍ ١٨٣

183. Stupidior, quam avis Rachamah.

Maior Arabum pars proverbio hoc utitur. Scharaf-Al-.

dinus dixit, avi stupiditatem adscribi, quod haud intelligibilem vocem proferat, et merdam humanam investiget; alii autem avis Rachamae stupiditatem negant pluraque, quibus eius intelligentiam probare student, adferunt. Conf. Schult. prov. Meid. p. 219. Haec autem de ave contraria inter Arabes sententia in causa est, cur contrarium proverbium usitatum sit: أكيس من الرخمة »Astutior, quam avis Rachama.“ Poeta utriusque sententiae in versu mentionem fecit:

وَذَاتُ أُسَيْمِيْنِ وَالْأَلْوَانِ شَتَّى تُحَمَّقُ وَهْيَ كَيِّسَةٌ لَحُوْلِ

„Et duobus nominibus praedita diversisque coloribus, stulta habetur, dum astuta est in re desiderata (consequenda).“

Duo eius nomina sunt رخمة et انوق. Versus metrum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204. De ave conferas librum meum „Selecta ex historia Halebi Paris. 1819 p. 86 sq. adnott. Russel natur. history of Aleppo T. II. p. 295 ed. alt.

١٨٤ أَحْمَقُ مِنْ عَقْعَقٍ

184. Stupidior, quam pica.

Avis haec, ut struthiocamela, ova et pullos perdere dicitur.

١٨٥ أَحْمَقُ مِنْ رِجْلَةَ

185. Stupidior, quam portulaca.

Portulaca ab Arabibus الحمقاء البقلة »Olus stupidum« appellatur. Plantam hanc stupidam esse dicunt, quod crescens ad aquae marginem a torrente abripiatur.

١٨٦ أَحْمَقُ مِنْ تُرْبِ الْعَقَدِ

186. Stupidior, quam terra in arenae cumulis.

Sic dicunt, quod arena isto loco firma non est, sed defluit.

١٨٧ أَحْذَرُ مِنْ غُرَاب

187. Cautior, quam corvus.

Narrant corvum pullo suo dixisse: Quum sagitta te petit quis contorque te et pullum respondisse »me contorqueo, antequam petor.« Conf. prov. 78.

١٨٨ أَحْذَرُ مِنْ ذِئْب

188. Cautior, quam lupus.

Lupum dicunt uno tantum oculo clauso dormire. Hunc lupi modum Hamidus ben-Tsaur in hoc versu descripsit:

يَنَامُ بِإِحْدَى مُقْلَتَيْهِ وَيَتَّقِي ٱلْأَعَادِي بِأُخْرَى فَهُوَ يَقْظَانُ هَاجِعُ

»Pupilla una dormit, altera hostes cavet; est igitur vigilans et simul dormiens.«

Versus metrum Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 161.

١٨٩ أَحْذَرُ مِنْ ظَلِيم

189. Cautior, quam struthiocamelus mas.

Struthiocamelum marem ovis incubantem, venatoris odorem e spatio tanto, quanto sagitta proiici potest (غلوة) percipientem cavere narrant, quapropter poeta cecinit:

أَشَمُّ مِنْ قَيْفٍ وَأَهْدَى مِنْ جَمَلْ

»Magis odorans, quam struthiocamelus mas et magis ducens quam camelus.«

Versus metrum Redjes appellatum est. Conf. l. m. p. 231.

١٩٠ أَحَرُّ مِنَ ٱلْجَمْرِ

190. Calidior, quam prunae.

In codice Lugd. احمر legitur.

١٩١ أَحَرُّ مِنَ القَرَع

191. Calidior, quam pustulae albae (in parvis camelis).

١٩٢ أَحَرُّ مِنَ القَرْع

192. Calidior, quam pustula cauterio orta.

١٩٣ أَحْسَنُ مِنَ النَّارِ

193. Pulchrior, quam ignis.

Proverbium inde ortum est, quod Arabes dicere solent: كنت فى شبابى احسن من النار الموقدة „Eram in adolescentia mea pulchrior quam ignis ardens.“ Proverbium hoc in meo codice omissum est.

١٩٤ أَحْسَنُ مِنْ شَنْفِ الأُنْضُرِ

194. Pulchrior, quam inaures aureae.

Proverbium hoc in meo codice omissum est.

١٩٥ أَحْسَنُ مِنَ الدُّمْيَةِ وَمِنَ اللُّون

195. Pulchrior, quam (idolum) Aldomjah; quam idolum Alsun appellatum.

Aliis Alsun idoli templum esse, Scharaf-Aldinus adnotavit.

١٩٦ أَحْيَرُ مِنْ ضَبّ

196. Magis attonitus, quam lacerta Dhabb appellata.

Lacerta, quando lapides inter quos habitat, reliquit, viam redeundi non invenit. conf. c. XV, 53.

١٩٧ أَحْيَرُ مِنْ وَرَل

197. Magis attonitus, quam lacerta (Waral) appellata.

Conf. XV, 53.

١٩٨ أَحْوَلُ مِنْ أَبِي بَرَاقِش

198. Mutabilior, quam avis Abu-l'Barakisch appellata.

Avem hanc eodem die pluries mutare colores, dicunt. Pæne eodem sensu dicitur: أحول من ابى قلمون »Magis colores mutans, quam pannus graecus, Abu-Kalamun appellatus«, hic enim colores semper mutare videtur. In homines transfertur, qui agendi rationem mutant, ut, qui re vera sint, cognosci non possit. Dixit poeta:

إِنْ يَغْدِرُوا أَوْ يَفْجُرُوا أَوْ يَبْخَلُوا لَا يَحْفِلُوا
وَغَدَوْا عَلَيْكَ مُرَجَّلِينَ كَأَنَّهُمْ لَمْ يَفْعَلُوا
كَأَبِي بَرَاقِشَ كُلَّ لَوْنٍ لَوْنُهُ يَتَخَيَّلُ

„Si perfide agunt aut scortantur aut avari sunt, non curant; et ad te mane veniunt sellarum figuris ornati, quasi non fecissent, ut avis Abu-Barakisch appellata, cuius color omnem colorem refert.“

Versus metrum Camil appellatum est. Conf. l. m. p. 216. Vocabulum مرجلين mihi significare videtur, eos mutata exteriore forma, ut qui verus status sit, cognosci non possit, advenire; sed quoque verti potest: dimissi. Loco vocis يتخيل legitur يتحيل aut يتحول. Cf. Har. 223, 580.

١٩٩ أَحْوَلُ مِنْ ذِئْبٍ

199. Astutior, quam lupus.

٢٠٠ أَحْرَصُ مِنْ كَلْبٍ عَلَى جِيفَةٍ وَمِنْ كَلْبٍ على عَرْقٍ

200. Avidior, quam canis ad cadaver; quam canis ad os carne tectum.

٢٠١ أَحَنُّ مِنْ شَارِفٍ

201. Propensior, quam camela annosa in pullum.

Camelas annosas propensiores in pullum esse, quam caeteras, dicunt.

٢٠٢ أَحْلَى مِنْ مِيرَاثِ ٱلْعَمَّةِ الرَّقُوبِ

202. Gratior, quam haereditas amitae liberis orbae.

٢٠٣ أَحْذَرُ مِنْ قِرِلَّى

203. Cautior, quam avis Kirilla.

Avis aquaticae nomen Kirilla est, quam cautissimam esse dicunt, ut super aqua volans unum semper oculum in coelum dirigat cavens aves rapaces, altero in aquam directo ut piscem capiat. Conf. VII, 135. XVI, 74. In rhythmice dictis feminae Ebnat-Alchoss appellatae haec leguntur: كن حذرا كالقرلى، ان راى خيرا تدلى، وان راى شرا تولى „Cautus sis ut avis Kirilla, si bonum videt, in aquam se demittit, sin malum, aufugit.“ Grammaticus autem Hamsahus dixit, esse, qui Kirilla nomen viri multum cauti esse contenderent. Conf. Schult. prov. Meid. p. 166 sq.

٢٠٤ أَحْمَقُ مِنْ أُمِّ ٱلْهِنْبِرِ

204. Stupidior, quam asina.

Vocibus ام الهنبر asinam designant; sed Fesaritae isto nomine hyaenam appellant.

٢٠٥ أَحْمَقُ مِنْ لَاعِقِ ٱلْمَاءِ وَمِنْ نَاطِحِ ٱلصَّخْرِ وَمِنْ لَاطِمِ ٱلْأَشْفَى بِخَدِّهِ وَمِنَ ٱلْمُتَنَاخِطِ بِكُوعِهِ

205. Stultior, quam aquam lambens (cf. pr. 55.);

quam petram cornu feriens; quam subulam sutoris gena sua percutiens; quam cubito extremo se emungens. (Cf. prov. 155).

٢٠٦ أَحْسَنُ مِنَ الطَّاوُسِ وَمِنْ سوق العَرُوسِ وَمِنْ زَمَنِ البَرَامِكَةِ وَمِنَ الدُّنْيَا الْمُقْبِلَةِ وَمِنَ الشَّمْسِ والقَمَرِ ومن الدُّرِّ وَالدِّيك

206. Pulchrior, quam pavo; quam sponsae crura; quam tempus Barmacidarum; quam mundus futurus; quam sol et luna; quam unio; quam gallus.

Proverbium احسن من سوق العروس »Pulchrior, quam sponsae crura« sic intelligendum puto, quod sponsae crura ornabantur. Pocockius autem vertit »Pulchrior ductu sponsae« et Schultensius (prov. Meid. p. 180) »Pulchrior sponsa, quæ ad maritum ducitur«; sed quamquam res ipsa non videtur obstare, tamen verba sensum non admittunt. Verbum ساق de ductu sponsae, qui pompa fit, non adhibetur; est verbum زق, cui haec significatio propria est. Huc accedit, quod in caeteris proverbiis nomina sunt, et comparativi (pulchrioris) significatio nomini magis, quam nomini actionis convenit.

Barmacidarum familia sub pluribus principibus Ahbbasidarum ab anno 97 usque ad annum 197 Veziratus munus gerebat. Tempore eorum regnum florebat, ut illis ipsis temporibus et post a poetis magnis laudibus celebrarentur. Tempus illud optime descripsit Fachr. Aldinus Rasi conf. De Sacy Chrest. Arab. P. I, p. 12 text. et T. II, p. 8 sqq. Herbelot. s. voce Barmekian.

٢٠٧ أَحْلَى مِنْ حَيَاةٍ مُعَادَةٍ وَمِنَ التَّوْحِيدِ وَمِنْ نَيْل

أَلْمُنَى وَمِنَ النَّشَبِ وَمِنَ الْوَلَدِ وَمِنَ الْعَسَلِ

207. Dulcior, quam vita consueta; quam cultus unius Dei; quam desiderii completio; quam opes; quam filii; quam mel.

Praetulimus legendi modum codicis B. Pocockius habet من حياة العادة et vertit: »Dulcior vita redeunte« et Schultensius (p. 196.), qui من حياة معادة habet, vertit: »Dulcius quam vita rediens« ex Pocockii manuscripto addens: Puto, cum quis morti vicinus convalescit, et in vitam revocatur. Sed non dubito, quin falsum sit. Proverbium: احلى من التوحيد „Dulcior quam cultus unius Dei“ poeta Motenabbius versui inseruit:

يَتَرَشَّفْنَ مِنْ فَمِي رَشَفَاتٍ هُنَّ فِيهِ أَحْلَى مِنَ التَّوْحِيدِ

„Sugunt (feminae) ex ore meo suctibus dulcioribus quam cultus unius Dei.“

Versus metrum Chafif appellatum est. Conf. I. m. p. 262.

٢٠٨ أَحْرَصُ مِنْ نَمْلَةٍ وَمِنْ ذَرَّةٍ وَمِنْ كَلْبٍ عَلَى عِقْيٍ

208. Avidior, quam formica; quam parva formica (ذرة); quam canis ad recens nati infantis excrementum.

Scharaf-Aldinus sic habet: احرص من كلب على عقى صبى

٢٠٩ أَحْيَرُ مِنَ اللَّيْلِ وَمِنْ يَدٍ فِي رَحِمٍ

209. Magis attonitus, quam nox; quam manus in utero.

Nocti tributum est, quod hominibus in ea adscribendum fuit. Samachschar. Sunt vero, qui vocabulum الليل hoc in proverbio pullum avis حبارى significare dicant, Scharaf-Aldin.

٢١٠ أَحْسَنُ مِنْ بَيْضَةٍ فِي رَوْضَةٍ

210. Pulchrior, quam ovum in prato.

Ob purum et nitidum ovi colorem sic dicitur.

٢١١ أَحْرَسُ مِنْ كَلْبٍ وَمِنَ الْأَجَلِ

211. Magis custodiens, quam canis; quam fatum.

Prius proverbium quoque sic legitur: احرس من كلبة كزبر »Magis custodiens, quam canis Casbari.« Casbar viri nomen est, cui canis noctu ipsum custodiens erat. Non autem permittit fatum, ut homo ante tempus abripiatur et hanc ob causam ei custodia tribuitur. Conf. prov. 140.

٢١٢ أَحْفَظُ مِنَ الْعَمْيَانِ وَمِنَ الشَّعْبِيِّ

212. Magis memoria tenens, quam caeci; quam Schahbita.

Nomen huius Schahbitae est Abu-Ahmruus Ahmir ben-Schaharil. Post Islamismi tempus vixit, ut Mohammedis socios, Ahlium, Ebn-Ahbbasum aliosque principes viderit. Ars memoria tenendi apud Arabes magno in honore est, quum apud ipsos principale doctrinae fundamentum sit. De hoc viro conf. Harir. 451.

٢١٣ أَحْمَى مِنْ أَنْفِ الْأَسَدِ

213. Magis defensus, quam leonis nasus.

٢١٤ أَحَنُّ مِنَ الْمَرِيضِ إِلَى الطَّبِيبِ

214. Magis desiderans, quam aegrotus, qui medicum desiderat.

٢١٥ أَحَلُّ مِنْ مَاءِ الْفُرَاتِ وَمِنْ لَبَنِ الْأُمِّ

215. Magis licitus, quam aqua Euphratis; quam lac matris.

Non est silentio praetereundum, in meo codice legi: احلى من ماء الفرات »Dulcior, quam aqua Euphratis,“ id quod omnino reiiciendum non videtur, aquam enim Euphratis dulcissimam esse dicunt et idem in lacte matris valet.

٢١٦ أَحْمَضُ مِنْ ضَبِّعِ الذُّلِّ فِي بَلَدِ الْغُرْبَةِ

216. Ingratior, quam colaphus vilitatis in terra peregrina.

Id est: colaphum perpeti, qui est indicium vilitatis nostrae, quum in terra peregrina vindicta sumi non possit, maxime ingratum est.

٢١٧ أَحَدُّ مِنْ لِبطَةٍ وَمِنْ مُوسَى

217. Acutior, quam cortex arundinis; quam novaculum.

٢١٨ أَحْبَى مِنْ كَعَابٍ وَمِنْ مُخَبَّأَةٍ وَمِنْ مُخَدَّرَةٍ وَبِكْرٍ

218. Pudibundior, quam puella sororiantibus mammis praedita; quam domi retenta puella; quam in interiore domus parte custodita; quam virgo.

Dixit Alahscha:

وَلَأَنْتَ أَحْبَى مِنْ مُخَبَّأَةٍ عَذْرَاءَ تَقْطُنُ جَانِبَ الْكَسْرِ

„Tu es pudibundior, quam puella domi retenta, virgo, quae in latere posteriore tentorii habitat.“

Versus metrum Camil appellatum est. Conf. l. m. p. 214.

٢١٩ أَحْسَنُ مِنْ الدُّهْمِ الْمُوَقَّفَةِ

219. Pulchrior, quam equi nigri, in quorum pedibus album est.

٢٢٠ أَحْكَى مِنْ قِرْدٍ

220. Magis imitans, quam simia.

Dixit poeta Motenabbius:

يَرُومُونَ شَأْوِى فِى ٱللِّئَامِ وَإِنَّمَا يُحَاكِى ٱلْفَتَى فِيمَا خَلَا ٱلْمَنْطِقَ ٱلْقِرْدُ

„Volunt me praevertere in sermone; et simia in rebus praeter sermonem virum imitatur.“

Metrum versus Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161.

٢٢١ أَحْمَلُ مِنَ ٱلْأَرْضِ ذَاتِ ٱلطُّولِ وَٱلْعَرْضِ

221. Magis portans, quam terra longa et lata.

٢٢٢ أَحْضَرُ مِنَ ٱلتُّرَابِ وَأَحْقَرُ مِنَ ٱلتُّرَابِ

222. Praesentior, quam humus; contemtior, quam humus.

Proverbia recentiora.

٢٢٣ حَظٌّ فِى ٱلسَّحَابِ وَعَقْلٌ فِى ٱلتُّرَابِ

223. Sors bona in nubibus et mens in terra

٢٢٤ حَسَبَهُ صَيْدًا فَكَانَ قَيْدًا

224. Putavit eam rem esse praedam et fuit vinculum.

٢٢٥ حَسَبَ ٱلْحَلِيمُ أَنَّ ٱلنَّاسَ أَنْصَارُهُ عَلَى ٱلْجَاهِلِ

225. Intelligens putat, homines esse suos adiutores contra ignorantem.

٢٢٦ حَرِّكِ ٱلْقِدْرَ يَتَحَرَّكْ

226. Move ollam, movetur (ea).

Proverbium adhibent, quum ad iter excitant.

٢٢٧ حِبَالٌ وَلِيفٌ جَهَازٌ ضَعِيفٌ

227. Funes et palmae fibrae sunt debilis apparatus.

٢٢٨ يَبِيتُ حَيْثُ مَا سَقَطَ لَقَطَ

228. Ubi decidit, collegit.

In versute agentem dicitur. In Haririi libro p. 587. proverbium sic mutatum est: اينما سقطوا لقطوا „Ubicunque decidunt, colligunt.“

٢٢٩ حِمَارُ طَبَّابٍ وَبَغْلَةُ أَبِي دُلَامَةَ

229. Asinus Thajjabi et mula Abu-Dolamahi.

In eum, qui multa vitia habet, dicitur. Proverbium hoc et sequens in tribus codicibus B. L. P. ante ducentesimum secundum locum habet.

٢٣٠ حَوْصِلِي وَطِيرِي

230. Imple ingluviem et vola!

Proverbio hoc incitatur homo, ut libero arbitrio utatur.

٢٣١ حَصَلَ السَّوْقُ السُّلُوَّ

231. Instigatio quietem producit.

Id est: Labor quietis causa est.

٢٣٢ حَقُّ مَنْ كَتَبَ بِمِسْكٍ أَنْ يَخْتِمَ بِعَنْبَرٍ

232. Qui musco scripsit, eum oportet odoramento ambaro appellato obsignet.

٢٣٣ حِصْنُكَ مِنَ الْبَاغِي حُسْنُ الْمُكَاشَرَةِ

233. Munimentum tuum contra scortatorem est pulchritudo risus.

In codice meo est حسن المعاشرة »Pulchritudo consortii«; sed in tribus codicibus B. L. P. المكاشرة legitur. Proverbii sensus esse videtur: Mulier moribus modestis se optime defendit.«

٢٣٤ حَدِيثٌ أَلْيَمُ نَقَرَتْهُ لَعَنْ

234. Narratio (res nova), quam si rostro percussisses, sonum edidisset.

Huiusce proverbii, cuius in codicibus varii legendi modi inveniuntur, docti cuiusdam Arabis explicationem ex Pocockiano manuscripto adferre liceat. Poni, ait, ad commendationem eius, metaphora sumta a metallis purioribus, quae digito percussa tinniunt. In meo codice sic legitur: حديث لو نقرته لظن, in codice Parisiensi, quem amicissimus Dr. Schmölders hoc in loco contulit: حديث لو نقرته لظن Codices B. L. secutus sum. Reiskius in codicis L. margine نقدته corrigendum putavit.

٢٣٥ حِمَاكَ أَحْمَى لَكَ وَأَهْلُكَ أَحْفَى لَكَ

235. Territorium tuum te maxime defendit, et gens tua te maxime honorat.

٢٣٦ حُدَيَّاكَ إِنْ كَانَ عِنْدَكَ فَضْلٌ

236. Prodi contra me, si tibi praestantia est.

Vocabulum حديا nomen est, quod Arabum lexicographi vocibus منازعة disputatio et مباراة certamen explicant. Dicitur انا حدياكم »Ego is sum, qui vobiscum certare vult.«

٢٣٧ حُسْنُ طَلَبِ الْحَاجَةِ نِصْفُ الْعِلْمِ

237. Pulchre quaerere rem necessariam dimidia pars scientiae est.

٢٣٨ حَيَاءُ الرَّجُلِ فِي غَيْرِ مَوْضِعِهِ ضَعْفٌ

238. Pudor viri in loco non conveniente debilitas est.

٢٣٩ اَلْحَسَدُ ثِقْلٌ لَا يَضَعُهُ حَامِلُهُ

239. Invidia onus est, quod portans non deponit.

٢٤٠ اَلْحِيلَةُ انْفَعُ مِنَ الْوَسِيلَةِ

240. Astus utilior est, quam cognatio.

٢٤١ اَلْحُرُّ عَبْدٌ اِذَا طَمِعَ وَالْعَبْدُ حُرٌّ اِذَا قَنِعَ

241. Liber quando cupit, servus est, et servus, quando contentus est, liber.

٢٤٢ اَلْحَسَدُ فِي الْقَرَابَةِ جَوْهَرٌ وَفِي غَيْرِهِمْ عَرَضٌ

242. Invidia inter cognatos est substantia, inter alios accidens.

٢٤٣ اَلْحَيَاءُ يَمْنَعُ الرِّزْقَ

243. Pudor impedit, quominus victum quotidianum acquiramus.

Conf. Erpenii Adag. 67.

٢٤٤ اَلْحَرَكَةُ بَرَكَةٌ

244. Motus est benedictio.

٢٤٥ اَلْحَاجَةُ تَفْتُقُ الْحِيلَةَ

245. Necessitas astum rumpit.

٢٤٦ اَلْحَرِيصُ مَحْرُومٌ

246. Avidus frustratur.

٢٤٧ اَلْحُرُّ تَكْفِيهِ الْاِشَارَةُ

247. Ingenuo nutu signum factum sufficit.

٢٤٨ الحَاوِى لا يَنْجُو مِنَ الحَيَّات

248. Serpentium possessor a serpentium noxa liber non est.

٢٤٩ الحَمِيرُ نَعَتَ الأَكَافِين

249. Asini eorum mortem annunciant, qui clitellas conficiunt.

Pocockius sic habet: الحمير نعت الاكافير »Asini (ut appellentur) epitheton est negantium beneficia in se collata« et addit: ita hic اكافير exposuit mihi Scheichus quidam. Sed falsum puto esse enunciandi et legendi modum.

٢٥٠ الحَقُّ خَيْرُ مَا قِيلَ

250. Veritas omnium dictorum optimum.

٢٥١ الحَبَّةُ تَدُورُ وَإِلَى الرَّحَا تَرْجِعُ

251. Granum circumvertitur et ad molam redit.

٢٥٢ الحُبَابُ لا تُشْتَرَى فَتُصْنَعُ

252. Amor non emitur, ut arte conficiatur.

Proverbium in codicibus vario modo legitur, ut, quid rectum sit, dubitare liceat. In meo codice الحباب لا تشترى فتصنع, in codice L. الحباب لا تشترى او تصنع, in codice B. est: الحباب لا تسترى ولا تصنع, sed antea erat تشترى, puncta enim deleta sunt. In codice Pocockiano legitur: الحيات لا تشترى او تصنع »Vita nec emitur nec . . . . . Schultensius subscripsit (fors. nec deponitur). Neque in Samachscharii neque in Scharaf-Aldini opere proverbium reperitur. Nec vero silentio praetermittendum videtur, femininum verbi, sic enim in codice annotatum est, subiecto الحباب minime convenire, quum sit masculini generis. Et modus scribendae vocis الحباب, qualis in codice B. (Alhobab) est, impedit, quominus pluralis forma sit. Non male الحياة vita legitur.

٢٥٣ اَلْحِمَارُ عَلَى كَرَاهٍ يَمُوتُ

253. Asinus molestiis adflictus moritur.

Commoda molestiis attinguntur.

٢٥٤ اَلْحِمَارُ الشَّرُّ دُبُرُهُ أَحَبُّ إِلَيْهِ مِنْ مَكُّوكِ شَعِيرٍ

254. Asino pravo podex ipsius praeferendus est hordei modio.

٢٥٥ اِحْفَظْنِي أَنْفَعْكَ

255. Custodi me et ego tibi commodo ero.

٢٥٦ اِحْفِرْ بِئْرًا وَطُمَّ بِئْرًا وَلَا تُعَطِّلْ أَجِيرًا

256. Fodi puteum et luto obduc puteum et mercenarium ne dimitte!

Proverbii sensus esse videtur. Quod incepisti, summa cum cura perfice!

٢٥٧ اِحْتَاجَ إِلَى الصُّوفَةِ مَنْ جَزَّ كَلْبَهُ

257. Qui canem suum totondit, ei lana necessaria fuit.

٢٥٨ اَلْحَسُودُ لَا يَسُودُ

258. Invidus non dominatur.

Post proverbium hoc in codicibus B. P. tanquam novum proverbium notatum est: الاحسان الى العبيد مكبتة للحسود »Beneficium erga servos est afflictio invidi.« Hamakero illustr. praecedentis scholion videbatur. Huiusce opinionis causam non video.

٢٥٩ اَلْحَسَدُ دَاءٌ لَا يُبْرَأُ

259. Invidia morbus est, qui non curatur.

Caput VII.

Littera Cha.

خُذْ مِنْ جِذْعِ مَا أَعْطَاكَ

1. Cape a Djidsaho, quod tibi dedit!

Gens Ghasanidarum olim regibus gentis Salihi tributaria erat, nam in viri cujuslibet caput duorum nummorum aureorum tributum impositum erat. Tempore autem, quo Sibthaho ben-Almondsir Salihitae tributi colligendi officium erat, Ghassanidarum gens solvere recusavit et Djidsahus ben-Ahmru Ghassanida Sibthahum, qui tributi colligendi causa venerat, gladio occidit, verba dicens, quae postea in proverbium venerunt. Docet autem proverbium, pro praeda habendum homini id esse, quod avarus det. Alii alio modo proverbium explicant. conf. Kamusi opus et Eichhornii Ibn-Cotaib. p. 160.

٢ خُذْ مِنَ الرَّضَفَةِ ما عَلَيْهَا

2. Sume a lapide candente id, quod in eo positum est!

Vocabulo رضفة lapidem candentem designant, quo injecto lac calefit. Parum lactis ei adhaeret, quapropter in dona parva avari translatum est, ut proverbium doceat, minimum avari donum nobis accipiendum esse. conf. Erpenii Adag. 65.

٣ خُذْهُ وَلَوْ بِقُرْطَيْ مَارِيَهْ

3. Cape hoc, et si (dandae essent) inaures Mariæ!

Maria filia Alkami vel 'insalimi ben Wahab erat. Ejus soror erat Hind-Alhonud uxor Hodjri, qui cognomen اكل المرار gerebat, Cenditae Mator Alharitsi ben-Abi-schamr Ghassanidae erat. Prima inter Arabes inauribus sese ornasse dicitur. Conf. Samachschar. Narrant, eam templo Caahbae dono dedisse duas inaures duobus unionibus ovi columbae magnitudine, ut pretium earum immensum esset, ornatas. In describendis illis inauribus non consentiunt. Conf. Kamus.

٤ خُذْ مِنْهَا مَا قَطَعَ ٱلْبَطْحَاءْ

4. Cape ex eorum (camelorum) numero eos, qui alveum largum, glarea abundantem superarunt!

Suffixum ها ad camelos ابل referendum est. Qui alveum superarunt, robusti sunt. Monet proverbium, ut potentes in auxilium vocemus.

٥ خُذِ ٱلْأَمْرَ بِقَوَابِلِهِ

5. Cape rem anteriores eius partes arripiens.

Perfice statim negotium, ne tempus perficiendi effugiat. Praepositio ب praepositionis في locum tenet, ut sit loco verborum فيما يستقبلك منه »In ea rei parte, quae tibi se obvertit«. Id est: initio, dum occasio non aufugit. Simili ratione dicitur: قبل الشى واقبل »Ante rem et accede!«

٦ خُذْ مَا طَفَّ لَكَ

6. Cape, quod attingere potes!

Vocabulo طف eandem significationem, quam verbo ارتفع et قل »elatus fuit, levis fuit«, Meidanius tribuit; sed

mihi significationem »latus obvertit« habere videtur. Simili modo dicitur: خذ ما دف et خذ ما استدف »Cape, quod paratum est!« Adhortatur proverbium, ut pauco contenti simus.

٧ خِشْ ذُوَّالَةً بِٱلْحِبَالَةِ

7. Per laqueum inflice lupo terrorem!

In eum dicitur, cujus minae contemnuntur. Alii mineris, ego te novi.

٨ خَالِفْ تُذْكَرْ

8. Adversare et tu in memoriam revocaberis!

Almofadhdhelus retulit, verba ista poetam Alhothaiahum dixisse. Quum Cufam venisset, cuidam sibi obviam venienti viro dixit: Virum hujus urbis liberalitate clarissimum mihi indica! Alter dixit; Ohtaibahum ben-Alnahhas Alidjli adi! Ad eius igitur domum tendens viro ipsi in via occurrit. Interroganti autem, num Ahtibahus esset, non sum, alter respondit; aut Ahthabus; idem responsum dedit. Tum Alhothaiahus; sed illis simile nomen geris, dixit. Alter, se Ohtaibahum esse, concedens, quis autem ipse esset, interrogavit. Ego sum Djerwalus, dixit. Tum alter; quis autem est Djerwalus? rursus interogavit, et quum alter respondisset, Abu-Molaicahus, se eum non noscere dixit. At vero, quum, Ego Alhothaiahus sum, dixisset, alter virum cognoscens et bene venisti dicens, eum salutavit. Quum autem Ohtaibahus, Hothaiahum praestantissimum esse poetam dixisset, hic rem negans, et verba illa, quæ postea in proverbii consuetudinem venerunt, loquens, illum se praestantiorem poetam esse, qui hosce versus fecisset, dixit:

وَمَنْ يَجْعَلِ ٱلْمَعْرُوفَ مِنْ دُونِ عِرْضِهِ يَفِرْهُ وَمَنْ لَا يَتَّقِى ٱلشَّتْمَ يُشْتَمِ

وَمَنْ يَكُ ذَا فَضْلٍ فَيَبْخَلْ بِفَضْلِهِ عَلَى قَوْمِهِ يُسْتَغْنَ عَنْهُ وَيُذْمَمِ

»Qui beneficia defert, ut honorem suum defendat, is cum integrum facit, sed qui contumelias non timet, is contumelias patitur. Et qui abundantia bonorum gaudet, sed avarus hanc abundantiam cum gente sua non communicat, is, ex quo utilitatem non percipiant, vituperatur.«

Ohtaibaihus, verborum sensum intelligens poetam, quaenam ei res necessariae essent, interrogavit. Poeta, vestes tuae mihi multum placent, dixit. Exutas igitur vestes tradidit et quid porro desideraret, ex eo quaesivit. Tum poeta, se genti suae commeatum, frumentum scilicet, et dactylos et vestes desiderare. Haec quum ex poetae votis adferri praecepisset, Alhothaiahus dixit: العود احمد »Repetitio majorem laudem meretur« conf. C. XVIII, 159 et abiens hunc versum dixit:

سُئِلْتَ فَلَمْ تَبْخَلْ وَلَمْ تُعْطِ طَائِلًا فَسَيَّانِ لَا ذَمٌّ عَلَيْكَ وَلَا حَمْدُ

»Rogatus fueras et neque avarus fuisti, neque multum donasti; sunt igitur duo aequalia, neque vituperandus es, neque laudandus.«

٩ خَطْبٌ يَسِيرٌ فِي خَطْبٍ كَبِيرٍ

9. Res parva in re magna.

Verba haec Kazirus ben-Sahd Lachmita Djadsimaho ben-Malic ben-Nazr, qui et Djadsimahus Alabrasch (leprosus) et Alawadhdhah (leprosus[1]) cognominatus erat, dixit. Dsadsimahus[2]) in Euphratis ripa regnum possidebat,

---

1) Scharaf-Aldinus ad proverbium أثأر من قصير „Vindictae cupidior quam Kazirus“ adnotavit, lepram a quibusdam inter Arabes laudatam esse, et poetarum versus ad hanc rem probandam adnotavit.

2) Reiskius in margine codicis Lugdunensis de aetate Djasimahi ex Aldjusio haec adnotavit: Dissentiunt de aetate Djasimahi. Alii eum sexaginta annos, alii autem, centum et viginti octo annos regnasse dicunt. Tempore regum regionum per nonaginta quinque annos, et tempore Ardeschiri ben-Babec regni Sassanidarum auctoris per viginti et tres annos regnum tenebat.

tempore, quo Sabba in Mesopotamia regnabat. Sabba patris sui, a Djasimaho occisi necis, ulciscendae causa, se ei in matrimonium ultro offerens, ut in Mesopotamiam veniret, Dsasimahum invitaverat[1]). Omnes, quos in oppidum Bakkam ad Euphratis ripam situm[2]) in consilium convocaverat, ut precibus reginae satisfaceret, suadebant excepto Kaziro, qui راى فاتر وغدر حاضر »Infirmum consilium et praesens perfidia«, dixit, quae verba in proverbium venerunt. Litteras ad reginam mittendi consilium dedit; nam, si talis reginae animus erga ipsum re vera esset, qualem ostendisset, eam venturam esse; sin aliter, regem se eius perfidiae non exposuisse. Quod vero consilium quum rex non probaret, Kazirus dixit: انى امرو لا يميل العجز ترويتى »Ego sum vir, cuius cogitationem debilitas non (a recto) declinat« etc.[3]); At rex, لا ولكنك امرو رايك فى الكن لا فى الضح »Immo vero tu es vir, cuius consilium in tegumento, non in sole est«, dixit, quae verba in proverbium venerunt; et sororis filium Ahmruum ben-Ohdajj consuluit. Qui quum regi itineris faciendi gratum consilium dedisset, et rex iter pararet, Kazirus لا يطاع لقصير امر »Nulla in re Kaziro (seu impotenti) mos geritur« (C. XXIII, 420) dixit, quae verba postea hominibus proverbio erant. Ahmruo ben-Ohdajj regni cura commissa, et Ahmruo ben-Ahbd-Aldjinn simul cum eo equitatus imperio tradito Djadsimahus cum proceribus regni iter ingressus in Euphratis ripa occidentali processit. Castris ibi positis denuo Kazirum consilium rogavit. At

1) Scharaf-Aldinus rem sic narravit: Djadsimahus regionibus ad ripam Euphratis a Persarum rege Ardeschiro ben-Babec praepositus Sabbaam filiam Ahmrui ben-Tharif, quae sub Graeci imperatoris tutela in Syria et Mesopotamia regnabat, in matrimonium sibi petiit.

2) Locum hunc inter locum Alhit et Alanbar situm esse, Scharaf-Aldinus adnotavit.

3) Alterum versus metri Basith hemistichium in codicibus corruptum est.

Kazirus: ببقة خلفت الراى »In loco Bakka consilium reliquisti«, (C. II, 4) dixit, quae verba in proverbium cesserunt [1]). Tum, quid de Sabba regina cogitaret, interrogatus respondit: القول رداف والحزم عثراته تخاف »Verbum est pone sequens et consilii firmi caespitationes metuuntur«; id quod in proverbii consuetudinem venit. Quum interim reginae legati cum donis advenissent, quid tibi videtur, rex Kaziro dixit. Respondit: خطب يسير فى خطب كبير »Res parva in re magna.« Iam tibi obviam venient copiae, quae si te praecedent, regina fidelis est, sin vero ad latera tua incedent, et te circumdabunt te sequentes, perfida est. Tum conscende equum tuum Alahza appellatum, nam eius pulvis non diffinditur« (i. e. cursu non superatur), quae verba in proverbii consuetudinem venerunt, et ego in isto equo tecum vehar. Factum est, quemadmodum Kazirus praedixerat. Equites eum circumdabant, ut ab equo illo suo separaretur [2]). Djadsimahus autem, quum Kazirum in equo suo vehentem et revertentem conspexisset, in haec verba erupit: ويلمه حزما على متن العصا »Vaeh illi! o consilium firmum super dorso equi Alahza appellati« quae postea proverbii locum obtinuerunt. Equus usque ad solis occasum currens magno viae spatio emenso mortuus procidit. Kazi-

1) In Scharaf-Aldini opere sic legitur: تركت الراى بشنى بقة „Reliquisti consilium in flexu Bakkae.“

2) Paulo aliter Scharaf-Aldinus rem retulit. Quum Kazirus dixisset: „Reliquisti consilium in flexu Bakkae“, et Djasimahus iterum consilium petiisset, Kazirus respondit: Si res, quemadmodum cupis, procedit, bene erit, sin aliter; ego equum Alahza offeram. Hunc conscende et fuga salutem pete! Quum igitur equitatus eum circumdedisset, equum illum ei obtulit. Djasmimahus consilium relecit. Kazirus eum interiturum esse videns, dixit: ببقة صرم الامر „Bakkae res abrupta fuit“, quæ verba in proverbii consuetudinem venerunt, et equo illo conscenso fugæ se dedit. Quod videns Djasimahus, haec protulit verba, quae in proverbium venerunt: يا ضل ما تجرى به العصا „O rem amissam! quam celeriter eum aufert equus Alahzal“

rus autem in eo loco turrem exstruxit, quae equi nomine turris Alahzae appellabatur. Arabes dixerunt: حين ما بلغت به العصا »Quando cum equus Alahza appellatus adduxit [1]),« quae verba eis postea proverbio erant. Regina, quum Djadsimahium introductum conspexisset, corpore nudato eum his verbis allocuta est: اداب عروسٌ ترى »Num mos sponsae vides?« (sed C. XIII, 46. et in opere Scharaf-Aldini اشوار »num ornatum« legitur), quae verba postea in proverbii consuetudinem venerunt. Djadsimahus respondit: بلغ المدى وجف الثرى وامر غدر ارى »Ad terminum pervenit, et sicca evasit humida terra, et perfidiae rem video.« Quae verba in proverbium cesserunt. Tum ebrius factus incisis in externa manu venis occisus est, non enim moris erat isto tempore, ut rex collo amputato occideretur. Regis sanguinem in aureum vas excipiebant. Gutta sanguinis in terram decidente regina dixit: »Ne regis sanguinem perdite!« At rex ista verba audiens dixit: دعوا دما ضيعه اهله »Sinite sanguinem, quem gens sua perdidit.« Quae quoque verba in proverbii consuetudinem venerunt. Kazirus autem tribum relinquens ubi equus prociderat, ad Ahmruum ben-Ohdajj, qui Hirae erat, accessit dicens: »Num vindictam sumes?« ad quae verba Ahmruus respondit: بل ثـابر سابر »Minime vindicans est proficiscens.« Kazirus autem pace composita inter Ahmruum ben-Ohdajj et Ahmruum ben-Ahbd-Aldjinn ea conditione, ut hic illi obsequium praestaret, ad vindictam sumendam regem incitavit. Ille se excusans dixit: هي امنع من عقاب الجو »Magis inaccessa est, quam aquila aurae.« quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Sabba vindictam metuens latibulum sibi paravit, per quod in arcem in oppido sitam aufugere posset. Pictorem quoque suae artis

1) In codicibus duobus loco vocis حين aut خبر aut خير legitur, ut sensus sit „Nuntius quem equus Alahza adtulit aut Optimum, quod equus Alahza attulit.“

peritissimum ad Ahmruum misit, qui eius effigies plures, varios vitae status describens, conficeret. Kazirus interim ab Ahmruo rege petiit, ut ipsi nasum amputaret, et tergum percuteret. Quam rem quum Ahmruus facere nollet, Kazirus dixit: حل عنى اذن وخلاك ذمم »Dimitte me tunc et tu vituperio liber eris!« (quae verba in proverbium cesserunt), et nasum suum amputavit, et tergum suum vulneravit. Fugam autem simulans ad Sabbam tetendit, et se tam crudelem poenam Ahmruo dedisse, quod occisi fratris culpam in ipsum contulisset, finxit. conf. C. XXIII, 143. Post Kazirus, quum regina in eo magnam fiduciam collocaret, rogavit, ut sibi in Iracam iter suscipere permitteretur, se inde ad reginam opes, quas possideret, pannos pretiosos aliasque res adducturum esse, promittens. Regina itineris veniam dedit et quum quae promisisset, reportaret, iterum atque iterum proficiscendi veniam concessit. Tertia autem vice quum ad Ahmruum secreto venisset, eum commovit, ut viros fiducia omnino dignos in saccos inclusos cum ipso mitteret et se iis itineris comitem adiungeret; se enim viris in oppido e saccis emissis, et in incolas irruptione facta, ipsi illud latibulum, quo regina confugeret, indicaturum esse, promittens. Itinere suscepto quum ad portas oppidi advenissent, Kazirus reginae felicem adventum adnuntians dixit: اخر البز على القلوص »Postremae vestes sericae (sunt) super camela iuvenca«, quae verba in proverbium venerunt. Tum rogavit, ut ante portas regina prodiret et res inspiceret, dicens: جئت بما صاء وصمت »Adportavi, quod pipivit et quod silet«, quae verba in proverbium cesserunt. Camelis in oppidum intromissis, res, quemadmodum Kazirus praedixerat, agebatur. Regina in latibulum introitura, personam Djadsimahi ad portam stantis cognovit, et ex annulo suo venenum absconditum exsuxit, ut sibi mortem afferret, dicens: بيدى لا بيدى ابن عدى »Per manum meam (moriar), non per manum Ebu-Ohdajji«, quae verba proverbii locum obtinuerunt. Djadsimahus gladio eam confodit. Ahdius ben-Said Ihbadita rem carmine descripsit.

١٠ خَرْقَاءُ وَجَدَتْ صُوفًا

10. Stupida lanam invenit.

Legitur quoque وجدت ثلة, quod idem significat. Proverbium in eum quadrat, qui opes, quas invenit, perdit. Comparatur cum femina stupida, quae lanae, quam invenit usum nescit. Conf. prov. 115.

١١ خُذِي وَلَا تَنَاثَرِي

11. Cape et ne disperge!

Verba haec Doghae adscribuntur. Conf. VI, 163. Quum femina ista ad gentem Banu-l'Ahnbar matrimonii causa duceretur, mater ei dixit: Fieri potest, ut ad nos visitatum redeas duos pueros ulnis amplectens. Postquam igitur unum puerum enixa erat, veniam rogavit ad gentem suam proficiscendi. Venia data, quum non multum a sua gente abesset, filium suum in duas partes dissecuit et matri, quae de filio ipsam interrogasset, filium ostendens verba ista dixit. Proverbio, cui metrum Redjes est (conf. l. m. p. 232), in celandis rei vitiis utuntur.

١٢ خَرْقَاءُ ذَاتُ نِيقَةٍ

12. Stupida solertiam in re tractanda habens.

Proverbium, cui metrum Redjes est (conf. l. m. p. 232), in eum dicitur, qui, quamquam rei omnino ignarus est, tamen rei notitiam sibi arrogat. Conf. Djeuh.

١٣ خَرْقَاءُ عَيَّابَةٌ

13. Stupida multum alios vituperans.

In virum stupidum, qui alios multum vituperat, dicitur.

١٤ أَخْبَرَهَا بِعَابِهَا تَخْفِرْ

14. Vitia, quae habet, ei indica, ut erubeat.

In mulierem audacem dicitur.

١٥ اُخْتَلَفَتْ رُؤُوسُهَا فَرَتَعَتْ

15. Capita eorum (camelorum) diversa erant; libere enim pascebantur.

Suffixum ها ad camelos referendum est. Quum libere pascuntur, camelorum capita diversa sunt sc. directione. Proverbium homines in re dissentire designat. Scharaf-Aldin.

١٦ خَرَجَ نَازِعًا يَدَهُ

16. Exiit extrahens manum suam.

In eum quadrat, qui principi obsequium praestandum recusat. Samachscharius خرج نازع يد adnotavit.

١٧ أَخْبَرْتُهُ بِعُجَرِي وَبُجَرِي

17. Certiorem eum feci de nodis meis in corpore, et venis in ventre nodosis.

Tam vitia mea externa quam interna ob maximam in ipso fiduciam ei patefeci. Conf. Kam.

١٨ الْخَيْلُ تَجْرِي عَلَى مَسَاوِيهَا

18. Equi non impedientibus eorum vitiis currunt.

Ut equi, qui vitiis laborant, propter generosam eorum indolem currunt, sic vir generosus, etsi debilis est, tamen generose agit. Conf. Dj.

١٩ الْخَيْلُ أَعْلَمُ بِفُرْسَانِهَا

19. Equi optime noscunt equites suos.

Proverbium docet, ab eo auxilium petendum esse, qui optime rem noscat; aliis autem proverbium de rei scientia adhibetur. Scharaf-Aldin.

٢٠ الْخَيْلُ أَعْلَمُ مِنْ فُرْسَانِهَا

20. Equi magis gnari sunt, quam equites in iis vehentes.

In eum dicitur, de quo opinionem habes, tum cum talem invenis, qualem esse putaveras aut diversum.

٢١ أُخْتُلِطَ · المَرْعِيُّ بِالْهَمَلِ

21. Permixtus fuit a pastore ductus cum libere pastum dimisso (camelo).

De gente dicitur, quæ in turbas incidit, ut, quod agendum sit, nesciat.

٢٢ خَيْرَ حَالِبَيْكَ تَنْطَحِينَ

22. Optimum duorum te mulgentium cornibus petis.

Narrant, ovem aut vaccam habuisse duos mulgentes, quorum alter leniter alter dure eam tractaret. Lenem cornibus illa percussit. Proverbium in hominem dicunt, qui beneficia male rependit. Proverbium quoque sic legunt: هيل هيل خير حالبيك تنطحين »Vocabulum هيل autem nomen proprium caprae abjecta littera ة pro هيلة esse contendunt.« Samachschar. Conf. Kamus.

٢٣ الخَرُوفُ يَتَقَلَّبُ عَلَى الصُّوفِ

23. Agnus robustus super lana se volutat.

In virum dicitur, qui victus copia abundat.

٢٤ خَامِرِي أُمَّ عَامِرٍ

24. Absconde te, o hyaena!

Hyaena ام عامر, ام عمرو et ام هويمر cognomen habet. Hyaenae magnam stultitiam tribuunt, et cum ea stupidus comparatur. Conf. C. VI, 179. Eam venaturi lapidem in latibulum iniiciunt. Hyaena rem putans esse, quam capiat, prodit et capitur. Vir quoque in eius latibulum irrepere solet, et verba semper dicens: ابشرى بجراد

عظال وكمر رجال »Laeteris locustis cohaerentibus et penibus virorum« cam constringit et protrahit. Fusius Scharaf-Aldinus ad proverbium C. VI, 176. modum capiendae hyaenae explicavit. Venator in hyaenae latibulum intrans dicit: اطرق ام طريق خامرى ام عامر »Noctu veni, o hyaena, absconde te, o hyaena!« Hyaena se contrahit. Tum dicit: ام عامر ليست فى وجارها »Hyaena in latibulo suo non est.« Hyaena pedes anteriores et posteriores protendit. Denique dicit: ام عامر ابشرى بكمر الرجال »O Hyaena! laeteris ob penes virorum« et ابشرى ام عامر بشاء هزلى وجراد عظلى »Laeteris, o hyaena! ob oves emaciatas et locustas cohaerentes« et sic loquens eius pedes, ipsa se non movente, constringit.

٢٥ خَامِرِى حَضَاجِرْ أَتَاكِ مَا تُحَاذِرْ

25. Absconde te, o hyaena, venit ad te quod metuis!

Hoc et praecedens proverbium in eum adhibetur, qui omnes res ob timiditatem suam timet. Aliis autem aliud videtur significare. Homines scilicet describit, qui quamvis ignari non sint vicissitudinum huius mundi, tamen propter incuriam a mundo decipiuntur, quemadmodum hyæna verbis. »Absconde te, o hyaena« se decipi patitur. Conf. VI. 179.

٢٦ خَفَّتْ نَعَامَتُهُمْ

26. Struthiocamela eorum discessit.

Stationem suam relinquentes dispersi sunt. Simili ratione dicitur: شالت نعامتهم. Conf. Schultens. histor. Joctan. ex Abulfed. p. 14. v. 1. Harir. p. 372. text. Ar. et lexic. meum s. شول

٢٧ خَلَا لَكِ الْجَوُّ فَبِيضِى وَأَصْفِرِى

27. Vacuus (liber) tibi est campus, ova igitur fac, et pipi!

Verba haec poeta Tharafahus ben-Alahbd jam puer dixit. Iter cum patruele faciens quum ad aquam consedissent, rete parvum ad capiendas alaudas posuerat. Toto illo die nil cepit. Abstulit igitur laqueos et ad patruelem rediit. Inde tum proficiscens conspexit alaudas grana, quae apud laqueos sparserat, colligentes. Dixit igitur hosce versus:

يَا لَكِ مِنْ قُنْبَرَةٍ بِمَعْمَرِ خَلَا لَكِ الْجَوُّ فَبِيضِي وَاصْفِرِي

وَنَقِّرِي مَا شِئْتِ أَنْ تُنَقِّرِي قَدْ رَحَلَ الصَّيَّادُ عَنْكِ فَأَبْشِرِي

وَرَفَعَ الْفَخَّ فَمَا تَحَذَّرِي لَا بُدَّ مِنْ صَيْدِكِ يَوْمًا فَاصْبِرِي

»O alauda! in loco pabulo abundante et habitato, vacuus tibi est campus [1])! ova igitur fac et pipi, et rostro carpe, quae carpere vis! iam profectus est venator te relinquens; sis igitur laeta, et sublatus est laqueus; quid times? Necessario aliquando capieris; patientia igitur utere!« Proverbium autem significat, hominem res sibi necessarias assequi posse.

٢٨ خَيْرُ لَيْلَةٍ بِالْأَبِدِ بَيْنَ الزُّبَانَى وَالْأَسَدِ

28. Optima nox per totum temporis spatium est inter duo scorpionis brachia et leonem.

Tempus ortus est stellarum Alscheratain et occasus stellarum Algafr appellatarum, quo tempore vernae pluviae sunt. Quod si vero in iis lunae statio est, noctibus felicibus eas adnumerant. Vox الزبانى loco الزبانيين

1) Vocabulum جو, cui alii aeris significationem tribuerunt, hoc in loco non dubito, quin campi significationem habeat, quippe quae verbis: فبيضى etc. „ova fac.“ magis conveniat, alaudae enim in terra nidum struunt. Vox تحذرى est pro تحذرين „Versuum metrum est رجز. Cf. l. m. p. 231. et cl. *Vullers* Tharaf. p. 2.

scripta est. Samachschar. Conf. cl. Jdeler »Unters. über die Sternnam. p. 132, 134, 287, et Harir. p. 186, 187. schol. edit. de Sacy.

٢٩ أَخْلَفَ رُوَيْعِيًّا مَظِنَّهُ

29. Pastorem fefellit spes prati.

Proverbii hujus originem talem fuisse narrant. Pastor in loco quodam pascere solebat. Quum per aliquod tempus eo non venisset, ibi leonem invenit, ut eo uti non posset. Proverbium significat, hominem a re necessaria retineri. Vocabulum رويعى est diminutivum vocis راع pastor Scharaf-Aldin. Samachschar.

٣٠ خَلْعُ ٱلدِّرْعِ بِيَدِ ٱلزَّوْجِ

30. Exuitur indusium per manum mariti.

Proverbium Rikaschae filiae Ahmrui ben-Tsahlab ben-Wajel adscribitur. In re, quae non decet et alieno est loco adhibetur. Conf. C. III, 71.

٣١ خَلِّ سَبِيلَ مَنْ وَهَى سِقَاؤُهُ وَمَنْ هُرِيقَ بِٱلْفَلَاةِ مَاؤُهُ

31. Missum fac eum, cuius uter ruptus est, et cuius aqua in deserto effusa est.

Metrum versuum Redjes appellatum est. Cf. l. m. p. 231. Monet proverbium, ut hominem, cuius erga nos amicitia sincera non sit, fugiamus. Comparatur cum homine in deserto, cuius aqua, utre rupto, effusa est, ut alteri auxilium praestare non possit. Dixit poeta:

صَادِقْ خَلِيلَكَ مَا بَدَا لَكَ نُصْحُهُ فَإِذَا بَدَا لَكَ غِشُّهُ فَتَبَدَّلِ

»Sis amicus amico tuo, quamdiu sincerus est, et quum eius odium tibi apparet, cum permuta!«

٣٢ أَخْتَلَطَ لِلْخَاثِرِ بِٱلزُّبَّادِ

32. Lac coagulatum cum spuma mixtum fuit.

Scharaf-Aldinus diversam vocis الزباد, quæ sine Teschdido enunciatur, intelligendæ rationem adnotavit. Sunt, qui voci eandem quam voci الزبد significationem sc. cremoris tribuant, ut sensus proverbii sit: cremor cum lacte crasso ita mixtum est, ut butyrum elici non possit. Aliis lac tenue est, alii denique putant, eam cum Teschdido enunciandam significare herbam, quae si incidat in lac coagulatum, butyrum difficile secerni. Adhibetur proverbium ad significandum, gentis res omnino confusas et perturbatas esse, ut verum cum falso permixtum sit. Scharaf-Aldîn. Hoc ad metrum Sarih referri potest. conf. l. m. p. 246. Alazmäihus alterum proverbium adtulit paene idem significans: اختلط الليل بالتراب „Nox cum terra permixta fuit.“ Scharaf-Aldinus dixit proverbium significare, hominibus res obscuras et dubias esse, ut quid agendum esset, nescirent.

٣٣ خَيْرَ أَنَائِكَ تَكْفَأْنَ

33. Optimum vas tuum invertis.

Proverbium adhibent significaturi, nos frustrari eos, qui in clientela nostra sint, et nos aliis dona dare.

٣٤ خَيْرُ مَالِكَ مَا نَفَعَكَ

34. Optima opum tuarum pars est, quæ tibi profuit.

Abu-Ohbaidus dixit, homines intelligere proverbium de opibus, quae in vita erogentur et haeredibus non relinquantur. Abu-Ohbaidahus autem opes eas esse, quibus erogatis prudentiam sibi comparaverit vir, qua in conservandis opibus utendum sit. Sensum hunc verum esse, proverbialis locutio illi simillima indicat: لم يضع من مالك ما وعظك „Opes, quae te monuerunt, perditae non sunt.“ Conf. Harir. p. 381. ed. de Sacy.

٣٥ خَيْرَ مَا رُدَّ فِي أَهْلٍ وَمَالٍ

35. Optime te Deus reducat cum familia et opibus!

Verba haec ex itinere redeunti dicuntur. Vocabulum خير aut accusativi aut nominativi casum obtinere potest. Si accusativi casum admittis, sic explicandus est: جعل الله ردك خير رد فى اهل ومال „Faciat Deus reditum tuum optimum reditum cum familia et opibus,“ sin autem nominativi casum esse statuis, talis est explicandi ratio: ردك خير رد „Reditus tuus (sit) optimus reditus etc.“ Samachscharius autem proverbium sic explicavit: رجعت جعل الله ما رجعت به خير ما رجع به قادم „Rediisti: Efficiat Deus, ut id quod reportasti optimum eius sit, quod adveniens reportavit.“

٣٦ اَلْخَلَّةُ تَدْعُو اِلَى السَّلَّةِ

36. Paupertas ad furtum impellit.

Vocabulum السلة derivari potest a verbo سل eduxit gladium. Tum hic proverbii erit sensus »Paupertas ad vim inferendam et latrocinium impellit.«

٣٧ خَيْرُ الْفِقْهِ مَا حَاضَرْتَ بِهِ

37. Optima iurisprudentia est, quæ tibi præsto est.

Optima scientia est, quae praesto est tempore, quo tibi opus est. In Samachscharii libro sic legitur: خير الفقه ما حضرت به. Idem adnotavit, alterum esse legendi modum خير الراى »optimum consilium.«

٣٨ خَلَاؤُكَ أَقْنَى بِحَيَائِكَ

38. Solitudo tua pudorem tuum optime conservat.

Quod si in domo tua solus es, magis convenit ad pudorem tuum conservandum, nam tibi non opus est, ut caveas. Proverbium vituperat hominem, qui aliis se immiscet. Interpretes, ut causam praepositionis ب proferrent, dixerunt, hoc in proverbio voci اقنى sensum vocis الزم esse tribuendum. In Kamusi opere لحياءك legitur.

٣٩ خَيْرٌ قَلِيلٌ وفَضَحَتْ نَفْسِي

39. Bonum parvum et me ignominia affeci.

Verba haec, quibus metrum Sarih est, (Conf. l. m. p. 246) Fakiram uxorem Morrae Alasaditae ferunt dixisse poenitentem, quod absente marito servo corporis sui potestatem concessisset.

٤٠ الْخَنَقُ يُخْرِجُ الْوَرِقَ

40. Strangulatio pecuniam elicit.

In creditorem, cui, quod debitorem urget, debitum solvitur, proverbio utuntur.

٤١ خَيْرُ الْخِلَالِ حِفْظُ اللِّسَانِ

41. Optima hominis indoles est, linguam custodire.

Proverbio hoc silentium commendatur.

٤٢ خَلِّهِ دَرَجَ الضَّبِّ

42. Sine eum, abeat modo lacertae.

In virum dicitur, in quo alienationis signa conspiciuntur. Suffixum ه referunt ad virum. i. e. Sine eum, abeat in latibulum suum. Alii aliter proverbium explicant. Lacerta autem gradatim effossum sibi instruere solet latibulum, una eius parte sub altera posita. Quod si intrat, non attingitur. Si hoc admittis, littera ه otiosa est, ut خلّه sit pro خلّ درج الضب. »Sine viam, qua gradatim intrat in latibulum lacertae« i. e. Ne eam frustra quaeras. Ut lacertam, quae in latibulum suum ingressa est, non invenies, sic illius viri amoris particeps non eris. Alii in his verbis perpetuitatis significationem esse dicunt, ut sic explicandum sit: خلّه ما درج الضب »sine eum, quamdiu lacerta graditur« i. e. semper. i. e. Viam ei patefacias, nec ante pedes tuos incedat et se inflet. Ut malum fugiamus, proverbium hortatur.

٤٣ خُبَأَةٌ صِدْقٍ خَيْرٌ مِنْ يَفَعَةِ سُوءٍ

43. Puella domi se continens proba melior est, quam puer pravus.

In virum dicitur, cujus fama obscura est. Vir obscurus ei praeferendus est, qui ob malefacta in hominum ore est.

٤٤ خَيِّرْ بَيْنَ جَدْعٍ وَخِصَاءٍ

44. Elige inter amputationem et castrationem.

In eum dicitur, qui in duas res ingratas incidit.

٤٥ خُذْ حَظَّ عَبْدٍ أَبَاهُ

45. Cape portionem servi, quam is recusavit.

Quod si servus portionem ei distributam capere recusat, tu eam capias.

٤٦ لَحْمٌ تُعْطِي مِنَ ٱلْبَخِيلِ

46. Vinum causa est, cur avarus dona det.

Vinum hominum naturam permutat, ut avarus dona det, prudens stultus fiat.

٤٧ أَخْنَى عَلَيْهَا ٱلَّذِي أَخْنَى عَلَى لُبَدٍ

47. Perdidit eam idem, qui Lobadum perdidit.

Proverbio metrum Basith est. cf. l. m. p. 190. Quum Lokmanus a gente Ahditarum cum aliis Meccam missus esset, ut aquam peteret suis, et ista gens siti periisset, Lokmano, sic fabula narrat, a Deo concessa erat vitae diuturnitas, ut sibi eligeret aut temporis spatium, per quod septem dorcades fuscae in monte inaccesso, quas pluviae gutta non adficeret, aut septem vultures continua serie viventes duraturi essent. Septem vultures praehabuit. Postremus Lokmani vultur nomen Lobad habuisse dicitur. Eius mentio a poetis saepius facta est. Cecinit Lebidus:

وَلَقَدْ جَرَى لُبَدٌ فَأَدْرَكَ رَكْضَهُ رَيْبُ ٱلزَّمَانِ وَكَانَ غَيْرَ مُثَقَّلِ

لَمَّا رَأَى لُبَدُ ٱلنُّسُورَ تَطَايَرَتْ رَفَعَ ٱلْقَوَادِمَ كَٱلْفَقِيرِ ٱلْأَعْزَلِ

»Et vultur Lobad cucurrit; sed fatum eius cursum, quamvis non erat onere gravatus, assecutum est. Et quum vultur Lobad vultures volatu certantes vidisset, pennas anteriores sustulit tanquam armis destitutus pauper.« i. e. viribus carebat[1]).

Proverbium autem hemistichium versus Nabeghahi est:

أَقْفَرْتْ خِلَاءً وَأَقْفَى أَهْلُهَا ٱحْتَمَلُوا أَخْنَى عَلَيْهَا ٱلَّذِى أَخْنَى عَلَى لُبَدِ

»Vacuae factae sunt (domus) et earum incolae abierunt; perdidit eos fatum, quod vulturem Lobad perdidit.«

Conf. Djeuh. s. لبد. Versus metrum Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190.

٤٨ خَيْرُ ٱلْعَفْوِ مَا كَانَ عَلَى ٱلْمَقْدُرَةِ

48. Optima venia est, quae in puniendi potestate datur.

In codicibus B. et P. عن القدرة eodem sensu legitur. Proverbii sensum poeta expressit hoc versu:

أَعْفُ عَنِّى فَقَدْ قَدَرْتَ وَخَيْرُ ٱلْعَفْوِ عَفْوٌ يَكُونُ بَعْدَ ٱقْتِدَارِ

»Condona mihi (peccatum) et tibi potestas (puniendi) est, nam optima venia est, quae datur, postquam puniendi potestas erat.«

Versus metrum Chafif appellatum est. cf. l. m. p. 262.

٤٩ خَاصِمِ ٱلْمَرْءَ فِى تُرَاثِ أَبِيهِ أَوْ لَمَ تَنَلْ

49. Litiga cum viro de haereditate patris eius, licet eam non capies!

1) Metrum versuum Camil appellatum est. Conf. l. m. p. 212.

Meidanius proverbium sic exposuit: si quid accipis, voluntati tuae satisfactum erit; sin minus, debitum tibi non imponitur. In codicibus L. B. P. legitur: او لم تبكه »etsi cum non defleveris« quod Pocockius, auctoritatem docti cuiusdam Arabis secutus sic intelligendum esse censuit: Nihil nocet, petere ab eo rem, licet nulla ad eum relatione coniunctus fueris. Ita scil. forsan erit, ut aliquid lucreris. Non malo quidem; sed perpensis iis, quae Meidanius ad explicandum proverbium adnotavit, vix dubito, quin nostri codicis unica lectio praeferenda sit; ellipsis enim in proverbio admittenda est, ut sic explicetur: خاصم المرء فى تراث ابيه وان اخذته كان ما شئت او لم تنله لم تغرم شيئا »Litiga cum viro de haereditate patris eius et si ea potitus eris, erit quod voluisti; sin vero eam non assecutus eris, nil perdidisti.«

٥٠ خَفْ رُمَاةَ ٱلْغَيْلِ وَٱلْكَفَف

50. Metue iaculatores impetuum inopinatorum et retia venatoris.

Proverbium prudentiam et cautionem commendat.

٥١ خَالِطُوا ٱلنَّاسَ وَزَايِلُوهُمْ

51. Permiscite vos cum hominibus et ab iis vos separate!

In factis probis societatem inite cum hominibus; in rebus vituperandis vos separate. Conf. C. XXII, 126

٥٢ خَيْرُ ٱلْأُمُورِ أَوْسَاطُهَا

52. Optima res est media.

Moderatio in rebus commendatur.

٥٣ خَيْرُ ٱلْأُمُورِ أَحْمَدُهَا مَغَبَّةً

53. Optima res est, cuius exitus maxime laudatur.

Huic simile est illud: الاعمال بخواتيمها »Facta exitu suo cognoscuntur.«

٥٤ خَيْرُ حَظِّكَ مِنْ دُنْيَاكَ مَا لَمْ تَنَلْ

54. Portio optima tua rerum mundanarum tuarum est ea, quam non assecutus es.

Sic dicitur, quia res mundanae mala nobis afferunt et vanae sunt habendae.

٥٥ خَيْرُ الْغِنَى الْقُنُوعُ وَشَرُّ الْفَقْرِ الْخُضُوعُ

55. Optimae divitiae sunt contentus animus, et pessima paupertas est humilitas.

Verba haec Ausus ben-Haritsah filio suo Malico dixit. Voci قنوع alii significationem contentum esse tribuerunt, alii humiliter rogare, mendicari. Conf. Erpen. prov. Ar. Cent. I, 64. Conf. Djeuh.

٥٦ خَبِّرْهُ بِأَمْرِهِ بَلًّا بَلًّا

56. Nuntia ei rem suam madefaciendo.

Id est: sensim sensimque nil omittens.

٥٧ لِلْخَطَاءِ زَادُ الْعَجُولِ

57. Error est commeatus festini.

Raro fit, ut, qui festinet in re peragenda, a via recta non aberret.

٥٨ لِلْخُطَبِ مِشْوَارٌ كَثِيرُ الْعِثَارِ

58. Orationes sunt locus, ubi iumenta vaenum offeruntur et ubi multum caespitatur.

Proverbium monet nos, ne multa verba faciamus. Sic proverbium in Kamuso Turcico sub شور explicatur, ubi incipit ايّاك والخطب. In Scharaf-Aldini opere الخطبة legitur.

Orationes cum illo loco, ubi multum caespitatur, comparatae sunt.

٥٩ خَيْرُ ٱلْغَدَاء بَوَاكِرُهُ وَخَيْرُ ٱلْعَشَاء بَوَاصِرُهُ

59. Optimus cibus matutinus est, qui diluculo fit et optimus cibus vespertinus, qui sumitur die iam claro.

Vocabulum بواصره »videntes eius« scholion his verbis explicat: يعنى ما يبصر فيه الطعام قبل هجوم الليل sc. id, in quo conspicitur cibus ante noctem irruentem.

٦٠ خَيْرُ ٱلْمَالِ عَيْنٌ سَاهِرَةٌ لِعَيْنٍ نَايِمَةٍ

60. Optimae opes sunt oculus vigilans oculo dormienti.

Similis huic proverbio ratio inesse potest, quam alteri خير المال عين خرارة فى ارض خوارة »Optimae opes sunt fons murmurans in terra depressa.« Conf. prov. 86. Alii hunc proverbio sensum inesse putant. »Oculus eorum qui pro nobis, dum somno nos damus, opus faciunt ex. gr. servorum, ancillarum, tributariorum.

٦١ خَيْرُ ٱلنَّاسِ هٰذَا ٱلنَّمَطُ ٱلْأَوْسَطُ

61. Optimi homines sunt hic coetus medius.

Id est: viam rectam, in medio positam tenentes.

٦٢ خَلِّ مَنْ قَلَّ خَيْرُهُ فِي ٱلنَّاسِ غَيْرِهِ

62. Sine eum, cuius bonum in alios homines praeter ipsum non redundat.

Id est: Qui suo tantum commodo inserviens aliorum in agendo rationem non habet.

٦٣ أُخْلُ ٱلْبَيْكَ ذِيبُ أَزَلُّ

63. Solus rem tuam age! hic est lupus clunibus macris præditus.

Videntur vocabulum اخل duplici modo enunciare, ut imperativus aut primae aut quartae formae sit. Ad explicandam vocem اليك supplent ضاما شانك »Rem tuam ad te attrahens.« Ut cautionem in rebus nostris adhibeamus et nonnisi in nobis ipsis fiduciam ponamus, proverbium monet. Lupus autem clunibus macris celeriter incedentem significat. Ut hic cavendus est, sic nobis in rebus nostris a malis cavendum est.

٦٤ أَخبَرتَه خبُورِى وشقُورِى وفقُورِى

64. Narravi ei res meas, et res meas necessarias et sollicitudines meas.

Grammaticus Alferra omnes tres voces vocali Dhamma, Abu-l'Djarrahus vocali Fatha, affecit. Abu-l'Haitsamus شقورى cum Fatha scripsit. Proverbii sensus est: De statu meo omnino eum certiorem feci.

٦٥ خَيرُ سِلَاحِ ٱلمَرءِ ما وَقَاهُ

65. Optima viri arma sunt, quæ eum custodierunt.

In filios viri, qui ei adjumento sunt et quae ei opus sunt, suppeditant, transfertur. Proverbii verbis metrum Sarih est. C. l. m. p. 246.

٦٦ لِلحُنفَسَاءِ إِذَا مُسَّت تَنَتَّنُ

66. Scarabaeus, quando tangitur, multum foetet.

Proverbium, viri turpis societatem et communionem fugiendam esse, docet.

٦٧ خُذ أَخَاكَ بِحَمِّ أَستِه

67. Cape (puni) fratrem tuum propter liquatam partem caudae podicis ipsius.

Verba haec sic interpretati sunt: خذه باول ما سقط به من الكلام »Cape vel puni eum ob primum errorem, quem sermone commisit.

٦٨ خَوَاطِئًا كَأَنَّهَا نَوَاقِرُ

68. Aberrantes (sagittas iecit), quasi eae essent scopum attingentes.

In eum dicitur, cujus falsum propius ad verum accedit, quam alius rectum. Accusativus ex omisso verbo رمى pendet; adjectivo خواطيا addendum est nomen سهاما »sagittas.« Cum sagittis verba comparata sunt.

٦٩ أَخْطَأَتْ أَسْتُهُ الْحُفْرَةَ

69. Podex eius a fossa aberravit.

In eum dicitur, qui rem, quam petit, non assequitur. Conf. Harir. 454, 461. Hamas. p. 67. l. 9.

٧٠ خَضْلَةٌ تَعِيبُهَا الرَّصُوفُ

70. Femina pulchra et delicata, quam mulier nimis angusto meatu praedita vituperat.

In eum dicitur, qui, quamquam in ipso vitia sunt, tamen alios vituperat. Proverbio metrum Sarih est. C. l. m. p. 246.

٧١ خَوَقٌ مِنَ السَّامِ بِجِيدٍ أَوْقَصَ

71. Annulus ex auro confectus in collo brevi.

Vocabulum سام venas auri in fodina significat. In eum dicitur, qui parentibus nobilissimis oriundus natura vilis est.

٧٢ خَمْرُ أَبِي الرَّوْقَاءِ لَيْسَتْ تُسْكِرُ

72. Vinum Abu-l'Raukäi non inebriat.

Abu-l'Rauka nomen viri fuisse videtur, qui multum, quod possidebat, vinum aliis bibendum non dedit. Verba ad metrum Redjes referri possunt. C. l. m. p. 230. In divitem igitur dicitur, qui in alios beneficia non confert. In meo autem codice et Lugdunense تشكر »gratiam meretur« legitur.

٧٣ أَخْلَفَكَ الْوَزْنُ وَسُهْلٌ لَا يُرَى

73. Stella Alwasn appellata te fefellit et stella Sohail non apparet.

الوزن Alwasn nomen stellæ est, quæ stellæ Canopi et ortus loco et luce simillima, ipsa Canopi stella esse saepissime putatur. Eadem quoque ratio stellae حضار Hadhari appellatæ est, ut dicatur: مخلفان حضار والوزن »Stellæ Hadhari et Alwasn fallunt« i. e. Spes, quam in iis posuisti, quum eas stellam Sohail esse putares, fallitur. Hoc in duos viros transfertur, qui spem aliorum irritam reddunt. Proverbii verbis metrum Redjes est. C. l. m. p. 230.

٧٤ خَبْرَاءُ وَادٍ لَيْسَ فِيهِ مَهْلَكٌ

74. Lotos proferens campus vallis est, in quo interitus non est.

Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. Vocabulum خبراء locum designat lotos arbores proferentem. In isto quoque loco fontes sunt aestatis tempore non evanescentes. In generosum dicitur, qui vicinis securitatem dat et a malis defendit.

٧٥ خَطِيطَةٌ فِيهَا كِلَابٌ شُغَّرُ

75. Terra pluvia carens, in qua canes sunt pedem tollentes, ut mingant.

Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. Vocabulum خطيطة terrae tractum significat inter duos, quos

pluvia affecit, situm. In gentem dicitur, quae calamitate adflicta erga alios superbe se gerit.

٧٦ خُلَّةُ أَعْرَابٍ وَدِينٍ فَادِحٌ

76. Amicitia Arabum et aes alienum grave.

Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. Arabes campestres nominavit, quod saepius maximis calamitatibus adfliguntur et amicis onera imponunt non ferenda. In eum dicitur, cui res ingrata et difficilis, quae evitari non potest, peragenda est.

٧٧ خِرْبَانُ أَرْضٍ صَقْرُهَا مُلِتَّ

77. Mares avis tardae in terra, cuius accipiter in plumis abscondidit caput.

Proverbio metrum Sarih est. Conf. l. m. p. 246. In gentem dicitur, quae in regione grassans a principe illius regionis non punitur.

٧٨ خَابَرْتُ سَعْدًا فِي مَلِيطٍ مُخْدَجٍ

78. Socius Sahdi fui in abortivo cameli foetu imperfecto.

Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. In duos viros dicitur, qui inter se de re inutili litigant.

٧٩ أُخْلِفْ بِقَوْمٍ سَادَهُمْ حِقَابُ

79. Quam prava et corrupta est gentis conditio, cuius principatum mulier tenet!

Proverbio metrum Sarih est. Conf. l. m. p. 246. Vocabulum حقاب »zonam monilibus ornatam«, qua mulieres medium corpus cingunt, significat. Hoc in proverbio autem حقاب est pro ذات حقاب »Ornata zonà.« In vilem dicitur, qui nobilem regnat.

٨٠ أَخْطَأَ نَوْءُكَ

80. Sidus tuum fefellit.

Vocabulo نوء illud sidus designatur, in cuius ortu aut occasu pluvia decidere solet. Dicere solent: مطرنا بنوء كذا »Per istud (sidus) pluvia affecti sumus.« Contrario sensu proverbii dicitur: قد صدق النوء »Iam verax fuit sidus« i. e. Pluviae, quas sidus promisit, deciderunt. conf. Harir. p. 186. Harethi Moall. ed. cl. Vullers p. 58 ad carmen Abu-Ohlae et Hamas. p. 713. In eum dicitur proverbium, qui rem necessariam petens ea potiri nequit.

٨١ الْخَيْلُ مَيَامِينُ

81. Equi fortunati sunt.

Narrant Djerirum ben-Ahbd-Allah poetam, quum Kodhäita cum eo de gloria certaret, equum adductum a latere dextero conscendisse. Quod quum videret Kodhäita, dixit: استُ لمر تعود الجمر »Podex, qui thuribulo adsuefactus non fuit[1]); at Djerirus verbis istis respondit, quae postea in proverbium venerunt. Vocabulo autem ميمون ad latus dexterum respicere videtur. Proverbii sensus esse videtur: quum equi felices sint, ab utroque latere eos conscendere licet. In rem quovis modo laudem merentem transfertur. Scharaf-Aldinus proverbii verba viro ad gentem Badjilah pertinenti, alius viro e gente Alfarafizah ben-Alahwaz Alcalbi tribuit.

٨٢ خُذْهَا مِنْ ذِي قَبَلٍ وَمِنْ ذِي عَوَضٍ

82. Cape illud tempore futuro.

Suffixum ها ad vocem omissam خطة res, negotium referendum est. Duae sunt proverbiales locutiones: خذها

1) Proverbium est conf. prov. استُ المرأة احقّ بالجمر.

خذها من ذى عوض et من ذى قبل. In minis adhibetur. Sic scholion habet. Sensus est, ut mihi videtur: ne differas illud usque ad tempus futurum.

٨٣ اَلْخَيْرُ عَادَةٌ وَالشَّرُّ لَجَاجَةٌ

83. Bonum est consuetudo et malum est pertinacia.

Scholion hoc modo proverbium explicat: جعل الخير عادة لعود النفس اليه وحرصها عليه اذا الفته لطيب ثمره وحسن اثره وجعل الشر لجاجة لما فيه من الاعوجاج ولاحتواء العقل اياه »Bonum dixit esse consuetudinem, quia anima ad id adsuescitur et eius avida est, quippe quæ ei adsuescitur propter fructus, quos fert bonos et pulchra, quae relinquit, vestigia; malum autem dixit esse pertinaciam propter distortionem, quæ in eo est, et quod mens id amplectitur.«

٨٤ أَخْمَعِي وَتِيسِي

84. Claudica (o hyaena) et Tisi!

Conf. C. III, 93. In virum delirantem dicitur. Id est: Quae dicis falsa sunt et ad nos non attinent.

٨٥ اَلْخَازِبَازِ أَخْصَبُ

85. Muscae veris pabuli copia abundant.

Vocabulo خازباز muscæ, quæ veris tempore apparent, designantur et quae pabuli copiosi optimum indicium sunt Conf. Abulf. An. T. I. p. 386.

٨٦ خَيْرُ الْمَالِ عَيْنٌ خَرَّارَةٌ فِي أَرْضٍ خَوَّارَةٍ

86. Optimae opes sunt fons murmurans in terra aequabili et depressa.

Agriculturam omnibus artibus praeferendam esse, proverbium dicit. Conf. prov. 60.

٨٧ خَيْرُ الرِّزْقِ مَا يَكْفِي وَخَيْرُ الذِّكْرِ الْخَفِي

87. Optimum alimentum est id, quod sufficit et optima laus est occulta.

٨٨ خُذْ حَقَّكَ فِي عَفَافٍ وَافِيًا أَوْ غَيْرَ وَافٍ

88. Cape id, quod tibi debetur cum abstinentia sive totum datur, sive non datur.

Ut pauco contenti simus, proverbium hortatur.

٨٩ خَالِصِ الْمُؤْمِنَ وَخَالِقِ الْفَاجِرَ

89. Sincerum praesta amorem Mohammedano, bonam naturam improbo commonstra!

Conf. C. I, 384.

٩٠ خَبْرَةٌ فِي جَوْفِهِ

90. Vera eius conditio in interiore eius est.

Tu eum despicis externae ejus conditionis rationem habens; sed alius est, quam tibi esse videtur. In eum dicitur, qui alium haud spernendum parvi habet.

٩١ خَشْيَةٌ خَيْرٌ مِنْ وَادٍ حُبًّا

91. Timor praeferendus est valli amore plenae.

Vox حبا explicandi gratia voci وادٍ apposita est. Proverbii sensus est: »Quod te metuunt, melius est, quam quod te amant.“ Similis est ratio verborum. رهباك خير من رغباك „Timor tui melior est, quam desiderium tui.“ Conf. C. XX, 35.

٩٢ خِيَارُكُمْ خَيْرُكُمْ لِأَهْلِهِ

92. Optimus inter vos est is, qui optimus est erga familiam suam.

Verba Mohammedis sunt a Mohammedis socio adlata.

٩٣ خُذْ مِنْ فُلَانٍ الْعَفْوَ

93. Cape a quodam condonationem.

Id quod sine molestia consequi potes, accipe; quod tibi difficile est, relinque! In codice B. post العفو additur: est وامر بالعرف „et impera beneficium!“

Forma comparativi.

٩٤ أَخْطَبُ مِنْ سَحْبَانَ وَائِلٍ

94. Melior orator quam Sahbanus Wajel.

Viri nomen erat Sahban ben-Sofar ben-Ijas ben-Ahbd-Schams ben-Alahabb. Ad gentem Bahilah pertinebat. Tantam autem huius oratoris auctoritatem fuisse narrant, ut, quum ad Moahwijjahum[1]) venisset, omnes ibidem praesentes oratores, se ei imparem esse sentientes abierint. Se esse oratorem celebrem ipse hoc versu dixit:

لَقَدْ عَلِمَ الْحَيُّ الْيَمَانُونَ أَنَّنِي إِذَا قُلْتُ أَمَّا بَعْدُ أَنِّي خَطِيبُهَا

„Iam sciunt gentes Jemanenses, me esse, quando dixi, his praemissis, ipsorum oratorem[2]).“

Nec non poeta hos versus Thalhaho ben-Ahbd-Allah ben-Chalf Chosäihtae dixit:

يَا طَلْحَ أَكْرِمْ مَنْ بِهَا حَسَبًا وَأَعْطَافُمْ لِتَالِدْ

1) Moahwijjahus anno sexagesimo post Hedjram octoginta annos natus diem supremum obiit. Ab anno quadragesimo chalifatus imperium tenebat.

2) Voces اما بعد i. e. „post laudes Dei ciusque prophetae praemissas“ apud Arabes usitatum orationis initium erant. Metrum versus Thawil appellatum est. conf. libr. m. p. 161.

مِنْكَ ٱلْعَطَاءُ فَأَعْطِنِي وَعَلَيَّ مَدْحُكَ فِي ٱلْمَشَاهِدْ

»O Thalhahe! nobilissimus omnium genere et liberalissimus omnium opibus haereditate acceptis! a te donum prodit; dona igitur mihi da, meumque erit, te laudare in hominum consessibus [1]).«

Thalhahus ista verba audiens dixit: Quid velis, indica! Tum alter: equum tuum rufum et servum tuum pistorem et palatium tuum Sernedji et decem millia (drachmarum). Thalhahus haec ei dono dans dixit: Tu tui gentisque Bahilah, non mei rationem habens petiisti, eamque ob causam multum vituperandus es, nam si omnia mea palatia, servos et iumenta, ut dono tibi darem, petiisses, tu ea accepisses. Narrant, hunc oratorem de pace inter duas gentes componenda per sex fere horas orationem habuisse, in qua idem verbum non repeteret. Conf. Harir. p. 42.

٩٥ أَخْنَثُ مِنْ هِيتٍ

95. Imbecillior in Venere quam Hitus.

Proverbium hoc inter Medinae incolas tempore Mohammedis Arabum prophetae usitatum erat. Tres in oppido Medina viri erant in Venere imbecilles Hitus, Harimus et Matihus, e quibus Hiti conditio in proverbium venit. His feminas visitandi venia erat, ut illae velo faciem non tegerent. Hitus Mohammedis feminas adire solebat. Quodam die quum verba, quae fratri Omm-Salamae Ahbd-Allaho ben-Abi-Omajjah dixisset, eum suspectum Mohammedi reddidissent, Chachum in exilium ab eo missus est. Ibi usque ad Ohtsmani tempus manebat. Sunt autem, qui verum viri nomen هنب Hinb esse dicant.

٩٦ أَخْنَثُ مِنْ دَلَّالٍ

66. Imbecillior in Venere, quam Dallalus.

1) Metrum est Camil appellatum. Conf. libr. m. p. 215.

Nomen huius viri Nafids, cognomen Abu-Said erat. Hunc cum aliis in oppido Medina in Venere imbecillibus castrandum curaverat Medinae praefectus Ebn-Hasanus Alanzari tempore Solaimani ben-Ahbd-Almalic. Miserat enim Solaimanus ad Medinæ praefectum litteras cum mandato, ut numeraret viros in oppido Medinae in Venere imbecilles. Quum vero in verbo احص numera! scribae incuria littera ح puncto affecta esset, factum est, ut اخص castra! legeretur. Qui scribendi error in causa erat, cur sex in oppido Medina viri castrarentur.

٩٧ أَخْنَثُ مِنْ مُصَغِّرِ أُسْتِهِ

97. Imbecillior in Venere, quam is, qui podicem suum croco inficit.

Proverbium hoc apud Medinenses Mohammedis adiutores Anzar appellatos frequens erat. Eo utebantur contra viros e gente Banu-Machsum, qui cum Mohammede e Mecca Medinam fugerant. Proverbio autem Abu-Djahlum ben-Hescham designari narrarunt. Vir enim hic, quum lepra laboraret, clunes croco tinxisse dicitur. Medinenses autem id eum fecisse ea de causa, ut illam corporis partem pulchriorem redderet, quippe quum Veneri praeposterae addictus esset, contendunt. Gens autem Banu-Machsum hanc opinionem refellere studebat.

٩٨ أَخْسَرُ صَفْقَةً مِنْ شَيْخِ مَهْوٍ

98. Maiorem iacturam passus mercatura quam senex familiae Mahw appellatae.

In opere Scharaf-Aldini sic legitur: أَخْسَرُ مِنْ شَيْخِ مَهْوٍ »Maiorem iacturam faciens quam senex gentis Mahw.« Huius autem proverbii origo talis fuisse narratur. Gens Ijad pediti dedecore contaminata erat. Quodam anno in nundinis Ocatsi vir quidam ad istam gentem pertinens in

publicum prodiit et alta voce clamavit. Ego Ijadita sum; quis autem a me pediti dedecus datis his duobus pannis striatis Arabiae felicis emit? Accessit senex, cui nomen Ahbd-Allah ben-Baidarah erat, ad familiam Mahw appellatam pertinens, quae pars tribus Ahbd-Alkaisi erat, et coram testibus istos duos pannos accepit, ut in eius tribum dedecus transferretur. Hanc ob causam Ijadita quidam in gentem Ahbd-Alkais hos versus dixit:

يَالَ لُكَيْزٍ دَعْوَةً تُبْدِيهَا تُعْلِنُهَا ثُمَّتَ لَا تُخْفِيهَا

كُرُّوا إِلَى ٱلرِّجَالِ فَٱفْسُوا فِيهَا

»O gentem Locais! quae istam praedicationem primum de te ibi divulgas et non occultas; redite ad viros et ibi pedite[1])!«

Gens autem Ahbd-Alkais hoc iis regesserunt:

إِنَّ ٱلْفَسَاةَ قَبْلَنَا أَبَادْ وَنَحْنُ لَا نَفْسُو وَلَا نَكَادْ

»Gens Ijad ante nos pepedit, et nos non pedimus et non id facimus.«

Illius autem facti poeta quidam in hisce versibus mentionem fecit:

يَا مَنْ رَأَى كَصَفْقَةِ ٱبْنِ بَيْدَرَهْ مِنْ صَفْقَةٍ خَاسِرَةٍ تُخْسِرَهْ

ٱلْمُشْتَرِي ٱلْعَارَ بِبُرْدَيْ حِبَرَهْ شَلَّتْ يَمِينُ صَافِقٍ مَا أَخْسَرَهْ

»O quis vidit talem mercaturam, qualem fecit Ebn-Baidarahus, inutilem, iacturà adfligentem, qui emit dedecus pretio duarum vestium Jemanensium. Arida fiat manus complodentis! Quam magnam iacturam fecit!«

---

1) Locaisus erat unus filius Afzae ben-Ahbd-Alkais. Alterius nomen Schann erat. Locais igitur his in versibus gentem Ahbd-Alkais designat. Praedicatione, eos pepedisse, dicere vult, quam ille Arabs in nundinis divulgaverat. Metrum versuum Sarih est. Cf. libr. III. p. 246.

٩٩ أَخْيَلُ مِنْ وَاشِمَةِ أَسْتِهَا

99. Superbior, quam mulier, quae anum pinxit.

Legitur quoque من المتشمة. Hanc rem mulierem fecisse, et hanc ob causam superbia elatam fuisse dicunt. Alii autem Doghae istam rem adscribunt. Conf. VI, 163.

١٠٠ أَخْلَفُ مِنْ وَلَدِ الْحِمَارِ

100. Magis diversam a patre et matre formam habens, quam pullus asini.

Mulum volunt, quod neque patrem neque matrem referat.

١٠١ أَخْلَفُ مِنْ نَارِ الْحُبَاحِبِ

101. Magis spem fallens, quam ignis Alhobahibi.

Diverso proverbium modo efferunt: اخلف من نار ابى حباحب »Magis spem fallens, quam ignis Abu-Hobahibi« aut اخلف من وقود ابى حباحب »Magis spem fallens, quam fomentum ignis Abu-Hobahibi.« Ebn-Alcalbius narravit, virum istum tempore antiquo avaritia inter Arabes notum fuisse, quae talis fuisset, ut ignem non accenderet, metuens, ne alius quis sibi inde ignem sumeret. Alii autem putant, vocabulo الحباحب scintillas significari, quæ ex lapidibus equorum ungulis percussis prodeant, alii الحباحب nomen insecti esse, quod noctu volans scintillae simile sit.

١٠٢ أَخْلَفُ مِنْ صَقْرٍ

102. Foetidius os habens quam accipiter.

Proverbium hoc in meo codice non legitur.

١٠٣ أَخْلَفُ مِنْ عُرْقُوبٍ

103. Minus promissa perficiens, quam Ohrkubus.

Ohrkub viri ad gentem Aus vel Chesredj pertinentis nomen fuisse dicitur, qui oppidum Jetsreb (Medinam) incoleret. Alii eum Chaibari incolam, Iudaeum fuisse dicunt, alii denique eum fuisse Ohrkubum ben-Mahbed ben-Asad ex Amalekitis (conf. Kam. s. v. عرقب), qui fructus palmae patrueli suo promisisset. Eum igitur venisse narrant, ut palmam acciperet tempore, quo flores emisisset. Illum rem distulisse, donec immaturos fructus arbor haberet, et quum venisset alter constituto tempore, iterum rem distulisse, donec dactyli molles fierent, et tertio illum rem distulisse, donec omnino maturi essent. Isto autem tempore illum fructus omnes collegisse alterique nil dedisse. Sunt denique, qui dicant, locum illum Jetreb يترب appellatum non multo distare a loco Hodjr in regione Jemamah sito. Pluries autem istius viri mentionem fecerunt poetae. Dixit Alahscha:

وَعَدْتَ وَكَانَ الْخُلْفُ مِنْكَ سَجِيَّةً مَوَاعِيدَ عُرْقُوبٍ أَخَاهُ بِيَثْرِبَ

»Promisisti, dum promissa non perficere naturae tuae conveniebat, modo quo Ohrkubus fratri suo in oppido Jetsreb promissa dedit[1]).«

Conf. librum meum: Caabi ben-Sohair carmen vers. XI et adnott. p. 8 sq. Bonn 1822. Conf. C. XXIV, 300.

١٠٤ أَخْلَفُ مِن شَرْبِ الْكَمُونِ

104. Fallacior, quam potus cumini.

Cumino aquam desideranti dicere solent: Cras rigaberis; sed promissum non servant. Quapropter dixit poeta:

فَأَصْبَحْتُ كَالْكَمُونِ مَاتَتْ عُرُوقُهُ وَأَغْصَانُهُ مِمَّا يُمَنُّونَهُ خُضْرُ

»Similis fui cumino, cuius radices mortui sunt et rami virides ob promissa ei facta[2]).«

---

1) Metrum versus Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161.

2) Metrum Thawil appellatum est. Conf. libr. meum p. 161. Verti

Bascharus cecinit:

إِذَا جِئْتَهُ يَوْمًا أَحَالَ عَلَى غَدٍ كَمَا يَعِدُ ٱلْمَوْنَ مَنْ لَيْسَ يَصْدُقُ

»Quum die ad eum venis, in crastinum diem differt, quemadmodum cumino promittit, qui verax non est.«

Metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

١٠٥ أَخْلَفُ مِنْ بَوْلِ ٱلْجَمَلِ

105. Contrarior, quam cameli urina.

Vocabulum اخلف significationem a voce خلاف accepit, camelus enim et leo versus posteriorem partem (الى خلف) urinam emittit modo caeterorum animalium contrario. Sam.

١٠٦ أَخْلَفُ مِنْ ثِيلِ ٱلْجَمَلِ

106. Diversior, quam saccus, in quo cameli veretrum est.

Diversum in latus, quam in caeteris animalibus inclinatur. Samachschar.

١٠٧ أَخَفُّ من فَرَاشَةٍ

107. Levior, quam papilio noctu ad candelas accensas advolitans.

Speciem magnae muscae habet; sed manibus contritus farinae pulveri similis est. Tinea significatur.

١٠٨ أَخَفُّ رَأْسًا مِنَ ٱلذِّئْبِ

108. Levior capite, quam lupus.

Lupus leviter tantum dormit, et quae est hominum opinio, uno tantum oculo clauso. Hamidus in versu sic lupum descripsit:

---

quoque potest: Similis eras. Quid rectum sit, quum vocales absint, diiudicari non potest.

بَنَامُ بِإِحْدَى مُقْلَتَيْهِ وَيَتَّقِي بِأُخْرَى ٱلْمَنَايَا فَهْوَ يَقْظَانُ هَاجِعُ

»Uno tantum oculo dormit et altero mortem cavet, ut simul vigilet et dormiat.«

Metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161. Cf. C. VI, 185.

١٠٩ أَخَفُّ رَأْسًا مِنَ الطَّايِرِ

109. Levior capite, quam avis.

Quia leviter dormit, non somno profundo. Dixit poeta:

يَبِيتُ ٱللَّيْلَ يَقْظَانًا خَفِيفَ الرَّأْسِ كَٱلطَّايِرْ

„Pernoctat vigilans levi capite, sicut avis.“

Metrum versus Hesedj appellatum est. Conf. l. m. p. 226.

١١٠ أَخَفُّ حِلْمًا مِنْ عَصْفُورٍ

110. Levior intellectu, quam passer.

Arabes stultorum intelligentiam cum passeris comparare solent; sic enim dixit poeta:

لَا بَأْسَ بِٱلْقَوْمِ مِنْ طُولٍ وَمِنْ عِظَمٍ جِسْمُ ٱلبِغَالِ وَأَحْلَامُ ٱلْعَصَافِيرِ

„Non est virtus bellica in gente, quum sint longi magnique; est mulorum corpus, at prudentia passerum.“

١١١ أَخَفُّ حِلْمًا من بَعِيرٍ

111. Levior prudentiâ, quam camelus.

Sic cecinit poeta:

لَقَدْ عَظُمَ ٱلْبَعِيرُ بِغَيْرِ لُبٍّ فَلَمْ يَسْتَغْنِ بِٱلْعِظَمِ ٱلْبَعِيرُ

يُصَرِّفُهُ ٱلصَّبِيُّ لِكُلِّ وَجْهٍ وَيَحْبِسُهُ عَلَى ٱلْخَسْفِ ٱلْجَرِيرُ

وَتَضْرِبُهُ ٱلْوَلِيدَةُ بِٱلْهَرَاوِى فَلَا غِيرٌ لَدَيْهِ وَلَا نَكِيرُ

„Magnus est camelus; sed animo caret, et nullam ex magnitudine utilitatem camelus cepit. Quo vult, eo convertit eum puer, et funis tenuis loco pabulo carente eum

retinet. Fustibus eum serva percutit et neque iracundia neque detrectatio in eo est.“

Versuum metrum Wafir appellatum est. Cf. l. m. p. 204.

١١٢ أَخَفُّ مِنَ الْجُمَّاحِ

112. Levior, quam sagitta lusoria sine cuspide, qua pueri utuntur.

١١٣ أَخَفُّ مِنْ يَرَاعَةٍ

113. Levior, quam arundo.

Duplex voci يراعة inesse potest significatio, una arundinis, altera papilionis, qui et فراشة appellatur. Conf. 107.

١١٤ أَخْفَى مِنَ الْمَاءِ تَحْتَ الرُّفَّةِ

114. Occultior, quam aqua sub palea.

Palea enim aquae innatat. Meidanius eos vituperavit, qui رفّة (cum signo duplicationis) scripserunt.

١١٥ أَخْفَى مِمَّا يُخْفِي اللَّيْلُ

115. Occultior, quam id, quod nox tegit.

Nox omnes res tegit et occultat. Sunt autem alia proverbia cum hoc cohaerentia ex. gr. »Nox اخفى لليل للويل infortunium occultat« et »Nox est اخفى الليل والنهار افضى occultans, dies est clare ostendens.«

١١٦ أَخْرَقُ مِنْ حَمَامَةٍ

116. Stupidior, quam columba.

Proverbium inde originem duxisse dicunt, quod columba haud firmiter struat nidum. Rem versus poetae Ohbaidi ben-Alabraz explicant:

عَيُّوا بِأَمْرِهِمِ كَمَا عَيَّتْ لِبَيْضَتِهَا الْحَمَامَهْ

جَعَلَتْ لَهَا عُودَيْنِ مِنْ نَشَمٍ وَآخَرَ مِنْ ثُمَامَهْ

»Rei suae perficiendae impares erant, quemadmodum columba ovo suo curam non habet sufficientem; disponit ei duo ligna arboris Nascham appellatae, tertium arboris Tsomamah.«

Versus ad metrum Camil pertinet. Conf. libr. m. p. 215.

١١٧ أَخْرَقُ مِن نَاكِثَةٍ غَزْلَهَا

117. Stupidior, quam femina fila sua dissolvens.

Legitur quoque ناقضة غزلها, quod idem est. Hanc rem fecisse narrant feminam in gente Koraisch, Omm-Raitham filiam Cahbi ben-Sahd ben-Taim ben-Morrah appellatam. Plura sunt in eam proverbia dicta ex. gr. خرقاء وجدت صوفا »Stupida invenit lanam.« (conf. pr. 10). Eiusque in Corano C. XVI, 94. mentio facta est hisce verbis: لا تكونوا كالتى نقضت غزلها من بعد قوة انكاثا »Ne ei similes sitis, quae fila sua, postquam ea contorserat, dissolvit.«

١١٨ أَخْسَرُ مِن حَمَّالَةِ الْحَطَبِ

118. Magis frustratus, quam femina lignum portans.

Proverbio hoc feminam e Koraischitarum gente, Omm-Djamil appellatam, sororem Abu-Sofijani ben-Harb et uxorem Abu-Lahabi designari dixerunt. cf. Sur. CXI, 4. Eam spinas portasse et in via Mohammedis, ut pedes vulneraret, proiecisse narrant. Alii autem, eam inimicitias inter homines excitasse calumniis, et inde proverbium ortum esse, quod calumniae حطب (lignum) appellarentur, contendunt. Dicitur quoque: فلان يحطب على فلان »Quidam alterum calumniatur.« Proverbium poeta in hunc versum inseruit:

جَمَعْتَ شَتًّى وَقَدْ وَفَّرْتَهَا جُمَلاً لَأَنْتَ أَخْسَرُ مِنْ حَمَّالَةِ الْحَطَبِ

»Ex diversis regionibus congregasti et effecisti, ut multa agmina essent; profecto tu es magis frustratus, quam ligna portans.«

Versus metrum Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190.

١١٩ أَخْسَرُ مِنْ مَغْبُونِ

119. Maiorem iacturam faciens, quam fraudatus.

Vox مغبون proprie eum significat, qui tempore, quo annona cara est, parvo pretio vendit, ut iacturam patiatur. Hoc proverbium apud Arabes campestres, seriore tempore ortum usitatum non fuit. Huic simile proverbium est: في اسْتِ المَغْبُونِ عُودٌ »In podice fraudati lignum est.« Conf. XX, 57.

١٢٠ أَخْيَبُ مِنَ ٱلْقَابِضِ عَلَى ٱلْمَاءِ

120. Magis frustratus, quam is, qui manu aquam capit.

Proverbii sensum versus poetae explicat:

وَأَصْبَحْتُ مِنْ لَيْلَى ٱلْغَدَاةَ كَقَابِضٍ عَلَى ٱلْمَاءِ لَمْ تَرْجِعْ بِشَيْءٍ أَنَامِلُهْ

„Tempore matutino Lailae potiundae spes me fefellerat, ut ei similis essem, qui manu aquam capiens, nil digitis suis reportat.“

Metrum est Thawil. Conf. l. m. p. 161. In Corano quoque (Sur. XIII, v. 15.) legitur: والذين يدعون من دونه لا يستجيبون لهم بشى الا كباسط كفيه الى الماء ليبلغ فاه وما هو ببالغه „Qui invocant alium quam ipsum (Deum verum), nil consequentur ei simillimi, qui manus suas versus aquam extendit, ut os attingat (aqua); sed non attingit.“

Meidanius autem proverbium ex hoc poetae versu derivatum esse contendit:

فَأَصْبَحْتُ مِمَّا كَانَ بَيْنِي وَبَيْنَهَا سِوَى ذِكْرِهَا كَٱلْقَابِضِ ٱلْمَاءَ بِٱلْيَدِ

„Mea autem huiusque (puellae) conditio talis erat, ut præ-

ter recordationem eius nihil obtinuissem, similis ei qui aquam manu capit.“

Versus metrum Thawil est. Conf. libr. m. p. 161.

١٢١ أَخْيَبُ مِنْ حُنَيْنٍ

121. Magis frustratus, quam Honainus.

De hoc viro genealogiae periti non consentiunt. Alscharkijjus ben-Alkathami dixit, virum fuisse Koraischitam et hanc fuisse proverbii originem. Haschimus ben-Ahbd-Manaf multa mercaturæ causa itinera inter gentes faciebat et in his itineribus multa matrimonia inibat. Familiae autem abiens mandatum dederat, ut, si quis filium cum signo, quod indicaverat, adferret, eum acciperent, vestibus et ocreis induerent. Factum autem est, ut, quum Haschimus in Arabia felici matrimonio inito puerum natum ad suos misisset, et adferens signum indicare non posset, puer remitteretur. Quum igitur puer ad suos reductus esset, dixerunt: جاء بخف حنين „Adportavit ocreas Honaini“ i. e. suas; Honaini enim nomen puero imposuerant; i. e. frustratus est; nam si acceptus fuisset, patris sui ocreas reportasset. Alius hanc proverbii originem esse narravit: Honainus viri nomen erat, in loco Nadjaf, qui ad regionem Dumat-Cufae pertinet, sedem habentis Ihbaditae. Quidam ex incolis Cufæ eum, ut ipsis caneret, invitaverant. Quum autem cum iis in campum exiisset, vestibus eum spoliatum cum solis ocreis dimiserunt. Ad suos reverso dixerunt: جاء حنين بخفيه „Venit Honainus cum ocreis suis“, quæ verba in omnem spe deiectum dicunt. Huic sequentes versus adscribunt:

أَنَا حُنَيْنٌ وَدَارِي ٱلنَّجَفُ وَمَا نَدِيمِي إِلَّا ٱلْقَنَى ٱلْقَصِفُ

لَيْسَ نَدِيمِي ٱلْمُبَخَّلُ ٱلصَّلِفُ

„Ego sum Honainus et Alnadjaf habitaculum meum

est. Et compotor meus est vir luxuriose vivens, non est compotor meus vir avarus et falso glorians.“

Metrum versuum Monsarih appellatum est. Cf. l. m. p. 255. Aliud proverbium cum hoc cohaerens est: اصحب للياس من خفى حنين „Cum spe frustrata magis consociatus, quam ocreae duae Honaini“, quo proverbio in omni homine spe deiecto et desperante utuntur. Sed conf. X, 44.

١٢٢ أَخْلَى مِنْ جَوْفِ حِمَارٍ وَأَخْرَبُ مِنْ جَوْفِ حِمَارٍ

122. Vacuior, quam vallis Himari; et magis desolatus, quam vallis Himari.

Himarum ben-Mowailih nomen Ahditae[1]) cuiusdam fuisse tradunt, qui vallem Djauf appellatam, aqua et arboribus abundantem incoleret. Cuius decem filii quum venatum exiissent, fulmine percussos occidisse et patrem, qui filiorum interitum doleret, Dei cultum reliquisse et gentem ipsum imitari coegisse. Quae res causae fuisse dicitur, cur Deus cum perderet et vallem omnino vastaret. Apud Arabes autem res in proverbii consuetudinem venit eiusque apud poetas frequens mentio facta est. Cecinit poeta:

وَبِشُومِ ٱلْبَغْيِ وَٱلْغَشْمِ قَدِيمًا مَا خَلَا جَوْفٌ وَلَمْ يَبْقَ حِمَارْ

„Et propter infelicitatem insolentiae et iniustitiae vacua facta est vallis et Himarus non remansit.“

Versus metrum Raml appellatum est. Fortasse syllaba ما delenda est, ut primae metri speciei conveniat. Cf. l. m. p. 237. At vero et in Meidanii et Scharaf-Aldini opere sic legitur. Alii autem vocabulo حمار asinum silvestrem significari contendunt, quippe quum dicatur: اخلا من جوف العير „Vacuior, quam asini silvestris venter“, et in ventre occisi asini silvestris nil reperiatur, quod commodo esse possit.

1) Ahd عاد nomen gentis antiquae erat.

١٢٣ أُخْرَى مِنْ ذَاتِ ٱلنَّحْيَيْنِ

123. Maiori ignominia affectus, quam illa, quae duos utres tenebat.

Conf. de hac femina C. XIII, 117.

١٢٤ أَخْنَثُ مِنْ طُوَيْس

124. In Venere imbecillior, quam Thowaisus.

Dicitur quoque اشأم من طويس „Infelicior quam Thowaisus.“ C. XIII, 155. Thowaisus (parvus pavo) viri nomen in oppido Medinae degentis erat. Antequam in Venere imbecillis erat, Thausus (pavo) appellabatur et Ahbd-Alnäihmus cognomen habebat. Primus erat, qui tempore post Mohammedem in oppido Medina caneret, et tympanum quadratum (دف مربع) pulsaret; a captivis enim Persis modos didicerat. Inter eos erat, qui Medinae castrabantur. Scurrilis erat non curans, quid diceret. Sic enim Medinae incolas allocutus est: Quamdiu inter vos versor, exspectate adventum Antichristi et bestiae (Conf. lex. meum s. voce دابة الارض); sed si mortuus ero, securi esse potestis. Cogitate de verbis meis, siquidem mater mea inter Mohammedis adiutores (Anzar) calumnias circumferebat, me peperit eadem nocte, qua Mohammedes mortuus est, ablactavit me die, quo Ohmarus occisus est, uxorem in matrimonium duxi die, quo Ohtsmanus occisus est, et die, quo Ahlius occisus est, filius mihi natus est. Versus, quibus vir ad suam infaustam conditionem alludit, leguntur in libro meo „Darstellung der Arab. Verskunst.“ Bonn 1830. p. 384.

١٢٥ أَخْبَثُ مِنْ ذِئْبِ ٱلْغَمْرِ وَأَخْبَثُ مِنْ ذِئْبِ ٱلْغَضَا

125. Malignior, quam lupus loci occulti; et malignior, quam lupus inter arbores Ghadha degens.

Duo sunt proverbia. Hamsahus dicit, Arabes a locis, ubi degant, et alimentis, quibus fruantur, animalibus nomina indere. ex. gr. ارنب لخلة „Lepus plantæ Chólla appellatæ“ ضب السحا „Lacerta plantae Siha appellatae“ طبى لحلب „Dorcas plantae Hollab appellatae“ تيس الربلة „Hircus arboris Rablah appellatae“ قنفذ برقة „Herinaceus loci duri“ شيطان لحماطة „Dæmon plantae Homath appellatæ.“ Lupus autem inter arbores Ghadha degens omnium pessimus habetur.

١٢٦ أَخْوَنُ مِنْ ذِيبٍ

126. Perfidior, quam lupus.

Duo sunt alia proverbia a lupi perfidia deducta, unum مستودع الذيب اظلم „Is, qui rem lupo servandam tradit, multum iniustus est“, alterum من استرعى الذئب ظلم „Qui lupum pastorem constituit, iniustus est.“ Conf. C. XXIV, 257. In Scharaf-Aldini opere in proverbio legitur: من الذئب. Cecinit poeta:

أَخْوَنُ مِنْ ذِئْبٍ بِصَحْرَاءِ هَجَرْ

„Perfidior quam lupus in deserto Hadjari.“

Metrum Redjes est. Conf. libr. m. p. 230.

١٢٧ أَخَبُّ مِنْ ضَبٍّ

127. Magis decipiens, quam lacerta.

Cum hoc proverbio cohaeret loquendi modus: فلان خب ضب „Quidam est vafer astutus.“ Conf. prov. 131.

١٢٨ أَخْيَلُ مِنْ غُرَابٍ

128. Superbior, quam corvus.

Corvus in incessu superbiam ostendere Arabibus videtur.

١٢٩ أَخْيَلُ مِنْ مُذَالَةَ

129. Superbior, quam serva.

Serva, quae ab aliis despicitur, tamen superba est. In virum superbum, qui ab aliis parvi habetur, proverbium quadrat. Conf. Reisk. adnott. ad Taraph. p. 92.

١٣٠. أَخْيَلُ مِنْ ثَعْلَبٍ فِي أُسْتِهِ عِهْنَةٌ

130. Superbior, quam vulpes, in cuius podice lana varii coloris erat.

Huiusce proverbii, quod Mohammedes ben-Habib adtulit, causam ignorant.

١٣١ أَخْدَعُ مِنْ ضَبٍّ

131. Magis se occultans, quam lacerta.

Lacerta e latibulo suo rarissime prodit. Alii autem proverbii verbis alium sensum tribuerunt sc. »magis decipiens, quam lacerta« sicut اخب من ضب dicitur. conf. 127. Proverbii originem hanc fuisse tradunt. Venator manum super latibulo lacertae movet, ut illa putans serpentem esse caudam erigat ad feriendum. Quod si totam caudam emittit, arrepta ea a venatore capitur. At dimidium tantum caudae erigere solet, ut videns venatorem celeriter in latibulum recedere possit. In latibulum autem ipsum venator manum immittere non audet, nam in latibulo lacertae scorpio latere solet, a quo, si non cavet, vulneratur. Hic autem est lacertae decipiendi modus. Cecinit poeta:

وَأَخْدَعُ مِنْ ضَبٍّ إِذَا جَاءَ حَارِشٌ أَعَدَّ لَهُ عِنْدَ ٱلذُّنَابَةِ عَقْرَبُ

„Magis decipiens quam lacerta. Quum venator venit, apud (latibuli) extremum scorpionem ei paravit.“

Versus metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161. Meidanius dixit, proverbium in eum dici, qui, dum rem ab eo petas, furtim ad aliam rem deflectat. Conf. Abulf. Ann. T. I, p. 212. In fine additur حرشته.

١٣٢ أَخْطَأُ مِنْ ذُبَابٍ

132. Magis errans, quam musca.

Musca enim incidit in rem ardentem aut glutinosam.

١٣٣ أَخْطَأُ مِنْ فَرَاشَةٍ

133. Magis errans, quam papilio.

Qui in flammam volat. Conf. 107.

١٣٤ أَخْبَطُ مِنْ حَاطِبِ لَيْلٍ

134. Magis offendens pede, quam is, qui noctu ligna colligit.

١٣٥ أَخْبَطُ مِنْ عَشْوَاءَ

135. Magis offendens, quam camela, quae noctu non cernit.

Conf. Abulf. Ann. II, 608. Aliud est proverbium cum isto comparandum: ان اخلى الخلاط اعشى بالليل „Qui camelos suos in loco secreto cum aliis miscet, ut decimas non det, noctu lusciosi modo agit.“ C. I, 378. Proverbium Sohairus versu innuit:

رَأَيْتُ الْمَنَايَا خَبْطَ عَشْوَاءَ مَنْ تُصِبْ تُمِتْهُ وَمَنْ تُخْطِئْ يُعَمَّرْ فَيَهْرَمِ

„Vidi mortem pede offendentem sicut noctu non cernens camela (pede offendit). Quem attingit, eum occidit ea, quem non ferit, is vivens decrepitus fit.“

Versus metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161.

١٣٦ أَخْطَفُ مِنْ قِرِلَّى

136. Magis abripiens, quam avis Kirilla appellata.

Piscem quem in aqua conspicit, submergens se summa cum celeritate abripit. Sunt autem, qui Kirilla nomen viri fuisse dicant cibi cupidissimi, ut eius aviditas in proverbium venerit. Dicitur: اطمع من قرلى „Avidior, quam Kirilla.“ Hamsahus autem virum propter naturæ similitudinem ab ave illa cognomen accepisse opinatur. Conf. C. VI, 203. XVI, 74.

١٣٧ أَخْشَنُ مِنَ الْجُذَيْل

137. Asperior, quam truncus arboris.

Vocabulum جذيل diminutivum vocis جذل est, quo truncus designatur, qui in terram defigitur, ut cameli scabiosi ad eum corpus fricent.

١٣٨ أَخْطَبُ مِنْ قَسّ

138. Disertior, quam Kassus.

Conf. Cap. II, 139.

١٣٩ أَخْجَلُ مِنْ مَقْمُورٍ

139. Magis pudore confusus, quam alearum ludo victus.

١٤٠ أَخْصَبُ مِنْ صَبِيحَةِ لَيْلَةِ الظُّلَّمَةِ

140. Proventu abundantior, quam matutinum tempus post noctem tenebrosam.

Tempore chalifae Almohdii nocte quadam vehementissima tempestas orta erat, ut incolae Bagdadi multo in terrore essent. Mane, quum tempestas quiesceret, chalifa Almohdius decies centena millia drachmarum inter pauperes distribuit, centum servos manumisit et alia pia opera peregit. Et quum regni proceres, et amici et ipsa eius amata uxor Alchaiserana principis exemplum imitarentur, illud tempus in proverbium cessit.

Proverbia recentiora.

خَلِيفَةُ زُحَلَ ١٤١

141. Vicarius Saturni planetae.

In gravem, morosum (ثقيل) dicitur, quod proverbium inde originem duxisse videtur, quia Saturnum tanquam senem morosum describunt.

خَاطَ عَلَيْنَا كِيسًا ١٤٢

142. Consuit contra nos crumenam.

خُذِ ٱللِّصَّ قَبْلَ أَنْ يَأْخُذَكَ ١٤٣

143. Cape furem, antequam te capit!

خُذْ بِيَدِي ٱلْيَوْمَ آخُذْ بِرِجْلِكَ غَدًا ١٤٤

144. Cape manum meam hodie, capiam cras pedem tuum.

Quod si nunc mihi parum prodes, postea magnam tibi utilitatem afferam.

خُذْهُ بِالْمَوْتِ حَتَّى يَرْضَى بِالْحُمَّى ١٤٥

145. Puni eum morte, ut febri contentus sit.

خُذْ مِنْ غَرِيمِ ٱلسُّوءِ أُجْرَةً ١٤٦

146. Cape laterem a debitore malo.

خَاطَرَ مَنِ ٱسْتَغْنَى بِرَأْيِهِ ١٤٧

147. Discrimen subit is, qui prudentia sua contentus est.

١٤٨ خَفِيفُ الشَّفَةِ

148. Tenuis labiis.

De eo, qui parum rogat, dicitur. Conf. C. I, 52.

١٤٩ خَفِيفٌ عَلَى الْقَلْبِ

149. Levis super corde.

De viro gravi, moroso (ثقيل) dicitur.

١٥٠ خَصِيٌّ يَسْخَرُ مِنْ زَبِّ مَوْلَاهُ

150. Castratus penem domini sui irridet.

١٥١ خَلَّيْتُ عَنِ الْجَاوَرْسِ لَيْلًا أَحْتَاجَ إِلَى خُصُومَةِ الْعَصَافِيرِ

151. Milium reliqui, ne cum passeribus litigare mihi opus esset.

١٥٢ خُذِ الْقَلِيلَ مِنَ اللَّئِيمِ وَذُمَّهُ

152. Accipe parum a vili et eum vitupera!

١٥٣ خَلِيلَيَّ إِنَّ الْعُسْرَ سَوْفَ يُفِيقُ

153. Amici mei duo! Tempus nobis adversum foecundum iam fiet.

Versus est, cuius metrum Thawil. Cf. l. m. p. 161.

١٥٤ خَصِيمُ اللَّيَالِي وَالْغَوَانِي مُظَلَّمُ

154. Qui cum noctibus et feminis pudicis litigat, iniuriae accusandus est.

والغـوانى in duobus codicibus legitur; in meo codice والعوانى mulieres; in uno codice B. فى النوائى »de eo, quod pleno numero veniunta sc. noctes. Versus autem est metrum Thawil habens. Conf. l. m. p. 161.

١٥٥ خُذْ فِيمَا تَكُون

155. Incipe in eo, ubi es!

١٥٦ خَيْرُ ٱلْبُيُوعِ نَاجِزٌ بِنَاجِزٍ

156. Optima venditio est, quae promte et expedite fit.

١٥٧ خَيْرُ ٱلْمَالِ مَا وَجَّهْتَ وَجْهَهُ

157. Optimæ opes sunt eæ, quibus uteris modo ipsis conveniente.

١٥٨ خَيْرُ ٱلْأَعْمَالِ مَا كَانَ دِيمَةً

158. Optima opera sunt, quae diu durant.

١٥٩ خُذْهُ قَبْلَ أَنْ يُفْرَطَ عَلَيْكَ

159. Cape id, priusquam nimium fit, et te ultra vires onerat.

١٦٠ خَيْرُ ٱلنَّاسِ لِلنَّاسِ خَيْرُهُمْ لِنَفْسِهِ

160. Optimus hominum hominibus est is, qui sibi optimus est.

١٦١ خَيْرُ ٱلنَّاسِ مَنْ فَرِحَ لِلنَّاسِ بِٱلْخَيْرِ

161. Optimus hominum est is, qui de salute hominum laetatur.

١٦٢ خَالِفْ هَوَاكَ تُرْشَدْ

162. Cupiditati tuae adversare et tu in rectam viam dirigeris.

١٦٣ ٱلْخُطُوبُ تَارَاتٌ

163. Negotia sunt vices.

١٦٤ اَلْخَرْقُ بِالرِّفْقِ يُلْتَحَمُ

164. Fissura cum lenitate consuitur.

١٦٥ اَلْخِرْقَةُ مِنَ الشُّقَّةِ

165. Pannus lacerus est pars segmenti longioris panni.

١٦٦ اَلْخَلُّ حَيْثُ لَا مَاءَ حَامِضٌ

166. Acetum, ubi aqua non est, acidum est.

١٦٧ اَلْخَيْرَةُ فِيمَا يَصْنَعُ ٱللهُ

167. Bonum in eo est, quod Deus facit.

١٦٨ اَلْخُضُوعُ عِند الْحَاجَةِ رُجُولِيَّةٌ

168. Se submittere, quum necessitas postulat, res viro conveniens est.

١٦٩ اَلْخَضِر مَعَهُ وَتِدٌ

169. Pinehas, quocum paxillus est.

In virum vagum, et multum oberrantem dicitur.

١٧٠ اَلْخَوْخُ أَسْفَلُ

170. Malum persicum inferius est.

١٧١ اَلْخَصِيُّ ٱبْنُ مِائَةِ سَنَةٍ وَٱسْتُهُ بِنْتُ عِشْرِينَ

171. Castratus centum annos habet, et podex eius viginti annos.

١٧٢ اَخْتِمْ بِالطِّينِ مَا دَامَ رَطْبًا

172. In lutum sigillum imprime, dum molle est.

١٧٣ اَلْحِلْمُ رَيْحَانَةٌ وَلَيْسَتْ بِقَهْرَمَانَةٍ

173. Amicus est herbarum odoratarum manipulus, et non est leo.

Ut videtur قهرمانة homoioteleuti causa vel, ut vis formae addatur, loco vocis قهرمان positum est. In codice Pocock. proverbium hoc omissum est, in Berolin. pro بقهرمانة legitur بها رمانة in eo (manipulo) malum Punicum. Horum verborum, quae grammatices rationi magis conveniunt, sensus clarus non est. In priore legendi modo verbum ليست, quod vocem الحلم, cui in codice Berol. vocalis Kesre subscripta est, spectat, grammatices regulis contrarium est. Proverbii autem sensus talis esse videtur: Amicum decet similem esse herbis odoratis, quae odore suo voluptatem parant amico, non heroi invicto, qui amicum opprimit.

١٧٤ أَخْرِجِ ٱلطَّمَعَ مِنْ قَلْبِكَ تَحُلَّ الْقَيْدَ مِنْ رِجْلِكَ

174. Cupiditatem ex animo tuo remove, ut pedis tui vinculum solvas!

Caput VIII.

Littera Dal.

١ دَرِبَ لَمَّا عَضَّهُ ٱلثِّقَافُ

1. Se submisit (hasta), quum instrumentum, quo hastae rectae redduntur, eam momordisset.

Proverbio metrum Sarih est. Conf. l. m. p. 246. Hasta quae, postquam curva fuerat, ope instrumenti recta fit, in hominem transfertur, qui, postquam rem facere recusaverat, obedientiam praestat. Cf. Cap. V, 145. XVIII, 127.

٢ دُونَهُ بَيْضُ ٱلْأَنُوقِ

2. Remotius est, quam ovum avis Anuk appellatæ.

Avis Anuk, quae etiam Rachma appellatur, in locis ab hominum sedibus remotissimis et aditu difficillimis ova ponit, ut proverbium de re rara et magna cum difficultate comparanda, adhibeatur. Conf. C. VI, 183. et librum meum: Selecta ex histor. Halebi pg. 86. adnott.

٣ دُونَهُ ٱلنَّجْمُ

3. Remotius est, quam sidus.

Vocabulum النجم aut omnia sidera aut Plejades hoc in proverbio designare potest. Sensus proverbii idem est, quam praecedentis.

٤ دُونَهُ ٱلْعَيُّوقُ

4. Remotius est, quam Capellae stella.

De hac stella cf. cl. »Ideleri Untersuch. über d. Sternnamen« etc. p. 90. 92. Proverbium idem, quod praecedens significat.

٥ دَهَنْتَ وَأَحْفَفْتَ

5. Oleo unxisti et tum per multum tempus caput unctum neglexisti.

In eum dicitur, qui te verbis adulatur, absens autem te contemnit. Meid. Samachscharius dicit, in eum adhiberi proverbium, qui ab una parte lenem ab altera parte durum se praebeat.

٦ أُذْنَى حِمَارَيْكِ فَٱزْجُرِي

6. Propiorem asinorum tuorum amborum, o mulier, increpa!

Proverbium nos hortatur, ut primum rerum propinquorum curam geramus, tum remotiora aggrediamur.

٧ أُدْرِكِي ٱلْقُوَيْمَةَ لَا تَأْكُلُهَا ٱلْهُوَيْمَةُ

7. Perveni (o femina) ad puellam parvam omnes res edentem, ne eam reptile edat!

Vox قويمة deminutivi forma est a هامة »omnes res edens, quas invenit« (puella). Fit autem interdum, ut talis rem noxiam aut reptile venenatum sibi in os ingerat. Utuntur autem proverbio ad significandam curam et diligentiam, quae in custodiendo puero alioque adhibenda est; tum in virum ignorantem transfertur proverbium.

٨ أَدْرَكَ أَرْبَابُ ٱلنَّعَمِ

8. Attigerunt pecorum domini (camelos).

Proverbii sensus est: Cameli, quorum cura aliis commissa erat, quum non bene se haberent, post a dominis pastum ducti sunt, ut ad eos res delata sit, qui curam diligentiamque in ea curanda adhibent.

٩ دُونَ ذَا. وَيُنْفَقُ الْحِمَارُ

9. Infra hoc, et asinus vendibilis redditur.

Quidam asinum vendere in animo habens parario, se ei donum daturum esse, si asinum vendibilem reddidisset, promisit. Pararius igitur asini dominum in foro his verbis allocutus est. »Num hic asinus est, in quo feras venari solebas? ad quae dominus proverbii verbis respondit.« Ne tantis asinum laudibus efferat, vetat. Alii in proverbio copulam و omittunt. In nimia laude proverbium adhibetur Conf. C. XIII, 3.

١٠ دُرِّي دُبَسُ

10. Large effunde, o Dobasa!

Ibn-Alahrabius dicit, Arabes, quando coelum pluviam portendat, proverbii verbis uti: »Large pluviam effunde, o coelum!« Aliis autem دبس nomen ovis est: »Large lac emitte; o ovis!« Proverbii verba in hominem loquacem dicunt.

١١ دَمِّثْ لِنَفْسِكَ قَبْلَ النَّوْمِ مُضْطَجَعًا

11. Ante somnum mollem tibi cubandi locum para!

Proverbio metrum Basith est. conf. l. m. p. 190. Loco vocis لنفسك »animae tuae« لجنبك »lateri tuo« legitur. Hariri us (p. 582.) omissa voce النوم sic mutavit: دمث لجنبك قبل المضطجع »Para tibi (locum) antequam procumbis.« Proverbii sensus: Para tibi ante usum res necessarias et contra calamitates, antequam irruunt, te arma! Proverbium ex versibus Lakithi derivatum esse dicunt:

كَمَالِكِ بْنِ قَنَانٍ أَوْ كَصَاحِبِهِ زَيْدِ ٱلْقَنَا يَوْمَ لَاقَى الْحَارِثَيْنِ مَعَا

اِذْ عَابَهُ عَايِبٌ يَوْمًا فَقَالَ لَهُ دَمِّثْ لِجَنْبِكَ قَبْلَ ٱلنَّوْمِ مُضْطَجَعَا

»Ut Malicus ben-Kenan vel eius socius Said-Alkana die, quo duobus viris Alharits appellatis simul occurrit; quum eum aliquando quidam vituperaret, dixit: para lateri tuo ante somnum locum cubandi!«

Legitur quoque قبل الليل »ante noctem« loco verborum قبل النوم »ante somnum.« Metrum versuum Basith est.

١٢ دَقُّكَ بِالْمِنْحَازِ حَبَّ ٱلْقُلْقُلِ

12. Contudis pistillo grana plantae Kilkil.

Proverbio metrum Redjes est. Conf. libr. m. p. 230. Planta قلقل viridis et in caule surgens grana profert phaseolis similia, dulcia, edulia, quae pecus avide vorat. Grana durissima sunt; quapropter proverbium de avaro urgendo adhibetur, nec non contemtum designat et ad contemtum instigat. Aliis القلقل, aliis القلفل magis placet. Cf. Kam. Djeuh.

١٣ دُونَ ذٰلِكَ خَرْطُ ٱلْقَتَادِ

13. Ante hoc est tragacanthae decorticatio.

Istam rem nonnisi cum maxima difficultate assequeris, ut quasi decorticanda sit tragacantha, quod difficillimum est. Conf. prov. 35. Djeuharius dixit, duas esse arboris species, maiorem et minorem. Maiorem esse intelligendam. Cecinit Ahmruus ben-Celtsum:

وَمِنْ دُونِ ذٰلِكَ خَرْطُ ٱلْقَتَادِ وَضَرْبٌ وَطَعْنٌ يُقِرُّ ٱلْعُيُونَا

»Ante illud est decorticatio tragacanthae; tum ictus et confossio, qui gaudio afficiunt homines.«

Versus metrum Motakarib appellatum est. cf. l. m. p. 281 sq.

١٤ أَدْرِكْنِي وَلَوْ بِأَحَدِ ٱلْمَغْرُوِينِ

14. Assequere me, et si fit per unam sagittarum alatarum.

Narrant fuisse fratres duos ex incolis regionis **Hodjr**, quos Arabes stupiditatis accusant. Quodem die, quum ambo in itinere essent, unus a camelo, in quo vehebatur, celeri cursu abreptus est. Quum camelum retinere non valeret, fratri suo Honaino appellato verba ista acclamavit. Frater igitur sagitta eum prostravit. Proverbium autem adhibent in summa necessitate, quae hominem ut remedio gravi utatur, cogit, ut si tota res perfici non possit, partem eius absolvamus. Samachschar. Scharaf-Aldin.

١٥ اَلدَّمَ اَلدَّمَ وَالْهَدْمَ اَلْهَدْمَ

15. Sanguinem, sanguinem et ruinam, ruinam!

Id est: Obedientiam tibi praesto ea conditione, ut sanguis meus in tuo sanguine sit, et destructio mea in destructione tua. In voce الهدم vocalis Fatha litterae Dal data est, ut similis voci الدم sonus esset. Verba haec Aththa ben-Muzihb dixit et casus accusativi e verbo احذر »cave« pendet. Hunc enim verbis sensum tribuunt: احذر سفك دمى فان دمى دمك وكذلك هدمى هدمك »Cave, ne sanguinem meum effundas, nam sanguis meus est sanguis tuus et ruina mea est ruina tua.« Proverbium significare, hominem consensu et coniunctione utilitatem parare, nonnisi in codice B. legimus.

١٦ دَرَّتْ حَلُوبَةُ الْمُسْلِمِينَ

16. Large lac emisit camela Mohammedanorum mulgenda.

Reditus Mohammedanorum magni erant.

١٧ أَدَرَّهَا وَإِنْ أَبَتْ

17. Effecit, ut large lac emitteret, et si noluit.

Proverbio metrum **Redjes** est. conf. l. m. p. **232**. A camela in avarum transfertur et in eum dicitur, qui precibus urget avarum, ut invitus rem faciat.

١٨ ده درين سعد القين

18. Decem margaritae, Sahdus faber.

In proverbio explicando, quod in mendacio et futili sermone adhibent, grammatici multum dissentiunt. Originem a Persis duxisse narrant. Persae ad Arabes in margaritis mercaturæ faciendae causa veniebant, et quum linguam Arabicam non bene callerent, ad numerum **decem** significandum vocabulo ده, ad numerum **duo** vocabulo دو utebantur. Accidit autem, ut vir margaritas albas et nigras haberet, rem autem Arabes celaret. Illi autem dixerunt دو درين »duæ margaritæ« i. e. duæ margaritarum species sunt. Aut Persa iis decem margaritas pretium mercis statuens offerebat et Arabes margaritas accuratius inspicientes, Persæ sermonem falsum esse cognoverunt et proverbii verba dixerunt. i. e. quod ad decem margaritas attinet, quas tu nobis offers, tu Sahdo fabro similis es, qui in itineris die constituendo falsum et mendacem se semper ostendit. Proverbii verbis aut accusativi aut nominativi casum tribuunt. Quod si accusativi casum admittis, ex omisso verbo أعنى **significat** aliove pendet, sin autem nominativi casum esse statuis, est subiecti et praedicati phrasis modo, quem Arabum grammatici ابتداء appellant, ita ut pronomen أنت tu suppleatur. Vocabulo درين autem Dualis numerum dedisse dicunt, ut mendacii significationem duplicarent et vim augerent. Mihi potius Persae vitiosum sermonem imitaturi aut duplicem margaritarum speciem indicaturi id fecisse videntur. Sunt autem, qui ده دری falsum significaturi, abiecta littera ن, dicant. Sijadus Cilabita ده دربه (doh dorraih) dixit. Vario autem modo hae voces mutatae, ut دهدرن, دهدر et دهدار, »falsum, mendacium« designant.

١٩ اُدْفَعِ الشَّرَّ عَنْكَ بِعَوْدٍ أَوْ عَمُودٍ

19. Malum depelle a te ope ligni aut columnae!

Quod si mendicus ad te venit, ne eum repellas nisi dono parvo aut magno dato, motuens, ne ille frustratus te vituperio laedat. Scharaf-Aldin. Samachschar. Alii autem proverbii sensum hunc esse contendunt: Depelle a te malum quocunque modo potes, Meid.

٢٠ دَعْ عَنْكَ نَهْبًا صِيحَ فِي حَجَرَاتِهِ

20. Sine rem raptam, in cuius lateribus clamatum fuit (cuius latera periere)!

In eum dicitur, qui primum opum aliquam partem amisit, tum maiore parte privatur. Dimidium versus est Amru-l'Kaisi, cuius camelos tempore, quo apud Chaledum ben-Sadus ben-Azmah Alnabhani in hospitio degebat, Baihtsus ben-Howaiz incursione facta rapuerat. Chaledus igitur Amru-l'Kaiso dixit: Da mihi graciles tuos camelos et iumenta tua, ut opes tibi raptas quaeram. Quod quum fecisset, ille cum iis aufugit. Alii rem sic narrant: Quum Chalidus gentem illam assecutus esset, dixit: O gens Banu-Djadilah, num vos vicinum meum praedamini? At illi: Non est vicinus tuus. Tum ille, ut rem ipsis probaret, dixit: Nonne cameli, quibus vehor, camelis similes sunt, quos rapuistis? Illi rem videntes eum a camelis descendere iusserunt et illos quoque abduxerunt. Quae res in causa erant, cur Amru-l'Kaisus versibus eum perstringeret, dicens:

دَعْ عَنْكَ نَهْبًا صِيحَ فِي حَجَرَاتِهِ وَلَكِنْ حَدِيثًا مَا حَدِيثُ الرَّوَاحِلِ

»Sine rem raptam, quae periit; sed novum factum est, quod iumentis recenter accidit.«

Metrum versus Thawil appellatum est. Conf. libr. m. p. 161.

٢١ دَبَّ قَمْلُهُ

21. Repserunt eius pediculi.

A camelo desumtum in hominem pinguem, cuius conditio bona est, dicitur.

٢٢ اَلدَّالُّ عَلَى الْخَيْرِ كَفَاعِلِهِ

22. Qui bonum indicat, ei similis est, qui id peragit.

Verba haec primum dixit Allodjaidjus ben-Schonaif Jarbuihta.

٢٣ أَدْرَكَ أَمْرًا بِجِنَّهِ

22. Rem initio tractavit.

In virum dicitur, qui ante alias iusto tempore rem aggressus eam bene perfecit. Scharaf-Aldin. Samachschar.

٢٤ دَعِ الْمَرْءَ وَمَا اخْتَارَ

23. Sine virum et id quod elegit.

In eum dicitur, qui adhortationem tuam non admittit. Eandem adhortationem poeta Albohtari versibus hisce expressit:

إِذَا الْمَرْءُ لَمْ يَدْرِ مَا أَمْكَنَهْ وَلَمْ يَأْتِ مِنْ أَمْرِهِ أَزْيَنَهْ

وَأَعْجَبَهُ الْعُجْبُ فَاقْتَادَهُ وَتَاهَ بِهِ التِّيهُ فَاسْتَحْسَنَهْ

فَدَعْهُ فَقَدْ سَاءَ تَدْبِيرُهُ سَيَضْحَكُ يَوْمًا وَيَبْكِي سَنَهْ

»Si vir quod peragere potest nescit et meliorem rei suae partem non aggreditur, et amor sui eum occupat, ut suum consilium sequatur, tum superbia eum in errorem coniicit, ut hunc pulchrum esse censeat; sine eum, nam eius agendi ratio prava est. Diem ridebit, et annum plorabit.«

Metrum versuum Motakarib appellatum est. Conf. libr. m. p. 281. Samachscharius proverbii verba Kozairum Ahmruo ben-Ahdi, quum hic eius nasum amputare nollet eumque a consilio suo removere cuperet, dixisse narravit.

٢٥ دردبة دردبة العلوق

25. Ad eum adsuefactus est, quemadmodum camela, quae ad pullum, quem sugere non sinit, adsuefit.

Proverbium ad metrum Sarih referri potest conf. l. m. p. 246. et significare videtur, cuiusdam amicitiam et amorem sincerum non esse.

٢٦ دُرِّي عُقَابُ بِلَبَنٍ وَأَشْخَابِ

26. Lac large emitte et radiatim, o camela Ohkab!

Proverbium est, quo in Venere impotentes utebantur. conf. C. VII, p. 173.

٢٧ أُدْعُ إِلَى طِعَانِكَ مَنْ تَدْعُو إِلَى جِفَانِكَ

27. Ad pugnam tuam voca eum, quem ad scutellas tuas vocas!

Qui beneficiorum tuorum particeps est, eum in rebus tuis necessariis adhibe! Loco vocis ادع legitur اذدب. Scharaf-Aldin.

٢٨ الدَّلْوُ تَأْتِي الْغَرْبَ الْمَزِلَّة

28. Situla pervenit ad locum, e quo aqua e receptaculo exit, qui lubricus est.

Verba haec Bisthamus ben-Kais in somnio nocte ante diem, quo occidebatur, audivisse narrant. Hac vero in re, quum situlam loco contrario e puteo prodiisse verba significarent, malum sibi omen vidit. De hoc viro conf. Hamas. p. 282, 457. Quae verba quum audiret Nokaidsus

hariolus, dixit, cur non dixisti: »Tum ثمّ تعود باديا مبتلة redit statim madefactus« ut vis mali ominis contra te infringeretur? Proverbii verba metrum Sarih habent. conf. libr. m. p. 246. Paulo aliter Scharaf-Aldinus rem retulit. Unum e gente Banu-Lohab, qui somniorum interpretandorum gnarus esset et cui verba narrasset, ei consilium dedisse, ut si iterum ista verba somnians audiret, modo dicta verba responderet, ut mali ominis vis infringeretur. Quod vero quum respondere non potuisset, iterum in somniando verbis auditis, virum istum e gente Banu-Lohab propinquam ei mortem praedixisse. Proverbii autem verba adhiberi dixit Scharaf-Aldinus ad metum ob instantem calamitatem ciendum.

٢٩ دَرِّبِ ٱلْبَهْمَ بِٱلرِّمّ

29. Assuefac agnos herbis in terra dispersis.

Proverbium hoc adhibent significaturi, puerum educandum esse. Duplex est proverbii legendi modus. Codex meus et B. habet: بالدمّ, quod nomen plantae est, duo codices L. et P. بالرمّ »plantae in terra dispersae« habent. Hoc rectius videtur.

٣٠ دَعْنِي رَأْسًا بِرَأْسٍ

30. Sine me caput pro capite.

In eum dicitur, qui, dum ab eo rem petis, rem similem a te petit. Abulf. Ann. II, 334. Versui poeta proverbium inserut:

أَنَا ٱلرَّجُلُ ٱلَّذِي قَدْ عِبْتُمُوهُ وَمَا فِيهِ لِعَيَّابٍ مُعَابُ

دَعُونِي عَنْكُمُ رَأْسًا بِرَأْسٍ قَنِعْتُ مِنَ ٱلْغَنِيمَةِ بِٱلإِيَابِ

»Ego sum vir, quem vituperastis, et in eo vituperatori non est vituperandi locus. Sinite me, ut vos relinquam, caput pro capite. Reditus mihi praedae loco erit!«

Versus metrum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204.

٣١ أَدْنَى لِجَرْيٍ لِلْخَبَبُ

31. Levissimus cursus est modus qui خبب appel latur.

Scholion sic proverbium explicavit: اى اذا خببت فى الخير فقد جريت فيه »Id est: quod si in bono celeri gressu uteris, iam in eo cucurristi.« Mandatum benefaciendi proverbio continetur.

٣٢ دَعْ عَنْكَ بُنَيَّاتِ الطَّرِيقِ

32. Neglige vias minores a magna via deductas!

Aggredere rei praecipuam partem, et ad res minus graviores ne deflecte!

٣٣ أَدْخَلُوا سَوَادًا فِي بَيَاضٍ

33. Immiserunt nigrum in album.

Res omnino perturbarunt, ut quasi noctem cum die permiscerent. Id est: Animum celarunt rem aliam facientes quam volebant.

٣٤ دَعَا الْقَوْمُ النَّقَرَى

34. Invitavit gens peculiari modo (eligendo).

Vocabulum النقرى a verbo نقر derivatum est, quod in ave adhibetur, quae grana e terra rostro eligit. Verbum انتقر in virum res eligentem transfertur. Vocabulum igitur النقرى electionem designat, ut non omnes invitentur, sed nonnulli eligantur. In eum proverbium dicitur, qui praecipuum beneficium in virum, hunc aliis praeferens confert.

٣٥ دَافِعِ الْأَيَّامَ بِالْقُرُوضِ

35. Procrastinando age cum diebus in debitis!

Proverbium monet, ut homo diebus vitae, quos tan-

quam debitum acceperit, modice utatur et in reddendis iis procrastinando agat tanquam debitor, qui non statim reddit totum aes alienum. In duobus codicibus B. L. legimus, proverbium significare, opes conservandas esse.

٣٦ دُونَ غُلَيِّان. خَرْطُ ٱلْقَتَاد

36. Ante Gholajjanum est decorticatio tragacanthæ.

Cf. prov. 13. Gholajjan nomen admissarii est; sed in carmine Abu-l'Ahlae nomen cum ع scriptum reperitur. Admissarius Colaibo Wajel fuisse dicitur. Quum Colaibus camelae, quae vicinae Djassasi erat, tendines incidisset, Djassasus dixerat: »Occidetur admissarius, qui camelae tuae praestat.« Colaibus ista verba audiens et suum admissarium significatum esse putans ista verba protulit, quibus rem perfectu esse difficillimam significaturus erat. Djassasus autem Colaibi personam voluit.

٣٧ دَعِ ٱلشَّرَّ يَعْبُرْ

37. Sine malum transire.

Verba haec Almamunus chalifa viro dixit, qui absenti obtrectabat:

٣٨ دَمْعَةٌ مِنْ عَوْرَاءَ غَنِيمَةٌ بَارِدَةٌ

38. Lacryma una ex oculo caeco est praeda grata.

Addas vocem عين oculus vocabulo عوراء. Proververbium in avarum dicitur, qui parvum donum tibi dat.

٣٩ دَعِ ٱلْقَطَا يَنَمْ

39. Sine aves Kathae dormiant.

Proverbium nos monet, ut rem decretam omittamus.

٤٠ أَدْبَرَ غَرِيرَةٌ وَأَقْبَلَ هَرِيرَةٌ

40. Retrocessit indoles egregia et advenit indoles prava.

In senem dicitur, qui antea omnibus gratus, iam morosus et ingratus factus est. In Hariri libro p. 531. proverbium transpositum est. conf. ibid. schol.

۴۱ دُونَ كُلِّ قُرَيْبَى قُرْبَى

41. Ante omnem cognationem remotiorem est cognatio propior.

Vocabulum قريبى deminutivum vocabuli قربى est, quo hoc in proverbio cognatio remotior designatur. In eum dicitur, qui a te rem petit, quam eandem alter tibi cognatione propinquior a te quoque petivit.

۴۲. دِيكُهُ يَلْقُطُ الْحَبَّ

42. Gallus eius grana colligit.

Alter proverbii legendi modus est: ديكه يلتقط الحصى »Gallus eius glaream colligit.« In obtrectatorem proverbium dicitur.

۴۳ دَلَّ عَلَيْهِ إِرْبُهُ

43. Indicavit eum ipsius prudentia.

I. e. Quis sit, ex eius prudentia cognoscitur. In virum despectum, qui primo adspectu contemnitur et a quo nullum in malis auxilium exspectatur, dicitur proverbium, quod ad metrum Redjes referri potest. conf. l. m. p. 232.

۴۴ دَعِ الْعَوْرَاءَ تَخْطَأُكَ

44. Sine transeat ad te turpe dictum (vel indoles prava).

Id est: te non attingat, afficiat; dicitur enim: اردتكم فخطئتكم »Volui vos; sed vos non assecutus sum.«

۴۵ دَعِ الْمَعَاجِيلَ لِطِمْلٍ أَرْجَلَ

45. Relinque vias breviores latroni duros pedes habenti.

Viae breviores, quibus quis citius ad locum aut aquam pervenit, molestiores sunt. Proverbium, quod ad metrum Redjes (conf. l. m. p. 237.) referri posse videtur, monet, ut loca aliis suspecta evitemus.

٤٦ دَأْمَاءُ لَا تُقْطَعُ بِالْأَرْمَاثِ

46. Mare est, quod ratibus non transitur.

In re magna et gravi dicitur, quam perficere non potest nisi is, qui apparatu et adiutoribus bene instructus est. Proverbium ad metrum Sarih referre licet. cf. l. m. p. 246.

٤٧ دَهْوَرَ نَبْحًا وَأَسْتُهُ مُبْتَلَّةٌ

47. Latrat (canis) ob timorem leonis, dum podex eius madidus est.

Dum latrat, simul cacat. In eum dicitur, qui potentiori minatur. Proverbium ad metrum Sarih, si Mobtallah enuncias; sin vero mobtallaton, ad metrum Redjes appellatum referendum est. conf. l. m. p. 245 et 231.

٤٨ دَمُ سَلَّاعٍ جُبَارٌ

48. Sanguis Sallahi vindicta caret.

Proverbium Hamsahus adferens nil addidit eius explicandi causa. Vir autem Sallahus appellatus ad gentem Ahbd-Alkais pertinebat. Proverbii sensus mihi esse videtur: Impune res fit vel impune vir iniuria afficitur; quemadmodum ille vir sine vindicta occidebatur.

٤٩ دَعِ الْكَذِبَ حَيْثُ تَرَى أَنَّهُ يَنْفَعُكَ فَإِنَّهُ يَضُرُّكَ وَعَلَيْكَ بِالصِّدْقِ حَيْثُ تَرَى أَنَّهُ يَضُرُّكَ فَإِنَّهُ يَنْفَعُكَ

49. Omitte mendacium, quum tibi utile esse videtur, nam tibi nocebit; et ad veritatem confuge, quum tibi nocere videtur, nam tibi utilitatem adferet.

Proverbium monet, ut veritati semper operam demus. Conf. Erpenii prov. II, 48.

٥٠ دَارٌ مِنْ رُهَا

50. Domus ad Roham pertinens.

Roha nomen gentis et nomen oppidi (Edessae) est. In eum dicitur, qui a te rogatus, ut nuntium adferat, res tibi notas narrat.

٥١ اَلدِّينُ ٱلنَّصِيحَةُ

51. Religio est sincerum monitum.

Vocabulum نصيحة derivant a verbo نصح consuere, ut sit coniunctio hominum inter se. Proverbium ex Mohammedis traditione desumtum esse, Meidanius adnotavit hisce verbis utens: وهذا من حديث يروى من النبى عليه السلام وتمامه قالوا لمن يا رسول الله قال لله ورسوله ولايمة المسلمين قالت العلماء النصيحة لله ان يخلص العبد العمل لله والنصيحة للرسول ان يصغو قلبه فى قبول دعوى النبوة ولا يضمر خلافها والنصيحة (1 للمسلمين ان لا يتميزوا عنهم فى حال من الاحوال وقيل النصيحة لايمة المسلمين ان لا يشق عصاهم ولا يعق فتواهم »Proverbii verba sermonis pars sunt, quem Mohammedes propheta habuisse traditur. Completus autem sermo hic est. Dixerunt (audientes): cuinam? o legate Dei! Respondit: »Deo, legato eius et doctoribus Mohammedanorum.« Viri docti verba sic interpretati sunt: Verba النصيحة لله significare, servum Dei totam agendi rationem Deo consecrare, verba النصيحة للرسول, legati

1) Sic quidem in omnibus codicibus legitur, nec vero dubito, quin لايمة المسلمين legendum sit.

animum omnino occupatum esse prophetiae munere satisfaciendo, neque huic contrariam cogitationem animo fovere, verba النصيحة للمسلمين, nullo modo eos (doctrina) ab iis (Mohammedanis) distinctos esse. Sunt autem, qui dicant, verba النصيحة لايمة المسلمين significare, discordiam inter eos non esse debere, eorumque responsa Deo non repugnantia.« Vario autem modo ista Mohammedis verba citantur. In Kamuso Turcico ad vocem النصيحة sic legitur: الدين النصيحة لله ولرسوله ولكتابه ولايمة المسلمين وعامتهم »Religio est sincerum monitum Deo, legato eius, scribis eius, Mohammedanorum doctoribus et vulgo.«

٥٢ دَغرى لا صَفَّى

52. Cum impetu tumultuario, non structo ordine (irruite)!

Proverbium quoque دغرًا لا صفًا legitur. Prior vocis دغرى enunciandae modus genti Asad appellatae proprius est, posterior aliis gentibus. Proverbium, ut occasione subito data utantur, hortatur.

٥٣ دِمَاءُ ٱلْمُلُوكِ أَشْفَى مِنَ الكَلَب

53. Regum sanguis rabiei caninae medetur.

Alter proverbii legendi modus est: دماء الملوك شفاء الكلب »Sanguis regum est contra rabiem caninam remedium.« Nonnulli a verborum sensu recedentes proverbii sensum hunc esse statuunt: Nobilis viri sanguis est vindicta, quae iram sedat.

٥٤ الدَّهْرُ أَبْلَغُ فِي ٱلنَّكِير

54. Tempus efficacius est in rerum permutatione.

٥٥ الدَّهْرُ أَطْرَقُ مُسْتَتِبٌ

55. Tempus silet et bene dispositum est.

Huiusce proverbii explicationem, qualis et in Meidanii et in Scharaf-Aldini opere legitur, ex scholiis addere placet. Meidanius habet: اى مطرق مغض منقاد i. e. silens, palpebras contrahens, obsequens: « Scharaf-Aldinus autem sic verba explicavit: اى ساكن ياتيك من حيث لا تدرى جار على ما تريد i. e. »quiescens, venit ad te unde nescis, currens modo quo vis.« Samachscharius habet: جار على ما يريد »Currens modo quo ipse vult.« Tum addunt Scharaf-Aldinus et Samachscharius, Abu-Moslimum[1]) haec proverbii verba Rubaho ad ipsum venienti inter alia dixisse: انك يا ابا الجحاف اتيتنا والاموال مشغوفة بالرجال ونوايب تعروا وان الدهر اطرق مستتب وان لك علينا عودا فلا تجعلن بجنبك الاسدة »Tu o Abu-l'Djahhaf ad nos venisti et opes propter viros erogatae sunt, et calamitates irruunt; et tempus est silens et bene dispositum et tibi ad nos reditus erit et ne angustum reddas pectus tuum, ita ut respondere non possis ei similis, qui vitio caecitatis vel surditatis laborat.« Sic in Kamusi opere postrema verba explicata sunt. Proverbii verba, quae mihi non omnino clara esse confiteor, temporis vituperium continent.

٥٦ الدّهر أرود مستبد

56. Tempus lente procedit et solum res perficit.

Tempus quamquam leniter agit, tamen omnes res vincit. Pro voce ارود in Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus ازور legitur et verbis منحرف الى جانب »Ad latus declinans« explicatur.

٥٧ الدّهر أنكب لا يلبّ

57. Tempus inclinans est, non subsistit loco.

Proverbium quoque sic legitur: الدهر انكث لا يلبث

1) Chorasanae praefectus a chalifa Almansuro anno 137 interfectus est.

Duplex est vocabuli انكب explicandi modus, aut derivandum est a voce نكبة »calamitas« i. e. abundans calamitatibus aut a نكب »inclinatio«, quem rectiorem derivandi modum censuit esse Meidanius, ut tempus a recto modo declinet, neque in una eademque ratione persistat. Quod si vero انكث legendi modum admittis, voci »multum dissolventis« significatio tribuenda est. Congruunt autem significatione الب et الث.

Forma comparativi.

٥٨ أَدَقُّ مِنْ خَيْطٍ بَاطِلٍ

58. Tenuior, quam filum vanum.

Duplex est verborum خيط باطل »filum vanum« explicandorum modus. Aut in acre conspicuos atomos sole lucente aut araneae fila in campis conspicua esse dicunt, quae pueri مخاط الشيطان »Mucum nasi diaboli« appellant. Merwanus ben-Alhacem chalifa[1]) ob corporis longitudinem خيط باطل cognomen accepit. Eandem ob causam et cognomen umbrae struthionis ظل النعامة viro dare solent.

٥٩ أَدَقُّ مِنَ الشَّخْبِ

59. Tenuior, quam tenuis lactis radius.

Meidanio vocabulum شخب tenuem lactis radium, qui prodit ex ovis mammis initio mulgendi, significat.

٦٠ أَدَقُّ مِنَ الطَّحِينِ

60. Magis contritus, quam res molita.

1) Anno 64. imperio potitus post septem mensium spatium Damasci obiit.

Hoc in proverbio أدق a vocabulo مدقوق contritus derivata est. Poeta Alhothaiah appellatus proverbium in versu, quo matrem suum alloquitur, adhibuit:

وَقَدْ مُلِّكْتِ أَمْرَ بَنِيكِ حَتَّى تَرَكْتِهِمِ أَدَقَّ مِنَ ٱلطَّحِينِ

»Tu filiorum tuorum rebus ita potita es, ut eos magis contritos, quam rem molitam relinqueres.«

Versus metrum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204.

٦١ أَدَبُّ من ضَبُّون

61. Magis repens, quam felis mas.

Dixit poeta:

أَدَبُّ بِٱللَّيْلِ لِجَارَاتِهِ مِنْ ضَبُّونٍ دَبَّ إِلَى قُرْنُبِ

»Magis repens noctu ad vicinas suas, quam felis mas ad murem.«

Versus metrum Sarih appellatum est. Conf. l. m. p. 243.

٦٢ أَدَبُّ مِنْ قُرْنُبَى

62. Magis repens, quam animalculum Karanba appellatum.

Vocabulum قرنبى insecti, similis scarabaeo nomen est. Vir, qui mulierem in matrimonium petens ob paupertatem repulsum tulerat, quod illa divitem, sed vilem praeferret, hos versus se vindicandi causa dixit:

أَلَا يَا عِبَادَ ٱللَّهِ قَلْبِى مُتَيَّمٌ بِأَحْسَنَ مَنْ يَمْشِى وَأَقْبَحِهِمْ فِعْلَا

تَدِبُّ عَلَى أَحْشَايِهَا كُلَّ لَيْلَةٍ دَبِيبَ ٱلْقُرَنْبَى بَاتَ يَعْلُو نَقًا سَهْلَا

»Eheu! o servi Dei! cor meum vinctum est a pulcherrima eorum, qui incedunt, sed turpissima omnium in agendo; repit super visceribus suis tota nocte, quemadmodum scarabaeus nocte rependo adscendit collem arenae aequabilem.«

Metrum versuum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161. Scharaf-Aldin.

٦٣ أَدْنَى مِنَ ٱلشِّسْعِ

63. Propinquior (viro), quam lorum soleae.

Vocabulum ادنى duplicem accepit in hoc proverbio significationem, aut propinquioris aut vilioris, ut ادنا (rad. دنا) scribendum sit. Dixit poeta:

وَأَدْنَى إِلَى ٱلْمَرْءِ مِنْ شِسْعِهِ وَأَبْعَدُ بُعْدًا مِنَ ٱلْكَوْكَبِ

»Propinquior viro quam lorum soleae et remotior quam stella.«

Versus metrum Motakarib appellatum est. Conf. l. m. p. 281. Scharaf-Aldin. Samachschar.

٦٤ أَدَلُّ مِنْ حُنَيْفِ ٱلْحَنَاتِمِ

64. Melior viae dux, quam Honaifus Alhanatim.

Vir hic ad gentem Banu-Taim-Allat ben-Tsahlebah pertinebat. In regione Wabar a daemonibus abreptum, quum caecus esset, odore terrae ad suos reversum esse, fabulantur. Idem vir camelos tractandi modum optime novit. Conf. C. I, 408.

٦٥ أَدَلُّ مِنْ دُعَيْمِصِ ٱلرَّمْلِ

65. Melior viae dux, quam Doaihmizus arenarum.

Servi cuiusdam nigri, qui viae per arenas deserti ducentis maxime gnarus esset, cognomen fuisse tradunt. Narrant quoque, eum ex terrae odore viam cognovisse. Conf. lex. meum s. v. دعيميص.

٦٦ أَدْهَى مِنْ قَيْسِ بْنِ زُهَيْرٍ

66. Maiori intelligentia praeditus, quam Kaisus ben-Sohair.

Kaisus ben-Sohair, gentis Ahbs appellatae princeps erat. Multa, quae eius intelligentiam probant, a scriptoribus narrantur. Inter alia narrant, eum, qui in Ghathfanidarum regione iter faciens, et multam opulentiam et incolarum frequentiam videns, rem sibi non placere dixisset, Alrabiaho ben-Sijad Ahbsitae, qui huius rei causa admiratione adfectus esset, respondisse: nescisne, cum opulentia et molli vita coniuncta esse plura haud laudanda, quia homines se invicem deserunt, se invicem odio persequuntur, sibi invicem invident, dum pauperes et pauci se invicem adiuvant et sibi mutuum auxilium præstant?

٦٧ أَدْنَفُ مِنَ الْمُتَمَنِّي

67. Vehementiore morbo laborans, quam optatus.

Proverbio hoc in oppido Bazra utebantur. Scharaf-Aldin. De hoc adolescente, qui cognomen optati accepit, et quem amor totum occupavit, ut in gravem morbum incideret, conferas Cap. XIV, 102.

٦٨ أَدَمُّ مِنْ بَعْرَةٍ وَأَدَمُّ مِنْ وَبَارَةٍ

68. Vilior, quam globulus stercoris; et vilior, quam animalia Wabr appellata.

Descriptio animalis, quod ab Arabibus وبر (Wabr) appellatur, cuniculi descriptioni similis est.

Proverbia recentiora.

٦٩ دِعَامَةُ الْعَقْلِ الْحِلْمُ

69. Columna prudentiae est lenitas et animi tranquillitas.

Vocabulo حلم animi tranquillitas, quae irae resistit,

significatur. Ea autem tranquillitas tanquam prudentiae columna describitur, quippe quum irae vehementia prudentissimum quemque abripiat, ut imprudenter agat.

٧٠ دُنْيَاكَ مَا أَنْتَ فِيهِ

70. Mundus tuus est id, in quo es

٧١ دَخَلَ فُضُولِيٌّ النَّارَ فَقَالَ الْحَطَبُ رَطْبٌ

71. Intravit vir rebus ipsum non spectantibus occupatus in ignem (infernum) et dixit: lignum est virens.

٧٢ دَلَّ عَلَى عَاقِلٍ اخْتِيَارُهُ

72. Id quod elegit, virum prudentem esse, ostendit.

٧٣ دَعِ اللَّوْمَ إِنَّ اللَّوْمَ عَوْنُ النَّوَائِبِ

73. Omitte vilitatem, nam vilitas infortuniorum auxilium est.

In codice Pocockiano proverbium hoc desideratur.

٧٤ دَوَاءُ الدَّهْرِ الصَّبْرُ عَلَيْهِ

74. Remedium temporis est patientia.

٧٥ دَعِ الْمِرَاءَ وَإِنْ كُنْتَ مُحِقًّا

75. Omitte contentionem in disputando, et si iure vincis.

٧٦ دَعُوا قَذْفَ الْمُحْصَنَاتِ تَسْلَمْ لَكُمُ الْأُمَّهَاتُ

76. Abstinete a conviciis feminarum pudicarum, ut matres vestrae salvae sint!

٧٧ الدَّرَاهِمُ أَرْوَاحٌ تَسِيلُ

77. Nummi sunt animae, quae fluunt.

٧٨ اَلدَّابَّةُ تُسَاوِي مِقْرَعَةً

78. Iumentum aequale est flagello.

٧٩ اَلدُّنْيَا قَنْطَرَةٌ

79. Mundus pons est.

In codice Lugd. additur الاخرة. »Alterius mundi.« Sed haec vox explicandi gratia addita videtur.

٨٠ اَلدَّرَاهِمُ مَرَاهِمُ

80. Nummi emplastra sunt.

In meo codice الدنيا مراهم »Mundus emplastra;« id quod vitiosum videtur. Pocockius alterum proverbium adtulit: الدراهم كالمراهم تجبر العظم الكسير »Nummi emplastris similes sunt, quae os fractum sanant.« Sed haec quoque verba explicandi gratia addita esse videntur.

٨١ اَلدُّنْيَا قَرْضٌ وَمُكَافَاةٌ

81. Mundus est aes alienum et pensatio.

٨٢ اَلدَّرَجَةُ أَوْثَقُ مِنَ السُّلَّمِ

82. Gradus firmior est, quam scala.

Proverbium hortatur, ut res haud periculosae eligantur.

٨٣ اَلدِّينَارُ اَلْقَصِيرُ يَسْوِي دَرَاهِمَ كَثِيرَةً

83. Nummus aureus parvus multos nummos argenteos aequat.

In rem, quae, quamquam utilitatem magnam affert, vilipenditur, quadrat proverbium.

٨٤ اَلدَّرَاهِمُ بِالدَّرَاهِمِ تُكْسَبُ

84. Nummi nummis acquiruntur.

Caput IX.

Littera Dsal.

ا ذَهَبَ أَمْسِ بِمَا فِيهِ

1. Hesternus dies abiit cum eo, quod in eo erat.

Dhamdhamus ben-Ahmru Jarbuita, omni amore puellam prosequebatur semper ab illa reiectus. Quum igitur quodam die, quo ipse repudiatus erat, Ghorrahum ben-Tsahlebah Jarbuitam ad illam accedentem videret, eius vestigia secutus in propinquo iis loco se abscondidit, et virum hunc versum puellae recitantem audivit:

قَدِيمًا تُوَاتِينِي وَتَأْبَى بِنَفْسِهَا عَلَى ٱلْمَرْءِ جَوَّابِ ٱلتَّنُوفَةِ ضَمْضَمِ

»Iam olim mecum consensit repudians virum, qui frequenter peragrat deserta, Dhamdhamum.«

Dhamdamus autem ob haec verba iratus impetu facto eum occidit et hunc versum dixit:

سَتَعْلَمُ أَنِّي لَسْتُ آمَنَ مُبْغَضًا وَأَنَّكَ عَنْهَا إِنْ نَأَيْتُ بِمَعْزِلِ

»Tu iam scies, me non esse multum fidum, quum ira exardesco et te esse ab ea remotum, si ego reiectus sum[1]).

Quum interrogaretur: Quanam de causa patruelem tuum occidisti? proverbii verbis respondit significaturus, conditionem inter ipsos mutatam et amicitiam in inimicitiam conversam esse.

---

1) Versuum metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161.

٢ ذُرِّى بِمَا عِنْدَكِ يا لَبِيغَآءُ

2. Patefac id, quod cogitas, o indistincte loquens (femina)!

Scholion vocem sic explicat: اى ابينى ذروا من كلامكِ استدل به على مرادكِ i. e. claram fac partem sermonis tui qua, quae sit voluntas tua, mihi indicetur.« Haec autem verba in causa fuisse videntur, cur Reiskius in Golii sui exemplari radici ذرا F. o adscripserit »clare et distincte locutus mentem exposuit;« quam significationem in lexicon meum recepi. Scholii auctor vocem ذرى a radice ذرا derivavit. At vero Samachscharius adnotavit esse, qui vocem a radice ذر sparsit derivandam esse censeant. Proverbium ad metrum Sarih appellatum referri potest. Conf. libr. m. p. 246.

٣ ذَكَّرَنِى فُوكِ حِمَارَىْ أَهْلِى

3. In mentem mihi revocavit os tuum asinos duos familiae meae.

Vir quidam asinos duos amissos quaerens feminam velo tectam conspexit et amore eius omnino captus asinorum oblitus est. Non autem rogare destitit, donec velum a facie removeret. Magnos autem illa e labiis prostantes quum haberet dentes, asinorum recordatus verba dixit, quæ in proverbium venerunt. Proverbio metrum Sarih est. Conf. libr. l. m. p. 246.

٤ ذَهَبُوا أَيْدِى سَبَا وَتَفَرَّقُوا أَيْدِى سَبَا

4. Abierunt tanquam agmina Sabaeorum; et dispersi sunt tanquam agmina Sabaeorum.

Duo haec proverbia significant, homines ita dispersos esse, ut nunquam congregentur. Sabaeorum enim gentes ruptis aggeribus et aquis in eorum regionem irrumpentibus,

in diversas regiones, ut nunquam congregarentur, emigrare coactæ sunt. Quatuor gentes Ahmilah, Ghassan, Lachm, Djodsam in regiones septentrionales; Asd, Cendah, Medsdjeh, Alaschar, Anmar cum Badjilah in regiones australes se contulerunt. Conf. hac de re »Reiskii libr. De Arabum epocha vetustissima Sail Ol Arem i. e. ruptura catarrhactæ Marrebensis p. 8 sq. cf. Kam. et Djeuh. s. v. سبى. Vox autem ايدى vario modo explicatur. Sunt, qui dicant vocem ايدى manus animas (انفس) significare, ut modo, quem Arabum grammatici statum حال appellent, posita sit; quæ vox licet determinata (معرفة) sit, eam tamen status حال locum tenere, quum voci indeterminatae nempe voci متفرقين explicandae inserviat. Alii autem vocem مثل omissam esse dicunt, ut sit pro ذهبوا مثل ايدى السبا »Abierunt sicut animae Sabaeorum,« ut accusativus modo, quem Arabum grammatici ظرف (accusativum loci) appellaverint, positus sit. Samachschar.

٥ اُذْهَبِى فَلَا أَنْدَهُ سَرْبَكِ

5. Abi, o femina, et pecus tuum pascens non abigam.

Id est: Abi, quo vis cum camelis tuis. Verbis hisce ante Mohammedis tempus Arabum uxores repudio dimittebantur. Cf. Djeuh. Samachschar. Scharaf-Aldin.

٦ اَلذَّوْدُ اِلَى الذَّوْدِ اِبِلٌ

6. Parvum camelorum agmen ad parvum (accedens) magnum fit.

Vox ذود parvum camelorum agmen designat. De numero camelorum, quos isto nomine appellatum agmen continet, non consentiunt. Kamusi autem auctori in proverbio duorum camelorum significationem habere videtur. Conf. lexicon meum sub voce ذود. Proverbium significat, paucos coniunctos multos fieri.

٧ اَلذِّئْبُ يَادُو لِلْغَزَالِ

7. Lupus dorcadibus insidiatur.

Hoc proverbio in deceptione et fraude utuntur. Nil autem obstat, quominus voci يـادو significatio vocis يـعدو (currit) tribuatur; litterae enim Hamza et Ain inter se permutantur.

٨ ذِئْبُ الْخَمَرِ

8. Lupus loci occultantis.

Vocabulum خمر locum designat, quo si quis se recepit, absconditus est. Eodem modo dicitur ذئب غضا »lupus inter arbores Ghadha degens.« Vocibus autem his lupum esse rapacem, significant, qui loquendi modus in hominem transfertur.

٩ اَلذِّئْبُ يُكَنَّى أَبَا جَعْدَةَ

9. Lupus cognominatur Abu-Djahdah.

De vocabuli جعدة significatione interpretes non consentiunt. Sunt, qui agnae nomen esse dicant, a qua cognomen lupus acceperit, quod iis insidietur. Alii autem جعدة herbae odoriferae nomen esse contendunt, quae vere nascens mox arescat. Eandem lupi rationem esse, qui pulchrum cognomen habens perfidus sit et uno eodemque statu non permaneat, aut quod lupus cognomen pulchrum gerens turpiter agat. Aliis cognomen ob avaritiam a verbi جعد significatione lupo datum est. Verba autem Ohbaido ben-Alabraz adscribuntur, qui ea dixisse fertur, quum Alnohmanus ben-Almondsir eum occidere vellet. In eum adhibetur proverbium, qui se virum honore adficere, de se palam faciens, eundem perdere vult.

١٠ ذَهَبُوا بِأُسَرَاءَ قُنْفُدٍ

10. Abierunt nocturno erinacei itinere.

Erinaceus nonnisi noctu in terra incedit. In Samachscharii codice huius proverbii explicandi gratia legitur: تفرقوا »dispersi sunt,« id quod scribae vitium esse videtur.

١١ اَلذِّيبُ خالِيًا أَسَدٌ

11. Lupus, si solus est, leo.

Vocem خاليا tanquam obiectum explicant, ut sensum habeat اذا وجدك خاليا وحدك »quando te solum invenit.« Aliis autem explicandi ratio praeferenda videtur, qua vox خاليا ad subiectum sc. lupum referatur, ut sensus sit: Quando solus est, et in se solo fiduciam ponit. Tum ita explicanda sunt verba: الذيب يشبه الاسد اذا كان خاليا »Lupus leoni similis est, quum solus est.« Legitur quoque sic proverbium: الذيب خاليا اشد »Lupus, quando te solum invenit, audacior est.« Accusativum ex verbo omisso يشتد pendere dicunt. Proverbium, quod in rebus religionis et mundi adhibetur, monet, ne nos ab aliis separemus et soli simus. Traditione ad nos delata verba sunt: عليك بالجماعة فان الذيب انما يصيب من الغنم الشاذة القاصية »Agmini te adiungas, nam lupus ovem separatam et remotam lacerat.« Scharaf-Aldin. Samachschar. Conf. prov. 43.

١٢ ذَهَبَ فِي ٱلْأُخَيْبِ ٱلْأَذْهَبِ وَذَهَبَ فِي ٱلْخَيْبَةِ

12. Abiit in (via) frustrante, abducente; et abiit in frustratione.

Frustra rem quæsivit, neque eam obtinuit. De proverbio priore paullum dubito. Ante vocabulum الاخيب supplendum puto vocabulum طريق via. Voci الاذهب significationem multum abeuntis vel abducentis, ut a quarta coniugatione derivanda sit, tribui.

١٣ اَلذِّيبُ مَغْبُوطٌ بِذِي بَطْنِهِ

13. Lupus in invidiam venit ob id, quod ventrem implet.

Diversa proverbii lectio est: الذيب يغبط بغير بطنة »Lupus in invidiam venit, dum venter impletus non est.« Scholion sic explicat proverbium: وذو بطنه ما فى بطنه ويقال ذو البطن اسمر للغايط يقال القى ذا بطنه اذا احدث قال ابو عبيد وذلك انه ليس يظن به ابدا الجوع انما يظن به البطنة لانه يعدو على الناس والماشية قال الشاعر

ومن يَسْكُنِ البَحْرَيْنِ يَعْظُمْ طِحالُهُ ويُغْبَطْ بِمَا فِي بَطْنِه وَهْوَ جَايِعُ

وقال غيره انما قيل ذلك لانه عظيم الجفرة ابدا لا يبين عليه الضمور وان جهده الجوع قال الشاعر

لَكَالذِّيبِ مَغْبُوطٍ لِحْشَا وَهْوَ جَايِعُ

»Vocibus ذو بطنه »id, quod in ventre eius est,« significant. Et dicitur: ذو البطن nomen excrementi est. Dicitur القى ذا بطنه »Excrementa reddidit.« Dixit Abu-Ohbaidus, huius rei causam esse, quod nunquam ei famem (satietatem?) esse putent, nil nisi ventris impletionem, quod tam homines, quam bestias invadat. Dixit poeta:

»Is, qui Albahrainum incolit, magnos habet lienes, felix habetur propter id, quod in ventre est, dum esurit.«

Alius quidam dixit; huiusce rei causam esse, quod lupus capacem habeat ventrem, ut nunquam, etsi fame affectus sit, gracilis ventre videatur. Dixit poeta:

»Lupo similis, visceribus felix habitus, dum famelicus est[1]).«

Tertius legendi modus est: الذئب يغبط بذى بطنه »Lupus in invidiam venit ob id, quod in ventre ipsius est.« Quartus denique legendi modus est: الذئب مغبوط جايعا »Lupus in invidiam venit, dum famelicus est.« Lupus

1) Hemistichii huius nec non versus praecedentis metrum Thawil appellatum est. Conf. libr. m. p. 161 sq.

autem satiatus habetur, quod multum currit et multum audax est, quamvis huiusce rei causa saepissime in fame posita sit. Proverbium autem in homine adhibetur, qui, licet pauper sit, dives esse putatur, aut satiatus habetur, dum famelicus est. Scharaf-Aldin. Samachschar.

١٤ الذيب أدغم

14. Lupus nigro naso praeditus est.

Ebn-Doraidus talem proverbii explicationem adtulit: Lupi sunt دغم i. e. naso nigro praediti, sive inserta in vas lingua bibit sive non bibit, nam illa nasi nigredo naturalis est. Interdum quoque de lupo dicunt ولغ »inserta in vas lingua bibit,« dum famelicus est (quod nigro naso praeditus est). Proverbium autem de eo dicitur, cui res, quam non accepit, invidetur. Scharaf-Aldin, Samachschar.

١٥ ذهبوا شغر بغر وشذر مذر وشذر مذر وجذع مذع

15. Quoquo versus abierunt.

In omnes regiones dispersi sunt. Sunt autem quatuor proverbialiter loquendi modi; dicitur enim: ذهبوا شذر مذر et ذهبوا جذع مذع etc.

١٦ ذهب دمه درج الرياح

16. Abiit sanguis eius in viam ventorum.

Legitur quoque ادراج الرياح »in vias ventorum.« In eum dicitur, cuius mors non vindicatur.

١٧ ذهبت هيف لأديانها

17. Abiit ventus fervidus (Haif) secundum consuetudinem suam.

Haif nomen venti fervidi est, e regione Arabiae felicis aestatis tempore flantis, qui omnes res aridas reddit. Proverbio utuntur ad significandum, omnes homines dispersos

esse, ut quilibet suo negotio incumberet. Alii autem proverbium in eum adhiberi contendunt, qui consueto mori suo semper adhaereat. conf. Kam. v. هيف.

١٨ ذَلِيلٌ عَاذَ بِقَرْمَلَةٍ

18. Contemtus confugit ad arborem Karmalah appellatam.

Nomen قرملة arborem tenuem, foliis carentem, ut umbram non faciat, designat. Poeta Djerirus contra poetam Ferasdakum in versu satyrico hoc usus est proverbio:

كَانَ ٱلْفَرَزْدَقُ حِينَ عَاذَ بِخَالِهِ مِثْلَ ٱلذَّلِيلِ يَعُوذُ وَسْطَ ٱلْقَرْمَلِ

»Ferasdakus, quum ad avunculum suum confugeret, vili similis erat, qui ad arbores Karmal appellatas confugit.« Conf. prov. 58. De vili adhibetur, qui ad vilem confugit. Samachschar.

١٩ ذَكَّرْتَنِي ٱلطَّعْنَ وَكُنْتُ نَاسِيًا

19. Confossionem in memoriam meam revocasti et eius oblitus eram.

Metrum proverbii Redjes appellatum est. Conf. l. m. p. 230. Narrant, quendam in virum, ut eum occideret, impetum fecisse, et dixisse: Abiice hastam! quam alter manu teneret; sed cuius subito impetu attonitus oblitus erat. Tum alterum verba, quae postea in proverbium venerint, dicentem hastam sumsisse, et impetum facientem hostem aut confodisse aut in fugam coniecisse. Utuntur proverbio, quum una res, cuius obliti eramus, alterâ in memoriam revocatur. Ille impetum faciens Zachrus ben-Moahwijjah Alsolami, hic, in quem impetus factus erat, Jasidus ben-Alzahk fuisse fertur. Almofadhdhelus narravit, Rohaimum ben-Hasm Helalitam primum ista verba dixisse. Cum opibus et familia e sua regione in aliam migranti ei occur-

1) Versus metrum Camil appellatum est. Conf. libr. m. p. 212.

rebant quidam ad gentem Thaghleb pertinentes, qui opes praedaturi dicebant: Sine, quae tecum ducis et fuga salutem pete! Ille primo momento attonitus dixit: Capite opes; sed ne familiae vim inferte!« Tum unus eorum; erat enim illis notus, dixit: quod si hoc vis, abiice hastam! Dixit igitur istis verbis admonitus: hastam habeo et tum unum eorum post alterum occidens, versus hos cecinit:

رُدُّوا عَلَى أَقْرَبِهَا ٱلْأَقَاصِيَا إِنَّ لَهَا بِالْمَشْرَفِيِّ حَادِيَا

ذَكَّرْتَنِي ٱلطَّعْنَ وَكُنْتُ نَاسِيَا

»Repellite remotissimos (camelos) super maxime propinquum eorum, nam iis per gladium est propellens. Tu confossionem in memoriam revocasti, cuius ego oblitus eram.«

Sunt, qui اذكرتنى legant. Samachschar. Metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. Erpen. prov. Cent. II, prov. 61.

٢٠ ذُقْهُ تَغْتَبِطْ

20. Gusta id et laetus eris.

Quum inter plures vino bibendo occupatos et hilares unus esset, qui vino abstinens se non moveret, cæteri eum his verbis ad bibendum excitarunt.

٢١ ذَهَبَ أَهْلُ ٱلدَّثْرِ بِٱلْأَجْرِ

21. Magnos opes possidentes mercedem abstulerunt.

Proverbium hoc inter traditiones est, quae de Mohammede ad nos delatae sunt.

٢٢ ذَهَبَ فِي ٱلسُّمَهَى

22. Abiit in aerem.

Abu-Ahmruus dixit, hoc significare in vanum. Vox سمهى aerem significat, tum quoque سمهى et سميهى mendacium et falsum, vanum designat. Conf. lex. m. s. سمه

٢٣ أُذْكُرْ غَائِبًا يَقْتَرِبْ

23. Absentis mentionem fac et propinquus erit.

Alter proverbii legendi modus est: اذكر غائبا تره »Absentis mentionem fac et eum videbis.« Proverbium Ahbd-Allaho ben-Sobair adscribitur, qui die quodam Almochtarum, quem Meccae versantem putaret, cuiusque mentionem fecisset, advenientem conspexit. Verbis proverbii uti solet is, qui subito personam conspicit, cuius tanquam absentis mentionem fecerat, eamque ob causam admiratione adficitur. Scharaf-Aldin.

٢٤ ذُلٌّ لَوْ أَجِدُ نَاصِرًا

24. Vilitas; si invenirem adiutorem.

Id est: Haec vilitas est; si adiutorem invenirem, eam patienter non ferrem. Quum Alharitsus ben-Abi-Schamir Ghassanida (conf. Hamas. p. 402), qui Inso ben-Abi l'Hodjair ob responsum datum colaphum induxisset, primum percussus haec verba et iterum percussus: لو نهيت الاولى لانتهيت الاخرى »Si tibi prior (colaphus) interdictus fuisset, a posteriore abstinuisses« dixit. cf. XXIII, 3. Proverbii verbis is uti solet, qui iniuria adflictus ulciscendi potestatem non habet. Samachschar.

٢٥ ذَهَبَ كَاسِبًا فَلَجَّ بِهِ

25. Abiit victum quaerens, et eum ursit (infortunium).

Ad voces لج به supplendum est الشر حتى اهلكه واوقعه فى شر »Calamitas, ut eum perderet et in malum iniiceret.«

٢٦ ذَهَبَ مَالُهُ شَعَاعِ

26. Abierunt eius opes quoquo versus.

Omnino dispersae perierunt.

٢٧ ذَآنِينُ لَا رِمْثَ لَهَا

27. Sunt plantae Dsunun, inter quas planta Rimts non est.

Planta Dsunun appellata inter plantas رمث appellatas, quae camelis pabulo sunt, crescere solet. Proverbium igitur in hominem, cum planta Rimts comparatum, dicitur, cui dignitas non est, et a quo bonum sperari non potest.

٢٨ ذَهَبَ الْحَلْقُ فِي بَنَاتِ طَمَارَ

28. Abiit in aerem se attollens in summas regiones.

In Kamusi lexico بنات طمار vocabulo الداهية »infortunium« explicatum est; sed طمار proprie »locum elatum«, ut etiam de tecto alto adhibeatur, designat. Vocabula igitur composita بنات طمار »Regiones coeli altissimas« significare possunt, quæ significatio in proverbio nostro admittenda videtur, quippe cuius sensus sit, res modo inani, frustra, sine utilitate (باطلا) abiit. Proverbium ad metrum Camil referendum est. Conf. l. m. p. 212.

٢٩ ذَهَبَ فِي ضُلِّ ابْنِ أُلَّ

29. Abiit in vanum (errorem).

Vana re, errore omnino captus est. ضل ابن ال proprie est »error filius erroris.« Eodem modo dicitur: ضلال ابن الال. Est quoque usitatus loquendi modus: ذهب في الضلال, ذهب في الضلال et ذهب في الالال »In vanum, errorem abiit.« Errori omnino deditus erat, ut consilium non admitteret.

٣٠ ذَلِيلٌ مَنْ يُذَلِّلُهُ خِدَامُ

30. Vilis est, quem Chidsamus sibi subiecit.

Proverbium hemistichium metri Wafir appellati est. Conf. l. m. p. 204. Chidsamus viri vilis et despecti no-

men erat. In eum proverbium dicitur, qui a viro viliore subiicitur.

٣١ اَلدَّلِيلُ مَنْ تَأْكُلُهُ اَلْوَبْرَاءُ

31. Vilis est is, quem avis Rachma vorat.

الوبراء »pilis« i. e. »plumis tecta« hoc in proverbio cognomen avis Rachmae esse dicitur. Avis autem Rachma cadaveribus vescitur, ut proverbii sensus esse videatur; vilis est is, cuius cadaver avi Rachmae cibo inservit. Sed nescio, quo iure cognomen الوبرا »pilis tecta« isti avi tributum sit; eodem iure feris tribui posse videtur.

٣٢ ذَهَبَ مِنْهُ اَلْأَطْيَبَانِ

32. Eum reliquerunt duae res gratae.

Vocabulo الاطيبان »duo optima«, cibum et coitum designari dicunt, quapropter proverbium, virum esse senem, indicat.

٣٣ ذُكِرَ وَلَا حَسَاسِ

33. Memoratus (us); sed non est Hesasi.

Varius est vocabuli حساس et scribendi et enunciandi modus. Enunciatur حساس Hesasi, Hesasa et Hesason; tum حسيس aut Hasisa aut Hasison effertur. In eum dicitur, qui rem, quam promisit, non bene perficit.

٣٤ ذَلَّ بَعْدَ شِمَاسِهِ اَلْيَعْفُورُ

34. Se submisit, postquam difficilis fuerat equus Jahfur appellatus.

De eo dicitur, qui, postquam inobsequens fuerat, obsequium praestat.

٣٥ أَذَلُّ اَلنَّاسِ مُعْتَذِرٌ إِلَى لَئِيمٍ

35. Hominum vilissimus est, qui se apud vilem excusat.

Apud generosum enim excusatio haud necessaria est, et vilis excusationem fortasse non admittit.

٣٦ اَلذِّيْبُ لِلضَّبُعِ

36. Lupus hyaenae est.

Id est: Lupus hyaenae socius est. In duos pravos, qui societate coniuncti sunt, proverbium adhibetur.

٣٧ ذَهَبْتَ طَوْلاً وعَدِمْتَ مَعْقُولا

37. Abiisti in longum et destitutus es ingenio.

In virum longo corpore præditum, qui aliis utilis non est, dicitur.

٣٨ ذَهَبُوا تَحْتَ كُلِّ كَوْكَبٍ

38. Abierunt sub omni sidere.

De gente, quæ dispersa est, dicitur. Cf. Kam. s. كوكب.

٣٩ ذَهَبْتَ فِي اَلْيَهْبَرَى

39. Abiisti in vanum.

In explicando vocabulo يهبر non consentiunt interpretes. A radice هبر derivandum esse censent, ut forma فعيل (fabjallon) sit. Est gummi species; Alahmarus autem duri significationem vocabulo tribuit, ut حجر يهبر »lapis durus« sit. Tum nomen est vaporis meridiei tempore in deserto apparentis, qui aquae speciem habet, ut in verbis اكذب من اليهبر »Mendacior, quam vapor meridiei tempore in desertis«, quod aqua esse videtur. Ibn-Alsarradjus dixit, interdum vocabulo litteram ى addi, quod nomen vano, falso tribuatur.

٤٠ ذَاكَ أَحَدُ اَلْأَحَدِينَ

40. Ille est unus unicorum.

Virum summa laude ornandum esse propter summum ingenium, proverbium significat. Vario autem modo dicitur: احدى الاحد, واحد الاحاد, واحد الاحدين.

٤١ ذَهَبْتَ فِي وَادِي تِيهٍ

41. Abiisti in vallem erroris

In eum dicitur, qui vani et erroris via incedit.

٤٢ ذِيبَةُ قُفٍّ مَا لَهَا غَمِيس

42. Lupa terrae asperae, cui non est vallis arboribus densis consita.

In eum dicitur, qui inimicitiam palam exercet. Proverbium ad metrum Sarih referendum est. Conf. l. m. p. 246.

٤٣ اَلذِّيخُ فِي خَلْوَتِهِ مِثْلُ الْأَسَدِ

43. Hyaenae mas in recessu, ubi solus est, leoni similis est.

Simile proverbium de lupo (prov. 11.) erat. Lexicographi vocabulo ذيخ lupi quoque significationem tribuunt, in scholiis autem ذكر الضباع »mas hyaenae« legitur. In eum dicitur proverbium, qui solus sibi rem arrogavit, quam, si in coetu, ut perficiat, rogatur, perficere non valet. Simili modo dicitur: كل مجر فى الخلاء يسر »Omnis qui in loco secreto equum in cursum emittit, laetitia adficitur«, putat enim, equum suum in certamine victoriam reportaturum esse.

٤٤ ذُبَابٌ سَيْفٌ لَحْمُهُ مِنْ الْوَقَايِصُ

43. Musca gladius est, cuius caro sunt iumenta, quae collum fractum habent.

In eum dicitur, qui opibus abundans erga familiam avarus est; et in eum, qui potentia et robore gaudens nonnisi debilibus et vilibus adversatur.

٤٥ ذِيبَةٌ مِعْزًى وَظَلِيمٌ فِي ٱلْخُبُرْ

45. Lupa est in capras irrumpens et struthiocamelus, si probatur!

Ille turpitudine lupae similis est in capras irrumpenti; sed si in eius veram conditionem inquiritur, struthiocamelo similis, cui si dicitur, vola, dicit: Ego camelus sum; sin autem dicitur, onus porta, dicit excusandi causa: Ego avis sum. In perfidum et fraudulentum proverbium adhibetur. Proverbio metrum Redjes est. Conf. libr. m. p. 230.

Forma comparativi.

٤٦ أَذَلُّ مِنْ قَيْسِيِّ بِحِمْصَ

46. Vilior, quam Kaisita in oppido Emessa.

Totum oppidum quum Jemanenses tenerent, una familia Kaisitarum inter eos degens despecta erat.

٤٧ أَذَلُّ مِنْ يَدٍ فِي رَحِمْ

47. Vilior, quam manus in utero.

Debilitas hoc proverbio significatur; alii manum foetus significari dicunt, alii manum viri, qui, ne in utero rem lædat, timeat Plura sunt proverbia a manu in utero desumta. C. VI, 209, XV, 46. XVIII, 210.

٤٨ أَذَلُّ مِنْ بَعِيرٍ سَانِيَةٍ

48. Vilior, quam camelus aquam e puteo hauriens.

Operi isti faciendo pessimos camelos adhibent Arabes. Poeta Thirimmahus proverbium versui inseruit:

فَسَبِيلَةٌ أَذَلُّ مِنَ ٱلسَّوَانِسِ وَأَعْرَفُ لِلْهَوَانِ مِنَ ٱلْحِصَافِ

»Parva gens vilior, quam cameli aquam haurientes et contemtior, quam soleae.«

Metrum versus Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204.

٤٩ أَذَلُّ مِنْ حِمَارِ قَبَّانَ

49. Vilior, quam millepeda.

٥٠ أَذَلُّ مِنْ قُرَادٍ بِمَنْسِمِ

50. Vilior, quam ricinus in cameli planta.

Vocabulum منسم infimum in camelo locum et ungulae extremam partem designat. Ricini haec species est, quae camelos infestat. Poeta Ferasdakus proverbio usus est:

هُنَالِكَ لَوْ تَبْغِي كُلَيْبًا وَجَدْتَهَا أَذَلَّ مِنَ ٱلْقُرْدَانِ تَحْتَ ٱلْمَنَاسِمِ

»Hic si gentem Colaib peteres, eam invenires viliorem quam ricini sunt sub camelorum pedibus.«

Versus metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161.

٥١ أَذَلُّ مِنْ وَتِدٍ بِقَاعٍ

51. Vilior, quam palus in campo.

Quia semper percutitur, dum terrae infigitur. Dixit poeta:

وَكُنْتُ أَذَلَّ مِنْ وَتِدٍ بِقَاعٍ يُشَجِّجُ رَأْسَهُ بِٱلْفِهْرِ وَاجِي

»Et vilior eras quam palus in campo, cuius caput lapide percutiens frangit.«

Metrum versus Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204.

٥٢ أَذَلُّ مِنْ حِمَارٍ مُقَيَّدٍ

52. Vilior, quam asinus compedibus vinctus.

Vilitatis asini paxillique poeta, qui Motalammesus fuisse dicitur, in versibus sequentibus mentionem fecit:

إِنَّ ٱلْهَوَانَ حِمَارُ ٱلْأَهْلِ يَعْرِفُهُ وَٱلْحُرُّ يُنْكِرُهُ وَٱلْجَسْرَةُ ٱلْأَجْدُ

وَلَا يُقِيمُ بِدَارِ ٱلذُّلِّ يَعْرِفُهَا إِلَّا ٱلْأَذَلَّانِ عَيْرُ ٱلْأَهْلِ وَٱلْوَتِدُ

هٰذَا عَلَى ٱلْخَسْفِ مَعْكُوسٌ بِرُمَّتِهِ وَذَا يُشَجُّ فَلَا يَأْوِى لَهُ أَحَدُ

»Vilitatem agnoscit asinus gentis et ingenuus eam abnegat, et camela magna, robusta; et non permanent in domo vilitatis, quam noscunt, nisi duo viles, asinus gentis et paxillus; hic fune suo adligatus est detrimento adflictus, ille vulneratur, dum nemo eius miseretur.«

Versuum, in quibus varii sunt legendi modi, metrum Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190. et librum a me editum Fakihat-Alcholafa p. 19. infr.

٥٣ أَذَلُّ مِنْ فَقْعٍ بِقَرْقَرَةٍ

53. Vilior, quam tuber terrae album in terra molli.

Aliis sic dicitur, quia ipsum colligentem non impedit, aliis, quia pedibus calcatur. Vir vilis cum tubere terrae saepius comparatur. Dicitur هو فقع قرقر »Is tuber in terra molli est.« Dicitur quoque فلان ثقعة القاع »Quidam tuber terrae in campo est.« A recentioribus autem dicitur: هو كشوث الشجر »Is planta parasiti arborum est.« Legitur quoque sic proverbium: اذل من فقع بقرقر. Dixit poeta Abu-Djondabus Hodsailita:

فَلَا تَحْسِبُوا جَارِى لَدَى ظِلِّ مَرْخَةٍ وَلَا تَحْسِبُوهُ فَقْعَ قَاعٍ بِقَرْقَرِ

»Ne putate, vicinum meum esse apud umbram arboris Marchah appellatae, et ne putate, eum esse tuber campi in solo molli!«

Versus metrum Thawil appellatum est. Cf. l. m. p. 161 sq.

Et vilem describens cecinit poeta:

هُوَ ٱلْكَشُوثُ فَلَا أَصْلٌ وَلَا وَرَقٌ وَلَا نَسِيمٌ وَلَا ظِلٌّ وَلَا ثَمَرُ

„Is planta parasiti est, cui neque radix, neque ramum, neque odor, neque umbra, neque fructus est.“

Metrum versus Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190.

٥٤ أَذَلُّ مِنَ ٱلسُّقْبَانِ بَيْنَ ٱلْحَلَايِبِ

54. Vilior, quam pulli camelorum mares inter lacte abundantes.

Proverbium hoc desumtum est e versu Kaisi ben-Alchathim:

ظَأَرْنَاكُمْ بِٱلْمِيضِ حَتَّى لَأَنْتُمْ أَذَلُّ مِنَ ٱلسُّقْبَانِ بَيْنَ ٱلْحَلَايِبِ

»Propensos vos reddidimus gladiorum ope, ut viliores vos quam pulli camelorum mares inter lacte abundantes essetis.“

Metrum versus Thawil appellatum est. Cf. l. m. p. 61. sq.

٥٥ أَذَلُّ مِنَ ٱلْبَعْرِ

55. Vilior, quam hœdus, (aut capella) qui in fovea adligatus est, ut in ea leo capiatur.

Conf. Kam.

٥٦ أَذَلُّ مِنَ ٱلنَّقَدِ

56. Vilior, quam ovium parvarum species.

Ovium species parvos pedes habens et fœda adspectu, quae Arabica lingua نقد Nakad appellatur, in regione Bahrain frequens erat. Alazmäihus bonam earum esse lanam dixit. Dixit poeta:

فُقَيْمُ يَا شَرَّ تَمِيمٍ مُحْتِدًا لَوْ كُنْتُمْ ضَأْنًا لَكُنْتُمْ نَقَدَا

أَوْ كُنْتُمْ مَاءً لَكُنْتُمْ زَبَدَا أَوْ كُنْتُمْ صُوفًا لَكُنْتُمْ قَرَدَا

„O Fokaime, pessima Tamimitarum gens origine! Si fuissetis oves, pessimae, si aqua fuissetis, spuma, aut si lana fuissetis, partes eius reiiciendae fuissetis.“

Versuum metrum Redjes appellatum est. Cf. l. m. p. 253.

٥٧ أَذَلُّ مِمَّنْ بَالَتْ عَلَيْهِ ٱلثَّعَالِبُ

57. Vilior, quam is, super quem vulpes urinam egesserunt.

De re vili et despecta dicitur. Dixit Abu-Dsarrus Alghafari:

أَرَبٌّ يَبُولُ ٱلثَّعْلَبَانُ بِرَأْسِهِ لَقَدْ ذَلَّ مَنْ بَالَتْ عَلَيْهِ ٱلثَّعَالِبُ

„Num dominus est, in cuius capite vulpes minxit? Profecto vilis est is, super quem vulpes minxerunt.“

Versus metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161. Conferas quoque de hoc versu lex. meum s. v. ثعلب.

٥٨ أَذَلُّ مِنْ قَرْمَلَةَ

58. Vilior, quam arbor Karmal appellata.

Arbor est, quae nec umbram neque refugium praebet. Conf. prov. 18.

٥٩ أَذَلُّ مِنَ ٱلنَّعْلِ

59. Vilior, quam solea.

Proverbium hoc ex versu Albäihtsi desumtum est:

وكُلُّ كُلَيْبِيٍّ صَفِيحَةُ وَجْهِهِ أَذَلُّ عَلَى مَسِّ ٱلْهَوَانِ مِنَ ٱلنَّعْلِ

„Et omnis ad gentem Colaib pertinentis facies vilior est contemtu, quo adficitur, quam solea.“

Alter legendi modus est: اذل لاقدام الرجال من النعل „Vilior per pedes virorum, quam solea.« Cecinit Ghassanus ben-Hodsail:

صُبٌّ عَلَى طُولِ ٱلْهَوَانِ أَذَلُّ مِنْ نَعْلٍ عَلَى ٱلتَّوْطَاءِ لِلْأَقْدَامِ

„Patientes in contemtu longo, viliores quam solea, quae pedibus conculcatur.“

Versus metrum Camil appellatum est. Conf. l. m. p. 212.

٦٠ أَذَلُّ مِنَ ٱلْبَذَجِ

60. Vilior, quam agnus ovis.

Verba traditione ad nos delata haec sunt: يوتى بابن ادم يوم القيمة كانه بذج من الذل „Adducitur filius Adami (homo) die resurrectionis mortuorum, agno vilitate similis.“

٦١ أَذَلُّ مِنْ بَيْضَةِ ٱلْبَلَدِ

61. Vilior, quam ovum struthiocameli.

Ovum, quod struthiocamelus in deserto reliquit. Alii, vocibus بيضة البلد tuber terrae album significari putant. Conf. prov. 53. Cecinit poeta Alräih appellatus:

تَأْبَى قُضَاعَةُ لَا تَعْرِفُ لَكُمْ نَسَبًا وَٱبْنَا نِزَارٍ فَأَنْتُمْ بَيْضَةُ ٱلْبَلَدِ

„Aversatur gens Kodhaah vestram originem non noscens et duo Nesari filii; nam vos ovum struthiocameli relictum estis.“

Versus metrum Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190.

٦٢ أَذْكَى مِنَ ٱلْوَرْدِ وَمِنَ ٱلْمِسْكِ ٱلْأَصْهَبِ وَٱلْعَنْبَرِ ٱلْأَشْهَبِ

62. Fragrantior, quam rosa; et quam muscus rufus; et quam ambarum cinereum.

٦٣ أَذَلُّ مِنْ أُمَوِيٍّ بِٱلْكُوفَةِ يَوْمَ عَاشُورَا

63. Vilior, quam unus ad gentem Omajjah pertinens in oppido Cufa die Abschura.

يوم عاشورا est dies nonus vel decimus mensis Almeharremi.

٦٤ أَذَلُّ مِنْ قَمْعٍ

64. Vilior, quam petiolus dactyli.

Abiicitur enim et pedibus calcatur.

٦٥ أَذَلُّ مِنْ عَيْرٍ

65. Vilior, quam paxillus.

Quod in superiore parte semper percutitur; alii asinum vocabulo عير hoc in proverbio significari posse putant. Conf. prov. 51.

٦٦ أَذَلُّ مِنْ حُوَارٍ

66. Vilior, quam cameli pullus nondum ablactatus.

٦٧ أَذَلُّ مِنْ لِحَذَاءٍ

67. Vilior, quam calceus.

Conf. prov. 59. Calceus ingressu inquinatur. Dicitur quoque اذل من الرداء „Vilior, quam pallium.“

٦٨ أَذَلُّ مِنَ الشِّسْعِ

68. Vilior, quam corrigia soleae.

٦٩ أَذَلُّ مِنَ الْبِسَاطِ

69. Vilior, quam stragula, quae humi sternitur. Quod pedibus calcatur.

Proverbia recentiora.

٧٠ ذِيبٌ فِي مَسْكِ سَخْلَةٍ

70. Lupus in cute agni.

٧١ ذِئْبٌ يَسْتَنْعِجُ

71. Lupus, qui ovis haberi vult.

٧٢ ذِلُّ ٱلْعَزْلِ يُضْحِكُ مِنْ تِيهِ ٱلْوِلَايَةِ

72. Vilitas propter ademtam provinciam de superbia in praefectura risum movet.

Conf. Burkhardtium (Arabic proverbs) p. 77.

٧٣ ذَنَبُ ٱلْكَلْبِ يَكْسِبُ ٱلطُّعْمَ وَفَمُهُ يَكْسِبُ ٱلضَّرْبَ

73. Cauda cani cibum acquirit et os ei ictus acquirit.

٧٤ ذَلَّ مَنْ لَا سَفِيهَ لَهُ

74. Vilis est, cui stultus non est.

Burkhardtius (Arabic prov. p. 78) dicit, vocabulum سفيه »insolentis, impudentis« significationem habere et in Aegypto personas designare, qui patronos vel amicos suos impudenter et audacter defendant.

٧٥ ذُدْتُ ٱلسِّبَاعَ ثُمَّ تَفْتَرِسُنِي ٱلضِّبَاعُ

75. Repuli leones, tum me hyaenae lacerant.

٧٦ ذَهَبَ ٱلْحِمَارُ يَطْلُبُ قَرْنَيْنِ فَعَادَ مَصْلُومَ ٱلْأُذُنَيْنِ

76. Abiit asinus quaerens duo cornua et rediit auribus mutilatis.

٧٧ ذَهَبَ ٱلنَّاسُ وَبَقِيَ ٱلْمَسْنَاسُ

77. Abierunt homines (Nas) et remanserunt monstra Nasnas appellata.

De vocabulo نسناس Nasnas interpretes dissentiunt vid. lex. meum. conf. Burkhardtium p: 78.

٧٨ ذَهَبَ عَصِيرِي وَبَقِيَ تَجِيرِي

78. Abiit succus meus expressus et crassamentum meum remansit.

In rebus adhibetur, quarum utilitas evanuit et molestia remansit.

٧٩ ذَكَرَ ٱلْفِيلُ بِلَادَهُ

79. Elephas terrae suae recordatus est.

٨٠ ذَمَمْتَنِي بِالْإِسَاءَةِ فَلِمَ رَضِيتَ عَنْ نَفْسِكَ بِالْمُكَافَاةِ

80. Vituperasti me ob malam agendi rationem et cur, quod tu ipse erga me eodem modo agis, gratum habes?

٨١ ذَرْ مُشْكِلَ ٱلْقَوْلِ وَإِنْ كَانَ حَقًّا

81. Omitte obscurum sermonem, et si verus est!

٨٢ ٱلذُّلُّ فِي أَذْنَابِ ٱلْبَقَرِ

82. Vilitas in boum caudis est.

Caput X.

Littera Ra.

١ رَعَى فَقَصَبَ

1. Pavit et tum a potu retinuit.

Cameli aut quod venter vacuus est, aut quod plenus est, a potu retinentur. Uterque autem pastoris agendi modus pravus est, quapropter proverbium in eum dicitur, qui curam atque diligentiam in re, cui praefectus est, non adhibens, rem corrumpit.

٢ رَمَتْنِي بِدَائِهَا وَٱنْسَلَّتْ

2. Mihi morbum suum obiecit et abiit.

Rohma filia Alchesredji Sahdo ben-Said nupta erat. Quam quum reliquae mariti uxores ignominia afficerent, mater suasit, ut illas primum illo ignominiae nomine (sc. Ahfali) conf. Cap. II, 78. appellaret. Quod quum fecisset, una earum verba dixit, quæ postea in proverbium cesserunt.

٣ رَمَاهُ بِأَقْحَافِ رَأْسِهِ

3. Iaciat eum cranio capitis!

Id est: Occidat eum vel maxima calamitate ad silentium eum redigat. In Samachscharii enim opere legitur:

رماه الله باقتحاف رأسه »Iaciat eum Deus cranio capitis« ut in nostro proverbio رماه optativi significationem habeat. Pluralis autem forma اقتحاف usus est, ut significaret, eum repetitis vicibus iecisse vel pluralis cranii partes designat.

٤ رَمَاهُ ٱللَّهُ بِدَاءِ ٱلذِّئْبِ

4. Lupi morbo Deus eum petat!

Id est: perdat eum Deus, lupum enim Arabes putant, nonnisi mortis morbo laborare. Aliis autem est: Deus eum fame afficiat, quod lupus semper famelicus sit; id quod omnino aliorum sententiae repugnat. Conf. C. IX, 13.

٥ رَمَاهُ ٱللَّهُ بِثَالِثَةِ ٱلْأَثَافِي

5. Petat eum Deus tertio ollae sustentaculo!

Duo lapides iuxta petram ponebantur, ut in iis olla staret. Tertium igitur ollae sustentaculum petra est, quae in proverbio magnam calamitatem designat, ut proverbii sensus sit: Magna cum Deus calamitate adfligat. In codicibus B. L. P. vox الله Deus deest; sed in Samachscharii opere ea legitur. Cecinit Chaffahus ben-Nadabah:

فَلَمْ يَكُ طِبُّهُمْ جُبْنًا وَلٰكِنْ رَمَيْنَاهُمْ بِثَالِثَةِ ٱلْأَثَافِي

»Consuetudo eorum non erat timiditas; sed tertio ollae sustentaculo eos iecimus.«

Versus metrum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204. et Harir p. 73. At vero sunt, qui tertio sustentaculo postremum malum, ut nil supersit, significari dicant.

٦ رُمِيَ فُلَانٌ بِحَجَرِهِ

6. Petatur quidam lapide suo!

Id est: Ab adversario aequali ipsi robore. Lapis pro compari ponitur; lapides enim variant, quemadmodum res petitae variae sunt, ut lapides parvi rebus parvis, lapides

magni rebus magnis adhibeantur. Quum Moahwijjahus Ahmruum ben-Alahz tanquam arbitrum cum Abu-Musa Alaschahri misisset, Alahnafus Ebn-Kais ad Ahlium venit dicens: انك قد رميت بحاجر الارض فاجعل معه ابن عباس فانه لا يشد عقدة الا حلها »Tu petitus es lapide terrae; pone igitur cum eo Ebn-Ahbbasum; nam hic omnes nodos ligatos solvit.« Quod quum Ahlius facere vellet, Iemanenses repugnabant, e suis unum esse mittendum dicentes. Vocibus حجر الارض »lapide terrae« unicum eum esse significare vult. In Samachscharii opere legitur: رماه الله بحاجره »Iaciat eum Deus lapide suo! Idem Samachscharius et hunc legendi modum adnotavit: لزم بحاجره »Adhaereat lapidi suo!«

٧ رُمِيَ فُلَانٌ مِنْ فُلَانٍ فِي ٱلرَّأْسِ

7. Cuiusdam iactu quidam in capite laesus est.

Id est: se ab eo avertit, eum non adspiciens, ut male de eo cogitaret. Proverbii verba sic explicant: رمى فى راسه منه شى اى القى فى دماغه منه وسوسة حتى ساء راية فيه »Incidit in caput eius de eo res i. e. incidit in cerebrum quaedam cogitatio, ut pravam de eo opinionem haberet.« In Kamusi opere legitur: رميت منك فى الراس »Malam de me opinionem concepisti.« Sijadus ben-Hadir, quum Ohmarus imperator ipsi salutem dicenti salutem non reddidisset, haec verba dixisse narratur: لقد رميت من امير المومنين فى الراس »Princeps fidelium pravam de me opinionem concepit.«

٨ رَهَبُوت خَيرٌ مِن رَحَموت

8. Metus melior est, quam misericordia.

Quod te metuunt homines, melius est, quam quod tibi misericordiam impertiunt. Almobarredus proverbium sic adnotavit: رهبوتى خير من رحموتى conf. Kam. Dj.

٩ رُوَيْدَ ٱلْغَزْوِ يَنْمَرِق

9. Differte incursionem hostilem! prodibit (infans).

In mora et exitus exspectatione proverbium adhibetur. Verba haec feminae Rikasch appellatae, quae ad gentem Cenanah pertinebat, adscribuntur. Femina ista, quae cum gente sua in terram hostilem incursionem facere solebat, ex captivo gravida facta tempore excursionis cum gente proficisci non poterat. Dixit igitur ista verba. Almofadhdhelus autem feminam istam e gente Thai oriundam fatidicam fuisse narravit, quae e captivo, quo contra gentem Ajad ben-Nesar ben-Maahdd incursionem faciens potita erat, gravida facta erat.

١٠ رُوَيْدَ ٱلشِّعْرَ يَغِبُّ

10. Sine carmen, pernoctet!

Sine carmen, donec aliquot dies transierunt, et vide, quomodo eius finis sit, utrum laudetur an vituperetur. Sed tribui quoque potest voci يغب significatio: uno die intermisso tertio rediit (de febri) i. e. Non unum post alterum continua serie carmina tua hominibus dic, ne fastidium capiant; sed spatio intermisso. In Hamasae opere sic legitur رويدك الشعر يغب.

١١ رُوَيْدًا يَعْلُونَ ٱلْجَدَدَ

11. Lente! currit in terra dura.

Verbis hisce Kaisus die certaminis inter equos Dahes et Ghabra respondit Hodsaifaho dicenti: te vici, o Kaise! significaturus, suum equum iam victurum esse, si ad terram mollem equi pervenissent; equae enim in terra molli fatigantur. Hodsaifaho erat equa Ghabra appellata. Legitur autem huius certaminis narratio ad C. XXI, 102. Altera proverbii lectio est: يعدون الخبار. Vocabulum الخبار »terram mollem« significat. Quod si lectionem يعدون

praefers, ante sequens nomen فى in supplendum est, sin autem يعلون admittis, sequenti nomini accusativi casus tribuendus est. In Samachscharii opere, يعدون الجدد »Currit in terra dura« legi, adnotatum est. In eum dicitur, qui morbo laborans impeditus est.

١٢ رُوَيْدًا يَلْحَقُ ٱلدَّارِيُّون

12. Sine, adveniunt pecoris domini!

Pecoris dominus nomine دارى »domi manens« appellatur, quod domi remanet, quum pecus pastum educitur. Proverbio autem utuntur, ad magnam diligentiam, quae in re ponitur, describendam, domini enim cura et diligentia in pecore administrando maior est, quam pastoris. Cecinit poeta:

تَبِتْ قَلِيلًا يَلْحَقِ ٱلدَّارِيُّونْ

»Cunctare paululum, advenient pecoris domini!« Metrum versus Sarih appellatum est. Conf. libr. m. p. 246.

١٣ رُوعِى جَعَارِ وَٱنظُرِى أَيْنَ ٱلْمَفَرّ

13 Versute age, o hyæna et vide, ubi effugium sit!

Conf. doct. Bertheau proverb. Abu-l'Obaid etc. p. 14. text. In codice B. et P., nec non in opere Samachscharii et Kamusi روعى time! legitur. In codice meo, codice L. et Djeuharii opere sub radice روغ legitur روغى. Explicandi proverbii causa Meidanius addidit: يضرب للجبان الذى لا مفر له مما يخاف „De timido dicitur, cui non est locus quo ab eo, quod timet, fugiat.“ In codice L. legitur للجبان الذى لا يفر مما يخاف „De timido qui non fugit ab eo, quod timet.“ Paulo aliter in opere Samachscharii et Kamusi legitur: يضرب فى فرار الجبان وخضوعه „Dicitur de fuga timidi eiusque humilitate.“ Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Conf. l. m. p. 230.

١٤ رِيحُ حَزَاءٍ فَٱلنَّجَاءَ

14. Odor plantae Hasa; fuge igitur!

Hasa nomen plantae est, cuius suffitu daemones pelli posse putant Arabes; ubi igitur plantae istius odor est, ibi daemones sunt. In re adhibetur, cuius malum timetur. Jasido ben-Almohallab in carcerem incluso Ahmruus ben-Hacim Alnahdi, qui visitatum venisset, dixisse narratur:

رِيحُ حَزَاءٍ فَٱلنَّجَا لَا تَكُنْ فَرِيسَةً لِلْأَسَدِ ٱلْأَبِدِ

„Odor plantae Hasa appellatae! Fugias igitur; ne sis praeda leoni!“

Versus metrum Sarih appellatum est. Conf. lib. m. p. 243.

١٥ رِيحُهُمَا جَنُوبٌ

15. Ventus horum duorum est australis.

Amici sunt. Quod si vero amicitia in inimicitiam permutatur, dicitur: شملت ريحهما »Septentrionalis fuit eorum ventus«. Cecinit poeta:

لَعَمْرِي لَئِنْ رِيحُ ٱلْمَوَدَّةِ أَصْبَحَتْ شَمَالًا لَقَدْ بُدِّلْتَ وَهْيَ جَنُوبُ

„Per vitam meam! Si ventus amoris septentrionalis factus est, tu iam mutatus es, nam australis erat.“

Versus metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 163. Voci بدلت tertiae personae mutatus est (ventus) vocales non dedi, quod hic enunciandi modus metri rationi contrarius est.

١٦ أُرْعِي فَزَارَةُ لَا هُنَاكَ ٱلْمَرْتَعُ

16. Pasce, o gens Fesarah! non est hic pratum!

Proverbii metrum Camil appellatum est. Conf. l. m. p. 212. In eum dicitur, qui rem invenit, quae ei ab aliis invidetur.

١٧ رَمَى فِيهِ بِأَرْوَاقِهِ

17. Se in id coniecit.

Dubium est de voce ارواق. Mihi autem corpus vel corporis membra significare videtur, dicitur enim: رمى بارواقه على الدابة »In iumento vectus est.« Grammaticus Allaitsus hoc in proverbio curae et animae significationem voci tribuit. Proverbii sensus est: se in rem coniecit, omnino se rei dedidit. Cecinit poeta:

لَمَّا رَأَى ٱلْمَوْتَ مُحْمَرًّا جَوَانِبُهُ رَمَى بِأَرْوَاقِهِ فِي ٱلْمَوْتِ سِرْبَالُ

»Quum vidisset mortem rubra habentem latera, se in mortem coniecit Sirbalus.«

Versus metrum Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190.

١٨ رَأْسٌ بِرَأْسٍ وَزِيَادَةُ خَمْسِمِائَةٍ

18. Caput pro capite et additamentum quingentarum drachmarum.

Verba haec poeta Farasdakus dixisse fertur. In bello dux ei, qui caput occisi hostis adferret, quingentas drachmas promiserat. Unus, qui prodiit in hostem, reportavit caput et pretium accepit; alter autem ab hoste occisus est. Quum igitur gens occisum deploraret, solatium adlaturus Ferasdakus ista verba consolandi causa dixit.

١٩ رُبَّ قَوْلٍ أَشَدُّ مِنْ صَوْلٍ

19. Interdum verbum durius est, quam vehemens impetus.

De verbis proverbium adhibetur, quæ hominum animos adficiunt. Dixit Abu-Ohbaidus, proverbium adhibitum esse in hominem, qui dedecus caveret. Sed in alio codice legimus proverbium adhiberi in dedecore, quod remanet: فيما يبقى من العار. Grammaticus Abu-l'Haitsamus voci

اشد genitivi casum tribuendum esse putavit, quia antecedentis vocis قول adiectivum esset.

٢٠ رُبَّ حَامٍ لِأَنْفِهِ وَهُوَ جَادِعُهُ

20. Interdum is, qui nasum tuetur, eum amputat.

In eum dicitur, qui re abstinens in rem graviorem incidit.

٢١ أَرَاكَ بَشَرٌ مَا أَحَارَ مِشْفَرٌ

21. Ostendit tibi cutis id, quod labium in ventrem demisit.

Ex externa rei conditione videre poteras, qualis res esset. Ab animali in virum transfertur ex cuius externo habitu cognoscere licet, qualis eius conditio sit.

٢٢ أَرَادَ أَنْ يَأْكُلَ بِيَدَيْنِ

22. Duabus manibus edere volebat.

In eum dicitur, qui quaestum ex negotio faciens, ad aliud se convertit et priore quaestu privatur. Pro بيدين legitur بشدقين »duobus oris angulis.« Scharaf-Aldin.

٢٣ رُدَّتْ يَدَيْهِ فِي فِيهِ

23. Manus eius in eius os intrudi.

Ira eum implevi. Conf. Alcor. Sur. XIV, 10.

٢٤ رَمَاهُ فَأَشْوَاهُ

24. Petivit eum; sed ad mortem eum non vulneravit.

Vocabulo شوى locus corporis designatur, quo vulnerato animal non occiditur, inde verbum اشوى »locum talem in animali vulneravit.« significat. In eum dicitur, qui e periculo, in quo versabatur, creptus est.

٢٥ أَرجلُكُمْ وَٱلعرفط

25. Pedes vestri et planta Ohrfoth appellata.

Sensus esse videtur: pedes vestri plantae Ohrfoth appellatae similes sunt. Ahmirus ben-Dsol ben-Tsahlebah suo tempore omnes corporis robore superabat. Hic, senex factus, quum camelum conscenderet et a gentis iuvenibus derideretur, dixit: Sane debilis sum, portate igitur me, ut camelum conscendam! Quod quum illi fecissent, pedes aliorum inter axillas, aliorum inter lumbos compressit suos et tum verba ista dicens incitato camelo, celeri cursu abiit, ut illi paene vitam exspirarent. Proverbii verba in eum dicunt, qui alterum robore aut opibus aut aliis rebus ipso praestantiorem deridet.

٢٦ أُرِيهَا أَسْتَهَا وتُرِينِي ٱلْقَمَر

26. Ostendo ei podicem ipsius et lunam mihi ea ostendit.

Proverbium, quod ad metrum Motakarib referri potest (conf. l. m. p. 281.), Meidanius sic explicavit: قال الشرقى بن القطامى كانت فى الجاهلية امراة اكملت خلقا وجمالا وكانت تزعم ان احدا لا يقدر على جماعها لقوتها وكانت بكرا فخاطرها ابن الغز الايادى وكان واثقا بما عنده على انه ان غلبها اعطته ماية من الابل فلما واقعها رات لمحا باصرا ورهزا شديدا وامرا لم تر مثله قط فقال لها كيف ترين قالت طعنا بالركبة يا بن الغز قال انظرى اليه فيك قالت القمر هذا فقال اريها استها وترينى القمر فارسلها مثلا وظفر فاخذ ماية من الابل وبعضهم يروى اريها السهى وترينى القمر يضرب لمن يغالط فيما لا يخفى »Dixit Alscharkius ben-Alkathami: Erat tempore ante Mohammedem femina perfecta corporis forma et pulchritudine praedita, quae ob roborem suum sibi confidebat, posse se viri impetum in concubitu repellere, erat enim virgo. Cum hac Ebn-Alghassus Ajadita, qui victoriam se reportaturum esse robori suo confideret, cer-

tamen inivit ab utraque parte centum camelis pignori positis, quos victor acciperet. Quum autem vir cum ea rem haberet, vidit ea rem manifestam [1]), et expertus est motum vehementem et rem, quam nunquam ante viderat. Tum vir ei dixit: Quomodo vides? Respondit: Confessionem genu factam, o Ebn-Alghasse! Dixit vir: Adspice eum in te! Illa dixit: Luna hæc est. At vir dixit: Ostendo ei podicem ipsius et lunam mihi ea ostendit, quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Vir autem hac in re victor centum camelos accepit. Sunt qui legant: أريها السهى وتريني القمر »Ostendo ei stellam obscuram in ursae maioris sidere et mihi lunam ea ostendit.« De eo adhibetur, qui in re non occulta errat.«

Scharaf-Aldinus, qui posteriorem legendi modum adtulit, explicandi causa haec addidit verba: المثل لابن الغز وكان عظيم الذكر فاذا واقع امراة ذهب عقلها فانكرت امراة ذلك وقالت ساجرب فلما واقعها قال لها ترين السها وهوكوكب صغير فى بنات نعش قالت ها هو ذا واشارت الى القمر فضحكت وقال اريها السها وتريني القمر فلما كان ايام الحجاج شكى اليه خراب السواد فحرم لحوم البقر ليكثر الحرث فقال بعض الشعراء

شَكَوْنَا إِلَيْهِ خَرَابَ ٱلسَّوَادِ فَحَرَّمَ فِينَا لُحُومَ ٱلْبَقَرْ

وَكَانَ كَمَا قِيلَ فِي بَعْدِهِ أُرِيهَا ٱلسُّهَا وَتُرِينِي ٱلْقَمَرْ

»Proverbii auctor Ebn-Alghassus est, qui tanto membro praeditus erat, ut mulieris, quacum rem haberet, mens pertubaretur. Mulier quaedam dictis fidem non habens rem se experturam esse dixit. Quum igitur cum illa rem haberet, ei dixit vir: Vides stellam Soha, quae est parva stella in sidere ursae maioris. Dixit illa: Ecce ea est, dum lunam ostendebat. Tum vir ridens dixit: أريها السها وتريني القمر »Ostendo ei stellam Soha; et ea lunam mihi ostendit.« Tempore autem

1) Et hic est proverbialis loquendi modus. Conf. lex. m.

Alhadjdjadji regionis Alsewad dictae vastationem quum quis questus esset, ille boum carnem interdixit, ut arva augerentur. Poeta igitur dixit:

»De regionis Alsewad dictae vastatione apud eum questi sumus; boum igitur carnes nobis interdixit. Et erat, quemadmodum dictum est tempore post eum: ostendo ei stellam Alsoha et lunam mihi ostendit.«

Legitur autem (in versu) كما قيل من قبلنا »quemadmodum dictum est, ante nostrum tempus.« Proverbium de errore adhibetur.«

٢٧ رُبَّ أَخٍ لَكَ لَمْ تَلِدْهُ أُمُّكَ

27. Interdum frater tibi est, quem mater tua non peperit.

Proverbium hoc Lokmano ben-Ahd adscribitur. Quodam die iter faciens quum siti laboraret, in tabernaculum intrans in vestibulo mulierem cum viro iocantem invenit. Rogavit, ut sibi potus daretur. Mulier, num lac an aquam vis? dixit. Respondit: ايهما كان ولا عداء »Aut unum aut alterum des, non erit iniquitas“ quae verba in proverbium venerunt. Mulier dixit: „Lac pone te, aqua ante te est;“ tum Lokmanus respondit: المنع كان اوجز „Recusatio fuisset brevior.“ Haec dum gerebantur, puerum conspexit Lokmanus in domo plorantem, cuius nemo curam habebat et cui roganti potus non porrigebatur.“ Quod quum videret, dixit. Quod si vobis puer iste molestiam creat, mihi eum date, ut eum educem. Dixit mulier: ille Hanii est (Hanius enim mulieris mariti nomen erat). Dixit Lokmanus وهانى من العدد „Et Hanius ex numero est,“ quae verba in proverbium cesserunt. Tum mulieri dixit: quis autem iuvenis ad latus tuum? nam eum non esse maritum tuum scio. Mulier respondit: Frater meus est. Lokmanus dixit: Interdum frater tibi est, quem mater tua non peperit, quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Quum autem Lokmanus ex modo, quo camelorum pili in funibus con-

torsi essent, intelligeret, maritum ad plectendum et contorquendum manu sinistra potissimum usum esse, dixit:

ثكلت الأُعَيْسر امّه لو يعلم العلم لطال غَمُّه

„Utinam mater orbata esset viro manu sinistra utente; si rei notitiam haberet, profecto moeror eius longus esset,“ quae verba in proverbium venerunt. Quae autem verba quum mulier audivisset, magno metu perculsa tam potum quam cibum Lokmano offerebat. At ille accipere recusans dixit: المبيت على الطوى حتى تنال به كريم المثوى خير من اتيان ما لا تهوى „Quod pernoctamus esurientes, ut hospitio nobili potiamur, melius est, quam quod aggredimur rem, quam non amamus,“ quae verba postea in proverbio erant. Tum abiit et quum vespera esset, virum vidit camelos domum repellentem, qui hos metro Redjes (conf. libr. m. p. 230. et metrum Sarih p. 246.) appellato caneret versus:

رُوحِي إِلَى الْحَيِّ فَإِنَّ نَفْسِي رَهِينَةٌ فِيهِمْ بِخَيْرِ عِرْسِ
حَسَّانَةُ الْمُقْلَةِ ذَاتُ انْسِ لا يُشْتَرَى الْيَوْمُ لَهَا بِأَمْسِ

„Cor meum ad tribum propensum est; nam anima mea per coniugem optimam in ea retinetur; pulchris oculis praeditam, cuius consortium tale est, ut hodiernus dies cum hesterno non permutetur.“

Lokmanus quamquam virum non videbat, tamen vocem audiens, clamabat!“ O Hani, o Hani! Tum ille, quid vis? interrogavit. Lokmanus dixit:

يَا ذَا ٱلْبَجَادِ ٱلْحَلَكَةْ وَٱلزَّوْجَةِ ٱلْمُشْتَرِكَةْ
عَشِّ رُوَيْدًا إِبِلَكَهْ لَسْتَ لِمَنْ لَيْسَتْ لَكَهْ

„O tentorii nigri domine et uxoris amicum praeter te habentis! lente reduc domum vespera camelos tuos, tu ei non es, quae tibi non est[1]),“ quae quoque verba in pro-

1) Versuum metrum Redjes appellatum est. conf. p. 232.

verbium cesserunt. Hanius autem dixit: Dic clare, dic clare! Tum Lokmanus dixit: على التنوير وعليك التغيير „Meum est clare dicere, tuum est permutare. Si apud te res ingrata est; quilibet vir in domo sua princeps est.“ Quae verba hominibus postea in proverbio erant. Alter autem, quum Lokmanus ei rem narrasset, quomodo scis, domum fuisse meam et uxorem meam, interrogavit. Lokmanus dixit, se ex camelorum pilis et modo, quo funes plexi essent aliisque rebus rem cognovisse. Quum igitur Alhanius rem veram esse cognovisset, Lokmanum consilium rogavit. Lokmanus interrogavit: Num tibi scientia est? Certe, rei meæ, respondit Hanius. Lokmanus autem: كل امرء بشانه عليم „Cuilibet viro rei suae notitia est“ dixit, quae verba in proverbii consuetudinem venerunt.

Tum autem Hanius dixit: Num consilium mihi dandum tibi restat? Certe, respondit Lokmanus. Ut te defendas et uxorem custodias: „Dixit Hanius: faciam. Lokmanus autem dixit: من يفعل الخير يجد الخير „Qui bonum facit, bonum invenit,“ quae verba postea in proverbium cesserunt. Consilium autem, quod tibi dandum puto, est: ان تقلب الظهر بطنا والبطن ظهرا حتى يستبين لك الامر „Ut tergum in ventrem et ventrem in tergum vertas[1]), donec tibi res appareat.“ At Hanius dixit: افلا اعالجها بكية توردها المنية „Nonne ei potius medendum est ustione, qua occiditur?“ ad quae denique Lokmanus dixit: اخر الدواء الكى „Postrema medela est ustio.“ Hanius domum redux factus uxori rem narravit et gladio ducto eam, donec animam exspiraret, percussit. Samachscharius, qui brevius proverbium explicavit, suspicionem id indicare adnotavit. Conf. Harir. 484. Abu-Obaidus dixit, proprium verborum sensum esse: fieri potest, ut qui frater tuus non

1) Id est: ut res diligentissime perquiras.

est, is tanquam frater auxilium tibi praestet, a quo tamen sensu usu homines recessissent. Conf. libri proverb. Abi-Ohbaid etc. (ed. Ern. Bertheau. Götting. 1836). p. 3. sq. text. Ar.

٢٨ رَأْيُ الشَّيْخِ خَيْرٌ مِنْ مَشْهَدِ الْغُلَامِ

28. Senis consilium melius est, quam praesentia iuvenis.

Verba haec Ahlius in quodam bello dixisse fertur. Senis, qui pugnae adesse non potest, consilium iuvenis in bello praesentis et pugnantis auxilio praeferendum est. Samachschar.

٢٩ أَرْغُوا لَهَا حُوَارَهَا تَقِرُّ

29. Adigite ad vociferandum eius (camelae) pullum, et tranquilla erit!

Proverbium ad metrum Sarih referri potest. c. l. m. p. 246. Camela, quando pulli sui vocem audit, tranquilla est. In hominem igitur translatum proverbium significat: Da homini dolenti rem ipsi necessariam, et tranquillus erit. Meid. Scharaf-Aldinus alium proverbii legendi modum adnotavit: حرّك لها حوارها تحن „Move ei pullum ipsius, desiderio afficietur,“ eiusque auctorem Moahwijjahum esse, causam vero talem dixit. Moahwijjahus ea conditione, ut ipsi Ohtsmani occisores traderentur, obsequium se Ahlio praestiturum esse scripserat. Quum Ahlius litteras ab Abu-Moslimo Chaulanita traditas legisset, praesentes dixerunt: „Nos omnes Ohtsmani occisores sumus.“ His auditis Abu-Moslimus Ahlio dixit: Homines vides, quibuscum tibi nulla res est, nam si eos nobis traditurus esses, te, quominus faceres, impedirent. Ad Moahwijjahum rediens, dixit: se patruelem tuum occidisse confessi sunt; necem igitur vindica. Moahwijjahus tum suggestum conscendens Ohtsmani vestem (cruentam) expandit, ut in lacrymas homines effunderentur. Tum dixit Moahwijjahus: حرك لها حوارها تحن

„Move ei pullum suum; desiderio adficietur.“ Homines autem partes cædis Ohtsmani ulciscendæ sibi deposcebant. Ahlius tum in Syriam profectus est. Ad locum Siffin pugnabatur.

٣٠. رِيمتْ لَهُ بوضيمهُ

30. Propensus sum eius causa ad cutem pulli iniuriae.

Vocabulo بو mactati aut mortui pulli camelini cutis significatur, quae herbis farta et sanguine pulli illita ad camelam adducitur, ut pullum esse putet et largius lac emittat. Hoc in proverbio iniustitia tali cuti tributa est, ut haec proverbii pars verbo رِثمت consentanea esset. In eum dicitur proverbium, qui iniustitiae et ignominiae se submittit, ut aliis placeat.

٣١ أَرْخَتْ مَشَافِرَهَا لِلْعِسِّ والحَلَب

31. Laxe dependere sivit (camela) labia sua desiderio scyphi ampli et mulctus.

De eo hisce verbis utuntur, qui a viro rem necessariam petit et repulsam ferens, iterum petit, ut ei rei desiderium magnum esse, significetur.

٣٢ رَمَّتِ الضَّانُ فَرَبِّقْ رَبِّقْ

32. Magna habet ubera ovis, para igitur funes, para funes laqueis instructos!

Si magna ubera habet ovis, pariendi tempus propinquum est. Tempus igitur est parandorum funium laqueis instructorum, quibus agni adligantur. De eo dicitur, cui res haud diu exspectanda imminet.

٣٣ رَمَّتِ المِعْزَى فَرَنِّقْ رَنِّقْ

33. Magna ubera habet capra, exspecta igitur, exspecta!

Quum magna habet ubera capra, pariendi tempus propinquum non est; sed diu exspectandum est. Contrarium igitur antecedenti sensum proverbium praebet.

٣٤ أُرْقُ عَلَى ظَلْعِكَ

34. Adscende secundum claudicationem tuam.

Id est: Suscipe rem, quam perficere potes, neque ultra vires rem aggredere; claudicans enim, qui in scalam aut montem adscendit, conditionis suae rationem habere solet. Placuit autem ex Meidanio scholion integrum addere, quod ad verbum fere reddidi, ut proverbii intelligendi ratio Arabibus propria melius intelligeretur.“ Dicitur ظلع البعير i. e. in unum latus inter eundum inclinatus fuit camelus (claudicavit). Proverbii sensus est: Suscipe quod perficere potes; adscendens enim in scalam aut montem, quum claudicat, lenis erga se est. Et dicitur: ق على ظلعك „cave in claudicatione tua“ a verbo وقى i. e. ابق عليه „fac, ut ea superstes sit. De eo adhibetur, qui minatur. Eique dicitur: اقصد بذرعك وارق على ظلعك »Pete secundum vires tuas et adscende secundum claudicationem tuam« i. e. Ne fines tuos transgrediaris in minis tuis et defectus tui et debilitatis tuae rationem habeas. Et dicitur: ارقا على ظلعك cum littera Hamza i. e. Primum rem tuam repara! aliis autem sensus est: retine te, a رقا الدمع »sedata fuit lacryma.« Dixit grammaticus Alcesäi appellatus, omnium illorum proverbiorum sensum esse: Tace propter vitia, quae in te sunt!

Scharaf-Aldinus cum hoc proverbium alterum: اقدر بذرعك »Defini per manum tuam extensam« adnotavit. In Kamusi opere praeter nonnulla eorum, quae praemisimus, haec quoque leguntur.« Et dicitur: ق على ظلعك »Cave in claudicatione tua,« quum in viro vitium est, et tu eum monere vis, ne hoc de se palam faciat. Dicitur quoque: ارق على ظلعك, ut cum vocali Kesre enuncietur

et imperativus verbi رق fascinavit sit, quasi dixisset: non est in me claudicatio, cui fascinando mederer. Alio tum modo dicitur: ارق على ظلعك ان يهاضا »Fascinio claudicandi vitio tuo medelam fac, ut parvi faciatur.«

٣٥ رُبَّ صَلْفٍ تَحْتَ ٱلرَّاعِدَةْ

35. Saepe parum boni sub nube tonante est.

Id est: Nubes tonans saepe parum pluviae emittit. In Har. opere p. 495 صلف zalaf (parum pluviae) legitur; non male quidem. In avarum dicitur, qui multas opes possidens parum boni aliis dat. Sic Abu-Ohbaidus. Sed conf. lex. m. sub صلف. In Kamuso autem, nec non de minante, qui minas non exsequatur, et de glorioso, proverbium adhiberi legimus.

٣٦ رُبَّ عَجَلَةٍ تَهَبُ رَيْثًا

36. Saepe festinatio dat cunctationem.

In codice est, ويروى تهب ريثا »et legitur: تهب ريثا,« dum voci تهب Teschdidi signum impositum est; sed quum vocalibus destituta sint verba, dubium est, quomodo enuncientur. Abu-Saidus dixit: quod si hunc legendi modum admittis, accusativus vocis ريثا est id, quod grammatici حال (statum) appellarunt; i. e. تهب رايثة (dat dum est cunctans); nam nomine actionis isto modo utuntur. In priore autem proverbii legendi modo accusativus est verbi obiectum. Mihi autem passivi forma esse videtur تُهَبُ; »Saepe festinatio datur tanquam cunctans.« Djeuharius adnotavit proverbium: رب عجلة وهبت ريثا »Saepe festinatio dedit cunctationem,« addens, alium legendi modum تهب esse, sensu non diverso, et utrumque a وهب derivandum esse. Num enunciandi modus a duobus codicibus adnotatus, ut vox a هب derivetur, rectus sit, valde dubium videtur.

Almofadhdhelus narravit, primum, qui ista dixerit verba, fuisse Malicum ben-Auhf ben-Abi-Ahmru ben-Auhf ben-Muhallem Schaibanitam. Sinanus ben-Auhf, dissuadente Malico, cum uxore sua, filia Auhfi ben-Abu-Ahmru, ut pabulum quaereret, profectus erat. In via Merwanus Alkarathus ben-Dsenbah ben-Hodsaifah Ahbsita, ei obviam venit et celeriter, dum pugnabatur, eius uxorem abduxit et inter filias et sorores suas occultavit. Quum igitur Malicus redeuntem Sinanum interrogaret. Quid soror mea fecit? respondit; hastas ipsum ab ea abduxisse. Dixit tum Malicus: رب عجلة تهب ريثا ورب فروقة تدعى ليثا ورب غيث لم يكن غيثا »Saepe festinatio dat cunctationem et saepe meticulosus appellatur leo et sæpe pluvia non erat pluvia“, quae omnia verba in proverbii consuetudinem venerunt. Proverbium autem illud in virum dicitur, qui rei necessariæ magna cupiditate ardens in ea permanet, donec tota abiit.

٣٧ أُرِنِيهَا نَمِرَةٌ أُرِكَهَا قَطِرَةٌ

37. Ostende mihi (nubem) pardi colorem habentem, ostendam tibi eam guttas singulas emittentem!

Suffixum ها in voce ارنيها ad vocem سحابة omissam referendum est. Proverbii sensus est: Si rei indicia vides, quae rem sequuntur, res scis, quemadmodum ex talis nubis colore, eam nonnisi paucas guttas emissuram esse, cognoscere licet. Conf. Kam. s. v. نمر.

٣٨ رَأَى ٱلْكَوَاكِبَ ظُهْرًا

38. Vidit stellas meridie.

Dies tenebris omnino obscuratus erat, ut meridiei tempore stellas videret. Adhibetur ad magnam calamitatem designandam. Conf. prov. 79. Cecinit Tharafahus:

إِنْ تَنَـٰوَلْهُ فَـقَدْ تَـمْنَعُهُ وَتَرِيهِ ٱلنَّجْمَ يَجْرِى بِٱلظُّهْرِ

»Si tu ei das; tum eum prohibes et stellas meridie currentes ei ostendis.«

Versus metrum Chafif appellatum est. Conf. l. m. p. 262.

٣٩ رَجَعْتُ أَدْرَاجِي

39. Redii in viis meis.

Vocabulum ادراجى est pro فى ادراجى »Id est: Eodem modo, quo abii, redii. Dicitur quoque رجع ادراجه »Via, qua abiit, rediit.«

٤٠ أَرْقُبُ لَكَ صُبْحًا

40. Exspecto tibi auroram.

Id est: mane videbis, te minas tuas, quibus terrere me vis, perficere non posse. Eadem quoque verba res incredibiles, falsas narranti dicuntur i. e. Mox mendacium tuum manifestum mihi erit.

٤١ رَضِيتُ مِنَ الْغَنِيمَةِ بِالْإِيَابِ

41. Reditus mihi praeda est, qua contentus sum.

Verba haec in versu sunt, quem Ahmru-l'Kaisus ben-Hodjr dixit:

وَقَدْ طَوَّفْتُ فِي الْآفَاقِ حَتَّى رَضِيتُ مِنَ الْغَنِيمَةِ بِالْإِيَابِ

„In regionibus multum circumerravi, ut praeda reditus contentus essem.«

Versus hemistichium repetivit Ohbaidus ben-Alabraz. Proverbium igitur hemistichium metri Wafir est. Conf. l. m. p. 204. Significat, virum, si salvus sine praeda redierit, contentum esse. Conf. Harir. p. 288.

٤٢ أَرْخِ يَدَيْكَ وَاسْتَرِخْ إِنَّ الزِّنَادَ مِنْ مَرْخ

42. Laxas demitte manus tuas, et laxus esto, nam ignitabulum e ligno March confectum est!

Id est: Ne tantam tibi molestiam crea, neque te fatiga; ista enim opera haud necessaria est, quum ignitabulum ex optimo ligno confectum sit. In petentem transfertur, qui generoso multis precibus molestus est.

٤٣ رَجَعَ بِأَفْوَقَ نَاصِلٍ

43. Rediit cum sagitta, cuius cuspis rupta est et excidit.

In eum dicitur, qui omnino frustratus est, vel rem sibi inutilem accepit.

٤٤ رَمَوْهُ عَنْ شَرْيَانَةٍ

44. Petiverunt eum uno arcu.

Proverbium ad metrum Redjes revocari potest. Conf. l. m. p. 232. Sensus est: Se contra eum coniunxerunt et coniunctis viribus eum invaserunt. الشريان (Scharjan) autem arboris nomen est, e cuius ligno arcus conficiuntur. Samachscharius habet بشريانة.

٤٥ رَمَاهُ بِنَبْلِهِ الصَّايِبِ

45. Petivit eum sagitta sua scopum feriente.

Quum vir litiganti adversario verbis ad rem aptatis respondet, ut alter ad silentium redigatur, proverbii verbis utuntur.

٤٦ إِرْجَعْ إِنْ شِئْتَ فِي فُوقِي

46. Redi, si vis in crenam meam sagittae.

Redi ad eam conditionem, qua inter nos mutua amicitia erat. Cecinit poeta:

هَلْ أَنْتِ قَائِلَةٌ خَيْرًا وَتَارِكَةٌ شَرًّا وَرَاجِعَةٌ إِنْ شِئْتِ فِي فُوقِي

»Num tu bonum dicis et malum relinquis, et redis, si vis, in crenam meam sagittae?«

Metrum versus Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190.

٤٧ رَكِبَ ٱلْمُغْمِضَةَ

47. Vectus est camela, quae ab aqua repulsa contractis palpebris in propellentem irruit.

A camela in hominem translatum est, qui tanquam caecus in rem ruit, ut sit pro راكب ركوب المغمضة »Praeceps quemadmodum camela talis irruit.« Sunt autem, qui sic proverbium explicent: ركب الخطة المغمضة »Rem difficilem, quae causa est, ut aggrediens palpebras contrahat, suscepit, et quam non clare videt et novit. Dixit quidam: اياك ومغمضات الامور »Cave res difficiles et non claras!«

٤٨ أَرْطِي إِنَّ خَيْرَكِ بِٱلرَّطِيطِ

48. Clamorem tolle (o femina), nam bonum tuum in clamore est.

In eum dicitur, qui non nisi mendicitate et molestia bonum assequitur. Hemistichium metri Wafir est. Conf. libr. m. p. 204.

٤٩ رَجَعَ بِخُفَّيْ حُنَيْنٍ

49. Rediit cum ocreis duabus Honaini.

Abu-Ohbaidus Honainum sutorem, Hirae habitantem fuisse narravit Ad hunc Arabs quidam campester duas ocreas emturus venit, sed orta inter utrumque de ocrearum pretio dissensione, sutor in Arabem ocreas non ementem ira exarsit. Quum igitur Arabs abiisset, Honainus, insidias ei struere statuens, ocreas in via, unam et alteram diversis locis, proiecit, ut in transeuntis Arabis oculos inciderent. Arabs quum unam videret, hanc Honaini ocreae similem esse in animo cogitavit; sed secum ferre neglexit. At vero quum alteram diverso in loco iacentem conspexisset, poenitentia ductus, ut relictam sumeret, rediit. Interim Honainus, qui occulto loco se abscondiderat, cum camelo et

impedimentis Arabis aufugit. Arabs autem quum ad gentem suam redux factus interrogatus esset, quid ex itinere reportasset, respondit: Ocreas duas Honaini reportavi. Proverbium igitur adhibent, quum vir re necessaria destitutus et frustratus rediit. Ibn-Alsiccitus autem narravit, virum, cui Honain nomen esset, se ab Asado ben-Haschim ben-Ahbd-Manaf originem ducere prae se ferentem Ahbd-Almothallebum accessisse et ita eum allocutum esse: O patrue mi; ego filius Asadi ben-Haschim sum. Ahbd-Almothallebus, quum rubras eius ocreas conspexisset, eum reiecit. Quum igitur ad suos rediret rubris ocreis indutus, dixerunt: Rediit Honainus cum ocreis suis. Dixit poeta:

إِذَا ما جِئْتُ عَنْبَسَةَ بْنَ يَحْيَى رَجَعْتُ مُقَلَّدًا خُفَّيْ حُنَيْنِ

»Quotiescunque veni ad Ahnbasahum ben-Jahja, redii duabus ocreis Honaini indutus.«

Varium proverbii intelligendi modum ad C. VII, 121. adnotavi.

٥٠ رُبَّ نَعْلٍ شَرٌّ مِنْ الحَفَا

50. Interdum solea peior est quam pedis nuditas.

De re, quae summopere corrupta est, adhibetur. Samachschar.

٥١ رُبَّ أَكْلَةٍ مَنَعَتْ أَكَلَاتٍ

51. Saepe una edendi actio plures impedit.

Proverbio hoc cibi aviditas vituperatur. Almofadhdhelus verba Ahmiro ben-Aldsarib Alahdwani adscripsit. Dixit poeta:

وَرُبَّ أَكْلَةٍ مَنَعَتْ أُخَاهَا بِلَذَّةِ سَاعَةٍ أَكَلَاتِ دَهْرِ

»Saepe una edendi actio auctorem suum per momenti voluptatem esu aetatis prohibuit.«

Versus metrum Wafir est. Conf. libr. m. p. 204. Samachscharius, proverbium cautionem commendare dixit.

٥٢ رَبْضُكَ مِنْكَ وَإِنْ كَانَ سَمَارًا

52. Victus est tuus, etsi lac aqua mixtum est.

Victus homini sufficiens lactis ab Arabibus ربض appellatur. Putant proverbio hunc inesse sensum: Tua est gens, tui sunt ministri, etsi minus faciunt, quam debent. Conf. Kamus. s. ربض. Huic simile est alterum Cap. I, 51.

٥٣ رُبَّ مُكْثِرٍ مُسْتَقِلٍّ لِمَا فِي يَدَيْهِ

53. Saepe multum habens quod possidet, paucum esse putat.

In avarum, avidum dicitur, qui rebus, quas accepit, contentus non est.

٥٤ أَرِنِي غَيًّا أَزِدْ فِيهِ

54. Ostende mihi errorem, pergam in eo.

De pravo adhibetur, qui consulto res pravas aggreditur.

٥٥ رَأَيْتُهُ بِأَخِي الْخَيْرِ

55. Vidi eum cum fratre boni.

I. e. cum malo. E contrario dicitur: رايته باخى الشر „Vidi eum cum fratre mali i. e. cum bono.“

٥٦ رُبَّ سَامِعٍ عِذْرَتِي لَمْ يَسْمَعْ قِفْوَتِي

56. Saepe is, qui excusationem meam audit, crimen meum non audivit.

Verbis hisce vir utitur, qui apud homines in re se excusat, quam, si tacuisset, illi non audivissent. Alter proverbii legendi modus est: رب سامع قفوتى ولم يسمع عذرتى „Saepe is, qui crimen meum audit, excusationem meam non audivit:“ quibus verbis Alazmäihus hunc tribuit sensum: Saepe is, qui crimen, quod in me defertur, audit, id non audivit, quod, me innocentem esse, probat. Cf. pr. 61.

٥٧ رُهْبَاكَ خَيْرٌ مِنْ رُغْبَاكَ

57. Timor tuus melior est, quam amor tuus.

Conf. prov. 8. Samachscharius dixit, proverbium de avaro adhiberi, qui metu commotus dona det, non amore. Proverbii igitur sensus est: Quod tu dona das petentem metuens, melius est quam quod dare recusas, dum petentem amas. Duplex autem est vocis رغبا et رهبا enunciandi modus, aut cum Dhamma aut cum Fatha littera ر enunciatur. Ille cum Dhamma enunciandi modus praeferendus est, quum formis cum Fatha Medda in fine addatur. Conf. نعمى et نعماء.

٥٨ رَأَتْ مَمَرَّ الصَّادِرِ وَالْوَارِدِ

58. Vidit eam (rem) exiens et rediens.

De omni re manifesta, omnibus cognita adhibetur. Vocabulum وارد ad aquam accedentem; صادر ab aqua recedentem, significat.

٥٩ اِسْتَرَاحَ مَنْ لَا عَقْلَ لَهُ

59. Cui non est prudentia, is quietem invenit.

Proverbii sensus es: Qui prudens non est, ei curæ et sollicitudines quietem non rapiunt. Ahmruo ben-Alahz ista verba adscribuntur. Hortatus enim est filium suum dicens: يا بنى وال عادل، خير من مطر وابل، واسد حطوم، خير من وال ظلوم، ووال ظلوم خير من فتنة تدوم، يا بنى هثرة الرجل عظم يجبر، وعثرة اللسان لا تبقى ولا تذر، وقد استراح من لا عقل له „O filiole mi! praefectus iustus melior est, quam pluvia abundans et leo ossa frangens melior est, quam praefectus iniustus, et praefectus iniustus melior est, quam bellum civile durans.“ O filiole mi! Pedis lapsus est os, quod reparatur et linguae lapsus non remanet et non dimittitur et quietem invenit is, cui prudentia non est.

Poeta Alraih appellatus sic cecinit:

لِفَ ٱلْهُمُومُ وِسَادَهُ وَتَجَنَّبَتْ كَسْلَانَ يُصْبِحُ فِى ٱلْمَنَامِ ثَقِيلا

„Curae eius lectum frequentarunt, dum recesserunt ab ignavo, qui mane somno oppressus est.“

Versus metrum Camil est. Conf. libr. m. p. 212. Proverbii sensum poeta alius expressit versu:

لَوْ كُنْتُ أَجْهَلُ مَا عَلِمْتُ لَسَرَّنِي جَهْلِي كَمَا قَدْ سَاءَنِي مَا أَعْلَمُ

„Si, quod sciebam, mihi ignotum fuisset, ignorantia mea me laetitiâ adfecisset, quemadmodum ea, quae sciebam, mihi ingrata fuerunt.“

Metrum Camil est. Conf. libr. m. p. 212.

Alhasanum quum interrogavissent, quid est, quod tetricum te videamus? respondit: غمى مكتسب من علمى ولو كنت جاهلا لكنت فى دعة من عيشى „Moeror meus ex scientia mea oritur et si ignorans fuissem, commoda vita usus fuissem.“ Dicunt quoque: همر الدنيا على العاقل „Mundus prudentem sollicitum tenet.“ Sunt autem, qui proverbium pueri tranquillum animum, de rebus futuris haud solliciti describere dicant. Quidam seriore tempore vivens dixit: مستراح من لا عقل له „Quietus est is, cui non est prudentia.“

٦٠ رُبَّ لَائِمٍ مُلِيمٌ

60. Saepe vituperans vituperatione dignus est.

Proverbium, quod Alactsamo ben-Zaifi adscribitur, hisce verbis in scholio explicatum est: اى الذى يلوم الممسك هو الذى قد الامر فى فعله لا لحافظ له „Id est: qui se cohibentem vituperat, eius factum vituperatione dignum est, non is, qui se custodit.“

٦١ رُبَّ سَامِعٍ بِخَبَرِى لَمْ يَسْمَعْ عُذْرِى

61. Saepe is, qui nuntium de me audit, meam excusationem non audivit.

Publicare rem non possum, propterea quod publicare mihi ingratum est. Conf. pr. 56.

٦٢ رُبَّ رَمْيَةٍ مِنْ غَيْرِ رَامٍ

62. Saepe iactus sine iaculatore.

Id est: Saepe iactus, qui scopum attingit, a iaculatore artis iaculandi ignaro proficiscitur. Verba haec Alhacamus ben-Ahbd-Jaghuts Almenkeri dixit. Vir hic tempore suo iaculandi arte clarus, se in idoli Alahbahbi sacro vaccam silvestrem albam mactaturum esse, iuraverat. Die, quum frustra venatum exiisset, summa tristitia affectus, rediit et postero mane, si hoc ipso die eam non mactasset, se mortem subiturum esse, suis dixit. Frater eius Alhozainus, ut loco vaccae decem camelos mactaret, suasit. At ille se non facturum iuravit. Tum abiit venatum secum filium suum, qui ipsum enixe rogaverat, ducens. Accidit autem, ut, quum pater bis occurrentem vaccam sagitta non feriisset, filius arrepto arcu eam occideret. Quae res proverbii causa erat. Conf. Harir. p. 146.

٦٣ رَكِبَ جَنَاحَيْ نَعَامَةٍ

63. Vectus est alis struthiocameli.

In eum dicitur, qui diligentiam in re adhibet, sive fuga haec sit sive alia res.

٦٤ رُبَّ سَاعٍ لِقَاعِدٍ آكِلٍ غَيْرِ حَامِدٍ

64. Saepe quidam it pro sedente et saepe edens non laudat.

Proverbii metrum Chafif est. Conf. libr. meum p. 263. Posterior pars non ab omnibus cum praecedente coniungitur. Sic quoque Samachscharius. Proverbium ab aliis Alnabeghaho ab aliis Moahwijjaho adscribitur. Illi rem sic narrant: Ad Alnohmanum ben-Almondsir Ara-

bum agmen venerat, inter quos Ahbsita nomine Schakik appellatus erat. Hic diem ibi supremum obiit. Alnohmanus inter illos Arabes dona distribuens et mortui rationem habens, familiae eius dona misit. Poeta Alnabeghahus illius rei certior factus, ista verba dixit et regem hisce versibus laudavit:

أَبْقَيْتَ لِلْعَبْسِيِّ فَضْلاً وَنِعْمَةً ... وَمَحْمَدَةً مِنْ بَاقِيَاتِ الْمَحَامِدِ

حِبَاءُ شَقِيقٍ فَوْقَ أَعْظَمِ قَبْرِهِ ... وَمَا كَانَ يُحْبَى قَبْلَهُ قَبْرُ وَافِدِ

أَتَى أَهْلَهُ مِنْهُ حِبَاءٌ وَنِعْمَةٌ ... وَرُبَّ أَمْرٍ يَسْعَى لِآخَرَ قَاعِدِ

»Ahbsitae ut donum et gratia post mortem remaneret, effecisti, et opus praeclarum ex eorum numero, quae remanent. Donum Schakiko datum est super sepulchri eius maiori parte et ante eum sepulchro advenientis dona non dabantur. Eius familiae ipsi data dona et beneficium reportata sunt; et saepe vir incedit pro altero sedente[1]).« Proverbium autem et sic legitur:

إِسْلَمِي أُمَّ خَالِدٍ ... رُبَّ سَاعٍ لِقَاعِدِ

»Salva sis o mater Chalidi; saepe (vir) incedit pro sedente[2]).«

Alii, quemadmodum supra dixi, Moahwijjahum proverbia usum esse narrant. Moahwijjahus ben-Abi-Sofijan quum homines, ut filio suo Jasido obsequii iuramentum praestarent, commovisset, filium interrogavit, num desiderium in animo reconditum, quod explendum esset, haberet. Filius respondit, se nullam rem optare, nisi, ut ipsi femina Om.-Chaled (mater Chaledi) uxor Ahbd-Allahi ben-Ahmir ben-Corais nuberetur. Litteris igitur missis Moahwijjahus Ahbd-Allahum advenire iussit. Advenienti rem exposuit, et ut uxorem repudio dimitteret, rogavit. Fecit rem Ahbd-Allahus ea conditione, ut sibi per quinque annorum spatium Persidis provinciae reditus darentur. Re concessa Moah-

1) Versuum metrum Thawil appellatum est. Conf. l. m. p. 161.

2) Proverbii metrum Chafif appellatum est. Conf. l. m. p. 264.

wijjahus oppidi Medinae praefecto Alwalido ben-Alkabah, ut Om.-Chalidam de re certiorem faceret et ut illa tempus post repudium (عدة appellatum) ingrederetur, imperavit. Tempore autem post repudium ex legibus finito Abu-Horairahum, cui sexaginta millia aureorum tradiderat, Medinam misit, ut pro Jasido Om-Chalidam expeteret et viginti millia aureorum loco dotis, viginti millia in honorem (كرامة) et viginti millia dono ei offerret. Noctu autem quum Abu-Horairahus Medinam pervenisset, postero mane ad prophetae sepulcrum tendens pluribus viris, ex quorum numero Alhasanus et Alhosainus Ahlii filii erant, occurrit, qui de itineris causa certiores facti omnes eum rogarunt, ut apud Om-Chalidam honorificam ipsorum mentionem faceret. Quum igitur Abu-Horairahus mulieri adventus causam exposuisset et aliorum quoque ipsi occurrentium nominatim mentionem fecisset, mulier dixit. Quod si tua sententia non omnino differt a mea, nil cupio, nisi, ut Meccam proficiscens in templi vicinitate habitans vitae finem exspectem. Tum Abu-Horairahus: Huic tuo consilio adsentiri non possum. Elige igitur inter viros mihi coniugem, dixit mulier. At Abu-Horairahus; tibi ipsi maritum eligas! Minime, inquit mulier, faciam; tibi pro me eligendum est. Sic coactus dixit, quod ad me attinet, tibi dominum meum, paradisi incolarum iuvenem, eligo. Mulier se isto, scilicet Alhasano ben-Ahli contentam esse, declaravit. Quae erat causa, ut Alhasanus eam ab Abu-Horairaho in matrimonium acciperet. Abu-Horairahus ex itinere redux his verbis ab Almoahwijjaho receptus est. Misi te, ut pro filio meo eam in matrimonium expeteres, non ut tanquam rei vendendae praefectus esses.« Tum Abu-Horairahus respondit: »Illa me consuluit, qui autem consulitur, fidus esse debet.« Ad quae Moahwijjahus dixit:

اسلمى ام خالد ربّ ساع لقاعد
اكل غير حامد

»Salva sis Om-Chalida, saepe quidam it pro sedente, et saepe edens non laudat.«

٦٥ رِضَى ٱلنَّاسِ غَايَةٌ لَا تُدْرَكُ

65. Hominum benevolentia scopus est, qui non attingitur.

Proverbium hoc Actsamo ben-Zaifi adscribitnr.

٦٦ ٱلرِّبَاحُ مَعَ ٱلسَّمَاحِ

66. Lucrum est cum beneficentia.

Beneficiis, quae in alios referimus, laudem acquirimus.

٦٧ أَرِهَا أَجْلَى أَنَّى شَاءَتْ

67. Ostende iis (camelis) locum Adjla appellatum ubi volunt!

Adjla nomen boni prati est. Honaifus Alhanatim suo tempore omnium rerum, quae camelos spectabant, peritissimus (conf. C. I, 408.), quum de optimo prato interrogatus esset, plura loca enumeravit, et in fine sermonis proverbii verba addidit. In scholiis legimus, eum dixisse انى شئت ubi vis. Legitur loco vocis ارها vox ارعها »Pastum educ eos.« Proverbium autem significat, viri desiderium omnino impleri. Samachsch. Scharaf-Aldin.

٦٨ أُرْكَبْ لِكُلِّ حَالٍ سَيْسَاءَ

68. Conscende dorsum, quod omni situi convenit.

In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere proverbium sic legitur: اركب لكل حالة سيساء »Conscende cuilibet statui dorsum.« Proverbii sensus hic esse dicitur: In omni vitae situ constantem et patientem te ostende. Meid. Sed Samachscharius et Scharaf-Aldinus dixerunt, sensum proverbii esse: sequere agendi rationem, quae cuilibet situi convenit. Hoc mihi magis placet.

٦٩ أُرْضَ من المَرْكَبِ بِٱلتَّعْلِيقِ

69. Contentus esto eo quod, si equitandi potestas

tibi non est, (utensilia ad iumentum) appendere licet.

Proverbium, quod ad metrum Sarih referri potest, (cf. l. m. p. 246.) nos hortatur, si omnibus rebus, quibus egemus, potiri non possumus, ut parte earum contenti simus. Duplici autem modo vox المركب explicari potest, ut significationem vocis ركوب equitatio habeat, aut iumentum significet. Quod si posteriorem significationem in proverbio admittis, proverbii sensus erit« contentus esto eo, quod ad iumentum vice tua appendere te poteris.

٧٠ أَرِقْ على خَمْرِكَ أَوْ تَبِينْ

70. Vino tuo aquam affunde, aut clarum esto!

Proverbio aut metrum Redjes, si Tabajjani enunciatur aut metrum Sarih est, si Tabajjan enuncias. conf. libr. m. p. 230 et p. 246. Sensus est: Vinum tuum aqua misce, ne animum tuum occupet, aut, si facere omiseris, apparebit, quid agas. In Samachscharii et Scharaf-Aldini operibus: أو تبين »aut clarum erit« omissum est. Uterque proverbii sensum esse dicit: minas tuas leni, quemadmodum vini fervor aqua admixta lenitur. Citavit versus Rubahi hosce:

يَا أَيُّهَا ٱلْكَاسِرُ عَيْنَ ٱلْأَغْضَنِ وَٱلْقَايِلُ ٱلْأَقْوَالَ مَا لَمْ يَلْقَنِي

أَرِقْ عَلَى خَمْرِكَ أَوْ تَبِيَّنِ بِأَيِّ دَلْوٍ إِذْ غَرَفْنَا نَسْتَنِي

»O tu, qui me adspicis oculo irati, et dicis verba, quae me non spectant; vino tuo aquam adfunde aut clarum erit, quanam situla, quando haurimus, utimur.«

Versuum metrum Redjes est. cf. l. m. p. 230. Pro voce خمرك »vinum tuum« in proverbio جمرك »prunas tuas« legitur.

٧١ رُبَّ مُخْطِئَةٍ مِنَ ٱلرَّامِي ٱلذِّعَافِ

71. Saepe (iactus) vanus a iaculatore occidente (proficiscitur).

Proverbii sensus non differt a proverbio, quod Cap. I, 17. legitur i. e. Optimus quisque errare potest.

٧٢ رُبَّ شَدٍّ فِي ٱلكُرزِ

72. Saepe cursus in sacco est.

Eques ab hoste fugiens, foetum, quem in via enixa erat equa, qua vehebatur, in sacco secum portavit. Quum hostis prope insequens ei diceret: equuleum mihi transmitte, eques istis proverbii verbis respondit significaturus, equuleum generosum esse. Proverbium autem in eum dicitur, cuius naturae indoles laudem meretur.

٧٣ رُبَّ حَثِيثٍ مَكِيثٌ

73. Saepe festinans in cunctationem incidit.

Festinaturo cui ipsa festinatio causa cunctandi est, haec verba dicuntur.

٧٤ رِجلاَ مُستَعِيرٍ أَسرَعُ مِن رِجلَى مُودٍ

74. Pedes duo mutuum rogantis celeriores sunt, quam pedes solventis.

In eum dicitur, qui festinanter mutuum rogat, sed in solvendo tardus est.

٧٥ رُبَّ شَانِئَةٍ أَحفَى مِن أُمٍّ

75. Saepe ea, quae odit, tibi molestior est, quam mater.

Dum ea, quae te odit, summam curam et diligentiam ad detegenda vitia tua adhibet et in causa est, cur corrigaris, mater, ut vitia tua tegat, operam dat.

٧٦ رُبَّ أَخٍ لَكَ لَمْ تَلِدْهُ أُمُّكَ

76. Saepe frater tibi est, quem mater tua non peperit.

Fieri potest, ut vir cognatione tecum non coniunctus sinceriorem amorem tibi manifestet, quam frater uterinus. Conf. prov. 22.

٧٧ رُبَّ رَيْثٍ يُعْقِبُ فَوْتًا

77. Saepe cunctatio causa est, ut res transeat.

Saepe, dum moram interponimus, perficiendi tempus nobis aufugit.

٧٨ رُبَّ طَلْبٍ جَرَّ الى حَرَبٍ

78. Saepe desiderium ad interitum ducit.

Saepe vir rem petit, quae causa est, ut opes perdat suas et ipse in interitum irruat. Cf. pr. 123 et 230. Dixit poeta Tsabetus ben-Kothnah:

لَا خَيْرَ فِي طَمَعٍ يُهْدِي إِلَى طَبَعٍ وَعُفَّةٌ مِنْ قَوَامِ ٱلْعَيْشِ تَكْفِينِي

»Non est bonum in desiderio, quod ducit ad interitum et portio victus, qua vita sustentatur, mihi sufficit.«

Versus metrum Basith appellatum est. Conf. l. m. p. 190.

٧٩ رُبَّ أُمْنِيَّةٍ جَلَبَتْ مَنِيَّةً

79. Saepe optatum mortem adduxit.

Loco vocis جلبت legitur نتجت peperit. Sic Samachscharius.

٨٠ رُبَّ طَمَعٍ أَدَّى إِلَى عَطَبٍ

80. Saepe cupiditas ad interitum adduxit.

Sed in Samachscharii opere legitur: رب طمع ادى الى طبع »Saepe cupiditas ad dedecus duxit« id quod mihi placet, inest enim proverbio homoioteleuton.

٨١ رُبَّ نارٍ كَيٍّ خُيِّلَتْ نارَ شَيٍّ

81. Saepe ignis, quo uritur, putatur ignis, quo assatur.

Dixit poeta:

لَا تَتْبَعَنْ كُلَّ دُخَانٍ تَرَى فَالنَّارُ قَدْ تُوقَدُ لِلْكَيِّ

»Ne sequaris omnem fumum, quem vides, nam ignis iam accenditur urendi causa.«

Versus metrum Sarih appellatum est. Conf. lib. m. p. 243.

٨٢ رُبَّمَا كَانَ السُّكُوتُ جَوَابًا

82. Saepe silentium responsum est.

Huic similis est loquendi modus: ترك الجواب جواب »Responsi intermissio responsum est.« Abu-Ohbaidus dixit: verba haec in virum dicuntur, cuius peccatum maius est, quam quod verbis se defendat aut id neget. Silentio igitur confitetur. Conf. Samachscharium, in cuius codice vitium est.

٨٣ رُبَّمَا أَعْلَمُ فَأَذَرُ

83. Saepe scio (rem) et relinquo (eam).

Cuius finem malum esse scio, eam rem relinquo.

٨٤ رَأَى الْكَوَاكِبَ مُظْهِرًا

84. Vidit stellas meridiei tempore.

Conf. 33. In eum dicitur, qui astutia ab alio vincitur, ut dies ei tanquam nox sit.

٨٥ رَضِيَ مِنَ الْوَفَاءِ بِاللِّفَاءِ

85. Contentus est dare paucum, si promissis stare non potest.

Voces وفاء et لفاء in proverbio significationem verborum توفية »omnino promissis satisfacere« et تلفية minus facere vel dare, quam debuit, habent. Haririus pg. 36. proverbium in usum suum adhibuit.

٨٦ أَرْسِلْ حَكِيمًا وَأَوْصِهِ

86. Mitte prudentem legatum, et mandata ei da!

Legatus etsi prudens est, tamen mittentis voluntatem sciat, oportet. Proverbium cautionem et utilitatem notitiæ designat. Scharaf-Aldin, Samachsch. Dixit poeta:

إِذَا أَرْسَلْتَ فِي أَمْرٍ رَسُولاً فَأَفْهِمْهُ وَأَرْسِلْهُ حَكِيمًا

»Quum in re legatum mittis, instrue eum rerum notitia et mitte eum sapientem.«

Versus metrum Wafir appellatum est. Conf. l. m. p. 204.

٨٧ أَرْسِلْ حَكِيمًا وَلَا تُوصِهِ

87. Mitte prudentem legatum, et ne mandata ei da!

Haud necesse est, si prudentem legatum mittis, ei mandata dare, quum prudentia, quid agendum sit, eum doceat. Proverbium Alsobairo ben-Ahbd-Allah tribuitur, quod hisce versibus expressit:

إِذَا كُنْتَ فِي حَاجَةٍ مُرْسِلاً فَأَرْسِلْ حَكِيمًا وَلَا تُوصِهِ

وَإِنْ بَابُ أَمْرٍ عَلَيْكَ ٱلْتَوَى فَشَاوِرْ لَبِيبًا وَلَا تَعْصِهِ

»Quum in negotio legatum mittis, sapientem mitte mandata non dans; et si res tibi dubia est, prudentem consule et eius consilio obsequium praesta!«

Versuum metrum Motakarib est. Conf. libr. m. p. 281.

٨٨ اَلرَّشْفُ أَنْقَعُ

88. Paulatim sorbendo bibere sitim magis exstinguit.

Loco vocis أنقع, quae in codice Lugdun. et Berol. reperitur, in nostro codice legitur: أنفع utilior, quod reiiciendum est. Sed alius legendi modus est: أشرب plus bibens. Proverbium ne in re perficienda festinationem adhibeamus monet. Conf. C. V, 58. et Scharaf-Aldin.

٨٩ اَلرَّغْبُ شُؤْمٌ

89. Cupiditas infelicitas est.

Cupiditas ad interitum ducit. Proverbium, quod voracitatem potissimum vituperat, Mohammedi adscribitur. Conf. Scharaf-Aldin. Arabibus moderatio in cibo potuque laudi est. Poeta Ahscha dixit:

تَكْفِيهِ حُزَّةُ فِلْذٍ إِنْ أَلَمَّ بِهَا مِنَ ٱلشِّوَاءِ وَيُرْوِى شُرْبَةُ ٱلْغُمَرِ

»Sufficit ei oblongum segmentum iecoris, si id accipit, loco carnis assatae, et sitim explet potus poculi parvi.«

Metrum Basith est. Conf. l. m. p. 190.

٩٠ ٱلرَّفِيقُ قَبْلَ ٱلطَّرِيقِ

90. Socius ante viam.

Antequam iter ingredieris, socium tibi para et vide, num tecum consentiat, nam dum in via es, cum alio commutare socium vix potes.

٩١ ٱلرَّاوِيَةُ أَحَدُ ٱلشَّاتِمَيْنِ

91. Qui aliorum dicta tibi nuntiat, unus contumeliosorum duorum est.

Unus contumeliosus est is, qui contumelias dicit, alter qui ea nuntiat. Cum hoc proverbio alterum conferas, quod Cap. XII, 65. legitur. سبك من بلغك السباء »Verbis probrosis te laedit, qui aliorum verba probrosa tibi nunciat.«

٩٢ رَكِبْتُ هَجَاجِى فَرَكِبَ هَجَاجَهُ

92. Arbitrium meum secutus sum et arbitrium suum secutus est.

Duos viros designat, qui se mutuo in litigando reprehenderunt, ut unus alteri non cederet.

٩٣ ٱرْتَدَّتْ عَلَيْهِ أَرْعَاظُ ٱلنَّبْلِ

93. Retrusae sunt contra eum superiores sagittarum partes, ubi cuspidis radix infigitur.

Id est: Superior pars sagittae cuspidis radices non excepit, sed retrusa fuit. In eum dicitur, qui rem, quam petit, non assequitur.

٩٤ رُبَّ فَرَسٍ دُونَ ٱلسَّابِقَةِ

94. Saepe equus in certamine alios cursu non vincit.

Proverbium, ut rem, quae in votis esset, non omnino consecuti contenti simus, nos hortatur.

٩٥ رَكِبَتْ عَنَزٌ بِحَدْجٍ جَمَلًا

95. Vecta est Ahnsa in camelo cum pilento.

Ahnsa nomen mulieris est ad gentem Thesm pertinentis; quae quum captiva facta in pilento veheretur, ab aliis deridebatur. Conf. Cap. XIII, 9.

٩٦ أَرْخِ عِنَاجَهُ يُدَالِكَ

96. Laxa habenam, et lenis erga te erit.

In scholiis voci عناج eadem significatio, quam voci عنج tribuitur, ut sit nomen actionis. Verbum autem عنج »domuit camelum habena retracta« significat i. e. leniter retracta habena camelum durum duc. Sed propter significationem, quae verbo ارخى »laxavit, leniter dimisit« inest, dubitare licet, num nominis significatio sc. »funis, habena,« voci عناج potius tribuenda sit. Meidanius autem censet, verbo دالى hoc in proverbio aut lenitatis aut leniter incedendi signicationem tribui posse, ut يدالك significet aut lenis erga te erit aut leniter tecum incedet. Proverbii autem sensus talis est: Ut camelus difficilis non vi aut vehementia, dum vehementer habenam retrahis; sed lenitate domatur, sic homini, ubi violentia nullam utilitatem habet, lenitas adhibenda est.

٩٧ أَرَوَغَانًا يا ثُعَالُ وَقَدْ عَلِقْتَ بِٱلْحِبَالِ

97. Num astutiam (adhibes), o vulpis, dum laqueis irretitus es?

In eum dicitur, qui astutia utitur, ut rem evitet, quae ipsi necessario praestanda est.

٩٨ إِرْفَعْ بِأَسْتِ مُجْحِرٍ ذَاتِ وَلَدْ

98. Tolle nates ovis ita macie affectae, ut foetum eniti non possit!

In virum dicitur, qui rei perficiendae ob virium defectum impar est. Huic auxilium feras necesse est, quemadmodum oves omnino emaciatas in parturiendo adiuvant.

٩٩ رَمَاهُ ٱللَّهُ بِٱلطُّلَاطِلَةِ وَٱلْحُمَّى ٱلْمُمَاطِلَةِ

99. Affligat eum Deus morbo insanabili et febri haud cessante!

Vocabulum طلاطلة morbum, qui sanari non potest, designat. Abu-Ahmruo significat morbum, quo carnis pars لهاة appellata decidit.

١٠٠ أَرَى خَالًا وَلَا مَطَرْ

100. Video nubem gravem; sed nulla est pluvia.

In divitem dicitur, qui beneficia in alios non confert.

١٠١ رَكُوضٌ فِي كُلِّ عَرُوضٍ

101. Celeriter currens in omnem regionem.

De eo dicitur, qui malum inter homines disseminat.

١٠٢ رَجَعَتْ وَخْسًا وَذَمًّا

102. Rediit cum repulsa et vituperio.

In eum dicitur, qui rem petitam non assequitur et simul vituperatur. Casus accusativi in vocibus خسا et ذما e particula و, quae hoc in proverbio praepositionis مع significationem habet, pendet.

١٠٣ رُبَّ فَرِحَةٍ تَعُودُ تَرِحَةً

103. Saepe gaudium tristitia fit.

Vir, cui puer natus est, gaudium percipit; sed si crimen committit vel in perniciem irruit filius, pater tristitia afficitur.

١٠٤ رُبَّ جُوعٍ مَرِيٍّ

104. Saepe fames salutaris est.

Scholion dicit, proverbium de iniuria adhiberi. Neminem iniuria afficias, nam huius causa tanquam ex cibo noxio male te habebis. Sed mihi proverbium potius significare videtur, rem ingratam saepe homini utilem esse.

١٠٥ رَمَانِي مِنْ حُولِ الطَّوِيِّ

105. Petivit me ex lateribus internis putei.

Petivit me re, quae in ipsum recidit, tanquam in eum, qui ex inferiore putei parte alterum lapide petit, lapis recidit.

١٠٦ رَكِبَ عُودٌ عُودًا

106. Vectum est lignum in ligno.

I. e. Sagitta in arcu.

١٠٧ رُبَّ كَلِمَةٍ سَلَبَتْ نِعْمَةً

107. Saepe verbum gratiam eripit.

Proverbium silentium laudat, quod unum verbum saepe causa est, cur gratiam viri amittamus.

١٠٨ رَتْوًا تَحْلُبُ ٱلْأَبْكَارَ

108. Leniter agas! mulges camelas iuvencas.

Vocabulo بكر camela iuvenca designatur, quæ primum foetum enixa est. Verbum رتا autem aliis significat »leniter situlam demisit« aliis attraxit. Accusativus autem nominis actionis ex omisso verbo رتوت pendet. Camelae iuvencae cum difficultate, quia adsuefactae non sunt, mulgentur. Leniter igitur in mulgendo agendum est. Proverbium nobis lenitatem commendat.

١٠٩ رُبَّ مَلُومٍ لا ذَنْبَ لَهُ

109. Vituperatus saepius peccatum non commisit.

Verba haec Actsamus ben-Zaifi dixisse fertur, quum factum eius reprobassent homines, qui causam et excusationem rei ignorarent. Alii putant, quum vir quidam in consessu Alahnafi ben-Kais dixisset, sibi nullam rem maiori odio esse, quam dactylos et cremorem, illum verba ista dixisse, ut significaret, in dactylis et cremore odii causam non esse.

١١٠ أُرْضَ مِنَ ٱلْعُشْبِ بِٱلْخُوصَةِ

110. Herbarum loco palmarum foliis contentus sis!

Conf. prov. 61. Proverbium monet, ut parvo contenti simus, si magnum assequi non possumus.

١١١ ٱلرَّيْعُ مِنْ جَوْهَرِ ٱلْبَذْرِ

111. Augmentum naturae seminum inest.

Vocabulum ريع significat, in subigendo et coquendo farinae massam augeri. Ramum cum radice congruere, proverbium docet.

١١٢ ٱلرِّفْقُ يُمْنٌ وَٱلْخُرْقُ شُؤْمٌ

112. Lenitas est felicitas, asperitas est infelicitas.

Proverbium monet, ut lenitate utamur et res leniter et recte tractemus. In Scharaf-Aldini opere nonnisi verba الرفق يمن »Lenitas est felicitas« leguntur et Actsamo tribuuntur.

١١٣ اَلرُّومُ اِذَا لَمْ تُغْزَ غَزَتْ

113. Graeci hostiles incursiones faciunt, si bellum iis non infertur.

Graeci erant Arabum hostes primis post Mohammedem temporibus, in quorum ditiones quotannis incursiones facere solebant.

١١٤ أُرِيدُ حِبَاءَهُ وَيُرِيدُ قَتْلِي

114. Donare eum volo, et me occidere vult.

Proverbium hemistichium metri Wafir est. Conf. libr. m. p. 204.

١١٥ رُبَّ طَرْفٍ أَفْصَحُ مِنْ لَسَانٍ

115. Saepe visus oculus disertior est, quam lingua.

Simile est proverbium: البغض تبديه لك العيان »Oculi odium tibi ostendunt.«

١١٦ رُبَّ كَلِمَةٍ تَقُولُ لِصَاحِبِهَا دَعْنِي

116. Saepe verbum dicit ei, qui id enunciat: sine me?

Monet proverbium, ne multa verba faciamus metuentes, ne futilia loquamur. Sunt autem interdum verba tam absurda, ut ipsum dicentem a loquendo quasi prohibere videantur.

١١٧ رُبَّ مَمْلُولٍ لَا يُسْتَطَاعُ فِرَاقُهُ

117. Saepe nos a re, quae fastidium adfert, separare non possumus.

١١٨ رُبَّ رَأْسٍ حَصِيدُ لِسَانٍ

118. Sæpe caput ob vitium linguæ amputatum est. Silentium commendatur.

١١٩ رُبَّ ٱبْنِ عَمٍّ لَيْسَ بِٱبْنِ عَمٍّ

119. Saepe patruelis non est patruelis.

Proverbium duplicem admittit sensum. Aut de propinquorum perfidia, qui auxilium tibi non praestant, queritur, aut, saepe homines cognatione tecum non coniunctos tanquam patrueles erge te se gerere, dum in calamitatibus opem tibi ferant, docet. De hoc proverbio confer. pr. 76. Proverbium ad metrum Sarih referri potest. Cf. l. m. p. 246.

١٢٠ رَزَمَةٌ وَلَا دِرَّةٌ

120. Sonus camelae pullum amantis e gutture emissus et non est lactis abundantia.

Camela pullum amans abundanter lac emittere solet. Simile huic est proverbium, quod C. XXIII, 454. legitur. In eum dicitur, qui promittit; sed promissis non stat. Accusativus e verbis omissis اسمع audio et ارى video pendet. Sed in Kamusi opere proverbium sic legitur: لا خير فى رزمة لا درة فيها »Nil boni in sono camelae est, quocum lactis copia coniuncta non est.«

١٢١ رُدَّ ٱلْحَجَرَ مِنْ حَيْثُ جَاءَكَ

121. Lapidem ad locum remitte, unde venit!

Iniuriam tibi illatam ne patienter feras, sed qui lapide te petit, cum lapide petas!

١٢٢ رَكَضَ ما وَجَدَ مَيْدَانًا

122. Cucurrit quamdiu campum invenit.

In eum dicitur, qui propositi fines transgressus est.

١٢٣ رُبَّ طَمَعٍ يُهْدِى إِلَى طَبَعٍ

123. Cupiditas saepe ad dedecus ducit.

Conf. prov. 78.

١٢٤ رَبَاعِ ٱلْإِبِلِ لَا تَرْتَاعُ مِنَ ٱلْجَرَسِ

124. Cameli annosi tintinnabuli sono non terrentur.

رباع animal est, cui dentes رباعية appellati exciderunt, id quod in camelis aetatis anno septimo fieri solet. In eum dicitur proverbium, qui forti animo periculum subit.

١٢٥ رُبَّمَا أَصَابَ ٱلْأَعْمَى رُشْدَهُ

125. Interdum caecus rectam viam invenit.

De eo dicitur, qui rem haud quaesitam invenit. Iam loco vocis ربما dicitur eodem sensu بما. Conf. prov. 142.

١٢٦ أُرَيْنِبٌ مُقْرَنْفِطَةٌ عَلَى سَوَاءِ عُرْفُطَةٍ

126. Lepus parvus se contrahens in medio arboris Ohrfoth appellatae.

Metrum proverbii Redjes est. Conf. libr. m. p. 232. Narrant leporem, quem canes persequerentur, in arborem Orfoth adscendisse, ut se ibi occultaret. In eum dicitur, qui in loco ad occultandum haud apto se abscondere vult.

١٢٧ رَمَاهُ ٱللهُ بِأَحْبَى أَقْوَسَ

127. Petat eum Deus per virum in terram se inclinantem dorso incurvo.

Voces احبى اقوس epitheton venatoris sunt, tum infortunii cognomen. I. e. Infortunio eum Deus affligat! Legitur quoque رماه الله باحوى, quemadmodum dicitur: رماه الله باحوى الوى i. e. Petat eum Deus per colligentem

et impedientem (denegantem). Inde dicitur ظلم الواجد »Denegatio invenientis iniustitia est.«

١٢٨ رُبَّ حَمْقَاءَ مُنْجِبَةٌ

128. Stulta saepe egregios filios parit.

١٢٩ رَمَى الْكَلَامَ عَلَى عَوَاهِنِهِ

129. Iecit sermonem super venas uteri sui.

Id est: Non curavit, num recte an false diceret. Sed de voce عواهنه explicanda interpretes dubitant. Meidanius levitatem, facilitatem et parum diligentiae indicari dicit et cum hoc cohaerere putat significationem, quae voci عهن, »lana diversi coloris« et رجل عاهن »vir segnis, laxus« tribuatur. Sed quum vocabulo العواهن significatio »venae in utero camelae« sit, fieri posse putat, ut proverbium cum ista significatione cohaereat. Ut enim in utero quid sit, nescitur, sic qui inconsiderate loquitur, nescit, quis futurus sit verborum exitus.

١٣٠ رُبَّمَا أَرَادَ الْأَحْمَقُ نَفْعَكَ فَضَرَّكَ

130. Saepe stultus, qui tibi prodesse vult, tibi nocet.

Monet proverbium, ne cum stulto societatem ineamus.

١٣١ رَكِبَ عِرْعِرَهُ

131. Vectus est in summo suo.

Id est: prava animi eius indoles erat, refractarius, inobsequens erat. Simili modo adhibetur proverbium ركب راسه. Vocabulum autem عرعر est summa rei pars, ut cum voce راس significatione quodam modo conveniat. Conf. Kam.

١٣٢ رَجَعَ عَلَى حَافِرَتِهِ

132. Rediit in via sua.

In eum dicitur, qui ad pravam consuetudinem redit. Vocabulum حافرة viae significationem a iumentorum ungulis (حافر) duxisse videtur. Ungularum vestigia rediens sequitur.

١٣٣ رَفَعَ بِهِ رَأْسًا

133. Sustulit propter id caput.

Placuit ei, quod audivit et id auscultavit.

١٣٤ رَمَاهُ ٱللّٰهُ بِأَفْعَى حَارِيَةٍ

134. Petat eum Deus vipera senio extenuata!

Vipera senio confecta omnium deterrima est, quae morsu statim necat; proverbii igitur sensus est: Summa calamitate i. e. morte Deus eum mulctet!

١٣٥ رَمَاهُ ٱللّٰهُ بِٱلصُّدَامِ وَٱلأُولَقِ وَٱلْجُذَامِ

135. Affligat eum Deus morbo Zodam, insania et elephantiasi!

Morbus ab Arabibus صداما (Zodam) appellatus periculosus in iumentorum capitibus sedem habet. Verba proverbii Catsajjiro ben-Almothalleb ben-Abi-Medaah adscribuntur, qui ista verba in versibus hisce dixit, quibus Heschamum perstrinxerat, praefecto Medinae imperantem, ut oppidi incolas ad exsecrandum Ahlium adigeret:

لَعَنَ ٱللّٰهُ مَنْ يَسُبُّ حُسَيْنًا وَأَخَاهُ مِنْ سُوقَةٍ وَإِمَامِ

وَرَمَى ٱللّٰهُ مَنْ يَسُبُّ عَلِيًّا بِصُدَامٍ وَأُولَقٍ وَجُذَامِ

»Maledicat Deus ei, qui Hosainum eiusque fratrem contumelia afficit sive plebeius sive praeses sit, et afficiat Deus eum, qui in Ahlijjum contumeliam dicit, morbo Zodam, insania et elephantiasi!«

Versuum metrum Chafif est. Conf. l. m. p. 262.

١٣٦ رَمَاهُ ٱللَّهُ بِلَيْلَةٍ لَا أُخْتَ لَهَا

136. Petat eam Deus nocte, cui soror non est!

Id est, nocte qua moritur, eum affligat!

١٣٧ رَمَاهُ ٱللَّهُ بِدَيْنِهِ

137. Petat eum Deus debito suo!

I. e. morte, nam mors debitum est cuivis homini solvendum.

١٣٨ رَمَاهُ ٱللَّهُ مِنْ كُلِّ أَكَمَةٍ بِحَجَرٍ

138. Petat eum Deus ex omni colle lapidibus!

Omnis generis calamitatibus Deus eum affligat.

١٣٩ أُرْبُطْ حِمَارَكَ إِنَّهُ مُسْتَنْفِرٌ

139. Asinum tuum adliga, nam aufugit!

In eum dicitur, qui genti suae noxam infert. Proverbii sensum scholiastes sic explicavit. Abstine, nam, quemadmodum asinus a loco, ubi adligatur aufugit, sic tu in conviciis, quibus gentem tuam lacdis, aufugisti. Proverbio metrum Camil est. Conf. l. m. p. 212.

١٤٠ أَرِنِي حَسَنًا أُرِكَهُ سَمِينًا

140. Ostende mihi pulchrum, ostendam eum tibi pinguem.

Pulchritudo cum pinguedine coniuncta est. His igitur verbis eadem ratio est, quam illis: قيل للشحم اين تذهب قال اقوم المعوج »Adipi quum diceretur, quo abis? respondit: Curvum rectum facio.«

١٤١ رُبَّ كَلِمَةٍ أَفَادَتْ نِعْمَةً

141. Saepe verbum gratiam conciliat.

Conf. prov. 107.

١٤٢ رُبَّمَا أَصَابَ ٱلْغَبِيُّ رُشْدَهُ

142. Saepe socors rectam invenit viam suam.

In scholiis sic proverbium explicatum est: يضرب في التسليم والرضى بالقدر »Adhibetur in eo, quod vir se deo omnino submittit atque in eo, quod divina providentia adfert, acquiescit; sed nescio, num recta sit interpretandi ratio. Conf. prov. 125.

١٤٣ رُبَّ بَعِيدٍ لَا يُقْعَدُ بِرُّهُ وَقَرِيبٍ لَا يُؤْمَنُ شَرُّهُ

143. Saepe longe remoti humanitas et benevolentia nobis non deest, dum a propinqui malitia securi non sumus.

١٤٤ ٱلرَّقِيقُ جَمَالٌ وَلَيْسَ بِمَالٍ

144. Servus est pulchritudo et non est opum pars.

In codice meo حمال legitur, cui voci quae tribuatur significatio, nescio: جمال est codicis Pocokiani, Lugdunensis et Berolinensis legendi modus. Ad explicandum proverbium nil additum est, nisi ولا اشتر الموتان وهذا كما قال تشتر للحيوان »Et hoc est, quemadmodum dicitur: Eme bona inanimata et ne eme animata!« Loco vocis للحيوان in meo codice للحوتان legitur. Quod si hanc institutam comparationem recte intelligo, proverbii sensus est: Servi, quos possidet, domino decori esse possunt, sed eius divitias ob sumtus faciendos non augent.

١٤٥ رُبَّ عَالِمٍ مَرْغُوبٍ عَنْهُ وَجَاهِلٍ مُسْتَمَعٍ مِنْهُ

145. Saepe doctum non amamus, dum ignorantis verba adtente audimus.

١٤٦ رُبَّ عَزِيزٍ أَذَلَّهُ خُرْقُهُ وَذَلِيلٍ أَعَزَّهُ خُلُقُهُ

146. Saepe honoratum durities erga homines vilem reddidit, et vilem naturae suae indoles honoratum fecit.

١٤٧ رُبَّ مُؤْتَمَنٍ ظَنِينٍ وَمُتَّهَمٍ أَمِينٍ

147. Saepe fidus in suspicionem incidit, et suspectus pro fido habetur.

١٤٨ رُبَّ شَبْعَانٍ مِنَ النَّعَمِ غَرْثَانَ مِنَ الْكَرَمِ

148. Saepe satiatus pecoribus famelicus est in generositate animi.

Id est: opibus abundans saepe generosus non est.

١٤٩ اِرْتَجَنَتْ مِنْ الزُّبْدَةِ

149. Cremor cum lacte mixtus fuit.

Rem esse perdifficilem, ut ad bonum finem perduci non possit, quemadmodum lac a cremore separari non possit, proverbium indicat.

١٥٠ رَمَى بِسَهْمِهِ الْأَسْوَدِ وَالْمُدَمَّى

150. Iaculatus est sagittam suam nigram et sanguine tinctam.

Proverbii originem talem fuisse narrant: Aldjamuhus frater gentis Banu-Thsafar nocturno impetu gentem Banu-Lihjan invaserat. Quum inde fugatis sociis ad uxorem rediret, haec ita eum allocuta est: اين النبل التى كنت ترمى بها »Ubi sunt sagittae, quas tu iaciebas?« in pharetra enim nigro colore signatas sagittas habebat. Respondit hoc versu:

قَالَتْ خُلَيْدَةُ لَمَّا جِئْتُ وَأَيْرَهَا هَلَّا رَمَيْتَ بِبَعْضِ الْأَسْهُمِ السُّودِ

»Dixit Cholaida, quum ipsam visitans venissem: Nonne tu sagittas nigras coniecisti?«

Versus metrum Basith est. Conf. l. m. p. 190. Proverbium summam in re diligentiam describit.

١٥١ رَعْدًا وَبَرْقًا وَالْجَهَامُ جَافِرُ

151. Tonat et fulminat; sed nubes vacua est, quae aquam suam effudit.

Proverbii metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. Supplendum est: يرعد et يبرق ante casus accusativi. In eum dicitur, qui formam induit alienam, dum facta cum verbis eius non consentiunt.

١٥٢ رَأَيْتُ أَرْضًا تَتَظَالَمُ مِعْزَاهَا

152. Vidi terram, cuius caprae se invicem infestant.

Id est: se cornibus invicem petunt, quum pingues sint et terra pabulo abundet. Homines dum commode vivunt, et victu abundant, insolenter se gerere, proverbium docet.

١٥٣ أَرَانِي غَنِيًّا مَا كُنْتُ سَوِيًّا

153. Puto me divitem, dum sanus sum.

Verba haec Actsamo ben-Zaifi adscribuntur.

١٥٤ الرِّفْقُ بُنَيَّةُ الْحِلْمِ

154. Benignitas filiola prudentiae est.

Id est: Intime cum ea coniuncta est eique similis est.

١٥٥ رُبَّمَا دَلَّكَ عَلَى الرَّأْيِ الظَّنُونُ

155. Saepe indicat tibi consilium rectum astutiae expers.

الظنون vir est, in quo non invenitur bonum, quod in eo esse putatur.

١٥٦ أَرَادَ مَا يُحْظِيهَا فَقَالَ مَا يَعْظِيهَا

156. Voluit (dicere), quod me honore afficeret, et dixit, quod me laedit.

Scholion proverbium sic explicavit: الاحظاء ان تجعله ذا حظوة ومنزلة والعظى الرمى يقال عظاه يعظيه عظيا ولقى فلان ما عجاه وما عظاه اذا لقى شدة ولقاه الله ما عظاه اى ما ساءه يضرب للرجل ينصح صاحبه فيخطى فيقول ما يعظيه ويسوءه »Vocabulum احظاء significat: honore et dignitate eum ornavit et vocabulum عظا est: contumelia affecit. Dicitur عظا, futurum يعظى cum accusativo personae, nomine actionis عظى. Et dicitur لقى فلان ما عجاه وما عظاه »Cuidam accidit res, quae eum afflixit et contumelia affecit.« i. e. calamitas et لقاه الله ما عظاه »Affligat eum Deus re, quae eum malo afficiat eique displiceat.« De viro proverbium dicitur, qui socium suum monet; sed ita errat, ut ei res ipsum laedentes, quae ei displicent, dicat.« In Scharaf-Aldini opere sic proverbium legitur: اراد ما يحظيها فقال ما يعظيها »Voluit dicere quod eam honore afficeret, sed dixit id quod eam laedit.« Simili modo dicitur: اردت ما يلهينى فقلت ما يعظينى »Voluisti dicere quod me laetitia afficeret; sed dixisti id quod me laedit.« In Samachscharii codice scriba in hoc proverbio vehementer erravit. Proverbium in virum dicitur, qui alterum monere vult, sed dicit verba, quae ei displicent et eius iram conciunt.

١٥٧ أُرَيْوِيَةٌ تَرْعَى بِقَاعٍ سَمْلَقٍ

157. Rupicapra in campo depresso pascens.

Proverbii metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. Rupicapra in regionibus montanis degit; proverbium igitur de eo adhibetur, qui aliter, quam more consueto, agit. Silentio praetermittendum non est, in meo codice vocem اريوية

signum accusativi habere, ut verti possit: »Rupicapram in campo depresso pastum ducis.«

١٥٨ أَرْمِ فَقَدْ أَفْقَدَتْهُ مُرَيْشًا

158. Mitte sagittam, nam eam alis irstructam arcui iam imposuisti.

Proverbii metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. In eum dicitur, qui votorum compos est.

١٥٩ رَحْلٌ يَعَضُّ غَارِبًا مَجْرُوحًا

159. Sella camelina, quae verticem gibbi vulnerati mordet.

Proverbii metrum Redjes aut Sarih est. Conf. l. m. p. 230. 246. De eo dicitur, cui etsi summopere adflicto, tamen ab alio onus portandum imponitur.

١٦٠ رَازَ لَكَ الْقُنْفُذُ أُمَّ جَابِرِ

160. Herinaceus tibi noscit Omm-Djabiram.

Id est: ex herinaceo cognoscere licet, quæ Omm-Djabirae agendi ratio sit, nam ei similis est. Omm-Djabira autem nomen mulieris erat inter Arabes deformis et contemtae. Scholion autem sic proverbium explicat: يقول ان القنفذ اختبر لاجلك هذه المراة يعنى انها فى حركاتها ودمامتها مثل القنفذ فقد بين القنفذ لك صفتها »Dicit, herinaceum tua causa illam feminam expertum esse i. e. feminam istam motibus et deformitate herinaceo similem esse, et iam herinaceus tibi eam descripsit.« Proverbii metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. In eum dicitur, e cuius agendi ratione et motibus cognosci potest, quam in animo malevolentiam abscondat.

١٦١ رَأْسٌ لِشَوْرٍ مَا يُطَارُ نُعَرَتُهُ

161. Caput Schauri cuius muscae non abiguntur.

Schaur nomen viri est. Vocabulum نعرة nomen muscae est, quae asinos aliaque iumenta persequitur in eorum nares intrans. In ignorantem dicitur, qui in ignorantia perseverat, neque a monitore increpante se corrigi sinit.

١٦٢ أَرْوَاحُ وَجْرَى كُلُّهَا دَبُور

162. Venti Wadjrae omnes sunt occidentales.

Wadjrae nomen loci est ad Syriam pertinentis, Armeniae confinis, in quo frigus vehemens est. Vocabulum الدبور (Dabur) ventum occidentalem designat. Scholiastes autem dixit, esse ventum e regione flantem, versus quam preces faciens se convertit, quae Syris australis est. Hic est Arabibus turpissimus ventus, qui neque nubem adferre, neque arborem foecundare dicitur. De viro proverbium dicitur, qui omnino aliis contrarius est. Proverbii metrum Sarih est. Conf. lib. m. p. 246.

١٦٣ رَتَوْتُ بِالْغَرْبِ الْعَظِيمِ الْأَنْجَلِ

163. Incessi cum magna et ampla situla.

In scholiis legitur الرتو للخطو i. e. Verbum رتا significat passum posuit; ut verbo cum praepositione ب portandi significatio tributa esse videatur, quocum رتوة passus unus cohaeret. At in Kamusi lexico leniter (urnam) attraxit; in Djeuharii opere leniter (urnam) demisit legitur, quae significatio non minus apta videtur. Proverbium autem hominem magnis molestiis ferendis parem esse et magnas res perficere, significat. Proverbii metrum Redjes est. Conf. lib. m. p. 230.

١٦٤ رَمَاهُ بِسُكَاتِهِ

164. Petivit eum re, qua ad silentium redactus est.

Infortunio magno eum adflixit. In Kamuso proverbium sic legitur: رماه بسكات et رماه بسكاتة.

١٦٥ رُبَّ قَوْلٍ يُبْقِي وَسْمًا

165. Saepe verbum relinquit signum ustionis.

Originem proverbii sic narrant: Arabi campestri vetustis et squalidis vestibus induto dixerat quidam: Non me laetitia afficit, quod apud te hospes tuus pernocto. Cui Arabs respondit, si apud me hospes meus pernoctasses, profecto tu postero mane ventrosior fuisses, quam mater hora ante quam te enixa est. Nos, quum fertilis est annus, multum edimus cibum cum obsonio, et inopia laboranti multa dona damus. Et saepe verbum relinquit ustionis signum, quod a nobis removit agendi ratio, quae vituperium resecat.

١٦٦ رُبَّ زَارِعٍ لِنَفْسِهِ حَاصِدٌ سِوَاهُ

166. Saepe sibi serit; at alius demetit.

Verba haec Ahmirus ben-Althsarb, quum Zahzaahhus ben-Moahwijjah filiam eius in matrimonio sibi petiisset, et accepisset, inter alia genti suae dixit.

١٦٧ أُرْقُبِ الْبَيْتَ مِنْ رَاقِبِهِ

167. Custodi domum a custode suo!

Vir quidam domus custodiam servo tradiderat. Quum domum rediret, servus omnia secum portans aufugerat.

١٦٨ رُبَّ جَزَّةٍ عَلَى شَاةٍ سَوْآءَ

168. Saepe lana est super ove prava.

In avarum divitem dicitur.

١٦٩ رُبَّ مُسْتَغْزِرٍ مُسْتَبْكِرٌ

169. Sæpe is, qui lacte abundantem camelam invenit, putat eam esse parum lactis habentem.

In eum dicitur, qui quamquam multa in eum beneficia contulisti, tamen pauca ea esse putat.

١٧٠ رَجَعَ عَلَى قَرْوَاهُ

170. Rediit ad consuetudinem suam.

In eum dicitur, qui ad naturam et consuetudinem pristinam redit. In Samachscharii opere legitur: رجع الامر الى قرواه »Rediit res ad statum, modumque pristinum suum.«

١٧١ رُبَّ عَيْنٍ أَنْمَّ مِنْ لَسَانٍ

171. Saepe oculus magis divulgat, quam lingua.

Hoc est quemadmodum dicitur: جلى محب نظره »Retexit amans visum suum« cf. proverbium شاهد اللحظ اصدق »Testis adspectus veracior est.«

١٧٢ رُبَّ حَالٍ أَفْصَحُ مِنْ لَسَانٍ

172. Saepe status facundior est, quam lingua.

Hoc est simile loquendi modo لسان الحال ابين من لسان المقال »Lingua status rem clarius explicat, quam lingua sermonis.

١٧٣ رَحِمَ ٱللَّهُ مَنْ أَهْدَى إِلَيَّ عُيُوبِي

173. Deus propitius sit ei, qui ad me vitia mea adduxit.

Verba haec Ohmarus ben-Ahbd-Alahsis dixisse fertur.

١٧٤ رِزْقُ ٱللَّهِ لَا كَدُّكَ

174. Dei beneficentia, non tuus labor.

Labor et molestia utilis tibi non est, si res a Deo tibi non est decreta. Easdem cogitationes poeta versibus hisce expressit:

هَوِّنْ عَلَيْكَ فَإِنَّ ٱلْأُمورَ بِكَفِّ ٱلْإِلٰهِ مَقَادِيرُهَا
فَلَيْسَ بِآتِيكَ مَنْهِيُّهَا وَلَا قَاصِرٌ عَنْكَ مَأْمُورُهَا

»Ne tristitia afficiaris! nam in manu Dei res decretae sunt. Non ad te perveniet res ab eo interdicta, et rem ab eo iussam effugere non potes.«

Versuum metrum Motakarib est. Conf. libr. m. p. 281.

lv٥ رُمِيَ فُلَانٌ بِرَسَنِهِ عَلَى غَارِبِهِ

175. Cuiusdam habena super eius collum coniecta fuit.

Id est: Habena eius laxata fuit, ut quo vellet, incederet, et nemo eius desiderio contrarius esset. Narrant Ahjischam Jasido ben-Alazam Helalitae filio sororis Maimunae, uxoris Mohammedis dixisse: ذهبت والله ميمونة ورمى برسنك على غاربك »Abiit (mortua est) per Deum! Maimuna et habena tua super collum tuum coniecta est.«

lv٦ رَبَّ يَؤُدِّبُ عَبْدَهُ

176. Dominus servum suum castigat.

Proverbium ad metrum Camil referri potest. c. l. m. p. 215. Eius causam hanc fuisse narrant: Sahdus ben-Malic Cenanita ad regem Alnohmanum ben-Almondsir venerat cum equitibus, quorum alios ducebat alios sellâ haud instructos incedere sivit. Interrogatus quamnam ob causam hoc fecisset, dixit: لم اقد هذه لابيعها ولم اعر هذه لاهبها »Non duxi hos, ut eos venderem et non sella haud instructos incedere sivi illos, ut dono eos darem.« Introductus ad regem et interrogatus, quaenam terrae suae conditio esset? respondit: اما مطرها فغزير واما نبتها فبكير »Eius pluvia est abundans et eius herba est cito ad maturitatem perveniens.« Haec verba audiens rex dixit: tu profecto loquax es! sed, si tibi placet, quaestiones tibi

proponam, de quibus respondere non poteris. Illo ut quæstionem proponeret, postulante, rex servum ei alapam ducere iussit, interrogans, quale est tuum responsum? Respondit alter: سفيه مامور »Stultus iussus.« Rex tum alapam repetere servum iussit dicens: Quod responsum habes? Alter dixit: لو اخذ بالاولى لم يعد للاخرى[1]. »Si prioris poena afflictus esset; ad alteram non rediisset.« Sed quia rex eum occidere in animo habebat, si in loquendo modum rectum transgrederetur, tertio servum alapam ei ducere iussit interrogans, quale responsum haberet. Quum ille proverbii verbis responderet, rex dixit: rectum invenisti, apud me mane!

رَأْيُهُ دُونَ الْحِذَابِ بِحَصَرٍ ١٧٧

177. Consilium eius nimis infirmum est, quam ut regiones altas attingat.

In eum dicitur, cuius prudentia in rebus parvis cum deserit, ut in rebus magnis nihil valeat.

Forma comparativi.

أَرْوَى مِنَ النَّعَامَةِ ١٧٨

178. Magis potu satiatus, quam struthiocamelus.

Struthiocamelus ad aquam non accedit et nonnisi ludendo bibit. Dicunt, struthiocamelum non bibere, nisi aquam sub pedibus invenerit.

أَرْوَى مِنْ ضَبٍّ ١٧٩

179. Magis potu satiatus, quam lacerta.

1) Fortasse vertendum est: si prioris admonitionem admisisset, ad alteram non rediisset.

Lacerta nunquam aquam bibit, sed sitiens os vento aperiri dicitur. Eam ob causam in re non assequenda Arabes dicunt: لا يكون ذا حتى يرد الضب »Non fiet id, donec lacerta ad aquam accedit« et ولا افعل ذلك حتى يحن الضب في اثر الابل الصادرة »Non faciam id, donec argutum sonum edit (ob amorem in pullum) lacerta sequens vestigia camelorum ab aqua recedentium.«

١٨٠ أَرْوَى مِنْ حَبَّةٍ

180. Magis potu satiatus, quam serpens.

Sic dicitur, quod serpens in desertis aqua carentibus vivit.

١٨١ أَرْوَى مِنَ النَّمْلِ

181. Magis potu satiatus, quam formica.

Formica in desertis aqua carentibus vivit.

١٨٢ أَرْوَى مِنَ الْحُوتِ

182. Magis potu satiatus, quam piscis.

Et e contrario dicitur: »Magis sitiens, quam piscis.«

١٨٣ أَرْوَى مِنْ بَكْرِ ابْنِ هَبَنَّقَةَ

183. Magis potu satiatus, quam camelus iuvencus Ebn-Habannakahi.

Nomen viri est Jasidus ben-Tserwan. Stupidus erat. Camelus eius iuvencus potu satiatus rediit ab aqua cum recedentibus; tum iterum accessit ad aquam, priusquam pabulum gustaverat.

١٨٤ أَرْوَى مِنْ مُعَجِّلٍ أَسْعَدَ

184. Magis potu satiatus, quam is, qui ad festinationem impulit Asahdum.

Vir quidam stultus quum in lacum incidisset, patrueli Asahdo appellato acclamavit, ut ipsi vas daret, cuius ope

bibere posset. Clamare autem non desiit, donec submergebatur. Alazmäihus in libro suo de proverbiis vocem مجل cum Teschdido scripsit. Vox autem eum designat, qui lactis partem emulsam ad aquae possessores præmittit, antequam cameli ad aquam accedunt. Quod si hunc legendi modum admittis, اسعد nomen gentis est putandum. Sed Alazmaihus nil ad explicandum proverbium addidit. Conf. proverb. اعجل من مجل اسعد.

١٨٥ أَعْجَلُ مِنْ خُفٍّ

185. Ad incessum aptior, quam cameli ungula.

١٨٦ أَعْمَى مِنِ ٱبْنِ تِقْنٍ

186. Melior iaculator, quam Ebn-Tiknus.

Ahmruus Ebn-Tikn ad gentem Ahd pertinens, suo tempore arte iaculandi clarus erat.

١٨٧ أَرْسَخُ مِنْ ضِفْدِعٍ

187. Maiore macie in natibus præditus, quam rana.

Hoc dicitur, quia rana cauda omnino caret.

١٨٨ أَرْسَى مِنْ رَصَاصٍ

188. Gravior, quam plumbum.

١٨٩ أَرْسَبُ مِنْ حَجَارَةٍ

189. Magis residens in aquæ fundo, quam lapides.

١٩٠ أَرَقُّ مِنْ رَقْرَاقِ ٱلسَّرَابِ

190. Tenuior, quam splendor se movens vaporis meridiani.

Est ille vapor, qui in desertis e longinquo aquae speciem habet.

١٩١ أَرْجَلُ مِنْ حَافِرٍ

191. Ad incessum aptior, quam ungula.

١٩٢ أَرَقُّ مِنْ غِرْقِئِ ٱلْبَيْضِ وَمِنْ سِحَاءِ ٱلْبَيْضِ

192. Tenuior quam ovi pellicula.

Idem sensus est verbis: ارق من سحاء البيض. Vocibus غرقئ et سحاء interior ovi albumen tegens pellicula significatur, et nescio, num inter utramque vocem discrimen sit statuendum. Sed plura sunt proverbia, quibus rei magna tenuitas indicatur ex. gr. ارق من النسيم »Tenuior quam lenis ventus.« ارق من الهواء »Tenuior quam aer.« ارق من الماء »Tenuior, quam aqua.« ارق من دمع الغمام »Tenuior, quam lacrymæ amore mulieris capti.« ارق من دمعة شيعية »Tenuior, quam lacrymae mulieris sectae Schiichtarum addictae.« Proverbium hoc ex poetæ versu desumtum est:

أَرَقُّ مِنْ دَمْعَةِ شِيعِيَّةٍ تَبْكِي عَلَى ٱبْنَ أَبِي طَالِبِ

»Tenuior, quam lacryma mulieris Schiihticae, quae Ahlium filium Abu-Thalebi deplorat.«

Versus metrum Sarih est. Conf. l. m. p. 243.

١٩٣ أَرَقُّ مِنْ رِدَاءِ ٱلشُّجَاعِ

193. Tenuior, quam cutis serpentis Schodjah.

Vocabuli رداء significatio propria pallium est, tum in serpentis cutem translata est.

١٩٤ أَرَقُّ مِنْ رِيقِ ٱلنَّحْلِ وَمِنْ دِينِ ٱلْقَرَامِطَةِ

194. Tenuior, quam apum sputum et (commodior) quam religio Karamitharum.

Karamithae nomen sectae erat, de qua conf. Abulf.

Ann. T. II, 723. IV, 175. et Herbelot. nec non: l. m. Selecta ex hist. Halebi. In posteriore proverbio voci ارق diversa significatio tribuenda est; sed nescio, num recte verterim.

١٩٥ أَرْخَصُ مِنَ ٱلرِّبْلِ وَمِنَ ٱلتُّرَابِ وَمِنَ ٱلتَّمْرِ بِٱلْبَصْرَةِ وَمِنْ قَاضِي مِنًى

195. Vilior pretio quam stercus; quam terra; quam dactyli in oppido Bazra; quam iudex Minae.

Tertium horum proverbiorum inde originem duxit, quod in regione oppidi Bazrae multae sunt palmae, ut dactylorum pretium in isto oppido vilissimum sit. Quartum autem proverbium inde ortum esse narrant, quod iste iudex cum hominibus preces publicas faceret, iudicium exerceret et simul oleum in templo necessarium mutuum daret. Plura autem sunt loca, quibus nomen Mina est sc. nomen oppidi apud Meccam, nomen loci in provincia Nedjd siti et nomen aquae prope Dharijjam. Primum in proverbio intelligendum esse puto.

١٩٦ أَرْزَنُ مِنَ ٱلنُّضَارِ

196. Gravior pondere quam aurum.

١٩٧ أَرْمَى مِنْ آخِذٍ بِأَفْوَاقِ ٱلنَّبْلِ

197. Magis iaculans, quam is, qui sagittarum crenas capit.

١٩٨ أَرْفَعُ مِنَ ٱلسَّمَاءِ

198. Altior quam coelum.

١٩٩ أَرْوَغُ مِنْ ثُعَالَةَ وَمِنْ ذَنَبِ ثَعْلَبٍ

199. Astutior quam vulpes; et quam vulpis cauda.

Vulpis caudae astutia tribuitur, quod vulpes cauda, quam urina rigavit, canes repellit.

٢٠٠ أَرْوَحُ مِنَ ٱلْيَأْسِ

200. Quietior quam desperatio.

Simili ratione dicitur: اليأس احدى الراحتين »Desperatio est una duarum quietum. Una enim quies est homini, quum re potitus est; altera, quum de re potiunda desperavit. Desperationi igitur, quum quietis causa sit, quies ista tribui potest.

٢٠١ أَرْعَنُ مِنْ هَوَاءِ ٱلْبَصْرَةِ

201. Mutabilior, quam aer Bazræ.

Vocabulo رعن laxitatis et motus s. vacillationis significatio est. De aere Bazrae autem vox ارعن adhibita est, quod celeriter mutatur.

Proverbia recentiora.

٢٠٢ رَأْسُهُ فِي ٱلْقِبْلَةِ وَأَسْتُهُ فِي ٱلْخَرْبَةِ

202. Caput eius in Kiblah et podex eius in corruptione religionis.

القبلة (Kiblah) est regio antrorsum opposita, tum regio, ad quam inter precandum Muhammedani se convertunt i. e. regio Meccae; tum de ipso templo Meccae et Hierosolymarum adhibetur. In eum dicitur proverbium, qui bonum sibi arrogat, a quo remotus est.

٢٠٣ رَأْسٌ فِي ٱلسَّمَاءِ وَأَسْتٌ فِي ٱلْمَاءِ

203. Caput in coelo et podex in aqua.

٢٠٤ رَأْسُ كَلْبٍ أَحَبُّ إِلَيْهِ مِنْ ذَنَبِ أَسَدٍ

204. Caput canis ei iucundior est, quam cauda leonis.

٢٠٥ رَأْسُ ٱلْمَالِ أَحَدُ ٱلرِّبْحَيْنِ

205. Summa principalis lucro exposita (caput opum) est unum lucrorum duorum.

٢٠٦ رَأْسُ ٱلدِّينِ ٱلْمَعْرِفَةُ

206. Caput religionis est cognitio.

٢٠٧ رَأْسُ ٱلْخَطَايَا ٱلْحِرْصُ وَٱلْغَضَبُ

207. Caput peccatorum est aviditas et ira.

٢٠٨ رَأْسُ ٱلْجَهْلِ ٱلْاِغْتِرَارُ

208. Caput ignorantiae est socordia.

٢٠٩ رُكُوبُ ٱلْخَنَافِسِ وَلَا ٱلْمَشْيُ عَلَى ٱلطَّنَافِسِ

209. Vehi in leone et non incedere super tapetis.

٢١٠ رَضِيَ ٱلْخَصْمَانِ وَأَبَى ٱلْقَاضِي

210. Adversarii ambo contenti erant, et aversatus fuit iudex.

٢١١ رُدَّ مِنْ طٰهٰ إِلَى بِسْمِ ٱللّٰهِ

211. Repulsus est a Thah ad Bis millah.

طٰهٰ (Thah) est initium capitis (Surae) vicesimi hac voce inscripti in Corano. Interpretes tum in enunciandis litteris, tum in explicandis multum inter se discrepant, ut, quid verum sit, dici non possit. Aut unam vocem aut

plures litteris illis significari censent. Corrigendus autem est error quidam in lexico nostro ad istam vocem commissus. Legendum ibi est: quod si طه vocalibus extensis effertur, litterae duae alphabeti طاء et هاء significantur. Proverbii sensus esse videtur: ab isto Corani capite ad initium totius libri, qui incipit verbis Bismillah »in nomine Dei« repulsus est. Proverbium autem de dignitate pollente dicitur, qui contemtus fit.

٢١٢ رِيحٌ وَلٰكِنَّهُ مَلِيحٌ

212. Ventus; sed pulcher est.

٢١٣ رِيحٌ فِي ٱلْقَفَصِ

213. Ventus in cavea.

De re inani, futili, adhibetur.

٢١٤ رَقِيقُ ٱلْحَافِرِ

214. Tenui ungula praeditus.

De suspicante adhibetur.

٢١٥ رَقَصَ فِي زَوْرَقِهِ

215. Saliit in eius cymba.

De eo dicitur, qui alterum haud animadvertentem ludibrio habet.

٢١٦ رِيقُ ٱلْعَذُولِ سَمٌّ قَاتِلٌ

216. Sputum reprehensoris est venenum necans.

٢١٧ رُبَّ مَزْحٍ فِي غَوْرِهِ جِدٌّ

217. Saepe in ioci fundo serium est.

٢١٨ رُبَّ صَدِيقٍ يُعْتَى مِنْ جَهْلِهِ لَا مِنْ حُسْنِ نِيَّتِهِ

218. Saepe ob ignorantiam suam amicus adducitur, nec vero ob bonam intentionem.

٢١٩ رُبَّ صَبَابَةٍ غُرِسَتْ مِنْ لَحْظَةٍ

219. Saepe animi affectio ex uno oculorum intuitu provenit.

٢٢٠ رُبَّ حَرْبٍ شُبَّتْ مِنْ لَفْظَةٍ

220. Saepe bellum una voce accensum fuit.

٢٢١ رُبَّ وَاثِقٍ خَجِلٍ

221. Saepe confidens pudore confusus.

٢٢٢ رُبَّ ضَنْكٍ أَفْضَى إِلَى سَاحَةٍ وَتَعَبٍ إِلَى رَاحَةٍ

222. Saepe angustia ad locum amplum, et fatigatio ad quietem ducit.

٢٢٣ رُبَّمَا شَرِقَ شَارِبُ ٱلْمَاءِ قَبْلَ رِيِّهِ

223. Saepe aquam bibens nondum rigatus in gutture praefocatus fuit.

٢٢٤ رُبَّمَا أَصْحَبَ ٱلْحَرُونُ

224. Saepe contumax equus mansuetus fit.

Vocabulum حرون »subito cursum inhibens« contumacem equum hoc in proverbio designat.

٢٢٥ رُبَّمَا غَلَا ٱلشَّيْءُ ٱلرَّخِيصُ

225. Saepe res vilis pretii cara est.

٢٢٦ رُبَّمَا ٱتَّسَعَ ٱلْأَمْرُ ٱلَّذِي ضَاقَ

226. Saepe res angusta fit ampla.

٢٢٧ رُبَّمَا صَحَّتِ ٱلْأَجْسَامُ بِٱلْعِلَلِ

227. Saepe corpora morbis sana fiunt.

٢٢٨ رُبَّ سُكُوتٍ أَبْلَغُ مِنْ كَلَامٍ

228. Saepe silentium disertius est, quam sermo.

٢٢٩ رُبَّ عَطَبٍ تَحْتَ طَلَبٍ

229. Saepe sub re petita exitium est.
Conf. prov. 75.

٢٣٠ رُبَّ مُسْتَعْجِلٍ لِأَذِيَّةٍ وَمُسْتَقْبِلٍ لِمَنِيَّةٍ

230. Saepe noxam celeriter inferre cupiens et morti obviam procedens.

٢٣١ رُبَّ صَبَاحٍ لِأَمْرِئٍ لَمْ يُمْسِهِ

231. Saepe matutinum tempus viro vesperam non adtulit.

٢٣٢ رَدُّ الطَّرْفِ مِنَ ٱلظَّرْفِ

232. Aversio oculi est quaedam elegantia morum.

٢٣٣ رُبَّ كَلِمَةٍ لَبَسْتُ عَلَيْهَا أُذُنِي مَخَافَةَ أَنْ أَقْرَحَ لَهَا سِنِّي

233. Saepe contra verbum aurem meam texi timore, ne propter id dentem meum fricarem (ob poenitentiam).

٢٣٤ الرَّأْسُ صَوْمَعَةُ ٱلْحَوَاسِّ

234. Caput est coenobium sensuum.

٢٣٥ اَلرَّدِئُ لَا يُسَاوِى حَمُولَتَهُ

235. Pravus iumentum suum non aequat.

٢٣٦ اَلرَّدِئُ رَدِئٌ كُلَّمَا جَلَوْتَهُ صَدِئٌ

236. Pravus pravus est; quotiescunque eum polivisti, rubigine inficitur.

١٣٧ أَرْدَى اَلدَّوَابِّ يُبْقَى عَلَى اَلْآرِيِّ

237. Pessimum iumentum ad praesepe relinquitur.

Caput XI.

Littera Sa.

١ زينب سترة

1. Sainaba est velum.

Narrant hanc Sainabam fuisse filiam Ahcramae Ebn-Ahbd-Alrahman Almachsumi grandaevam et habuisse puellas cantatrices, quarum unam Sohaimahus poeta Medinensis, cuius nomen Mohammedes, cliens Chaledi ben-Osaid amaret et versibus laudaret. Versibus autem semper Sainabae vetulae illius nomen adhibuisse videtur, ne illa rem cognosceret et ipsum ab aditu excluderet. Tandem vero, quum in eum suspicio cecidisset, a vetula remotus est. Dixit igitur hosce versus:

وَجَدَ ٱلْفُؤَادُ بِزَيْنَبَا وَجْدًا شَدِيدًا مُتْعِبَا

أَمْسَيْتُ مِنْ كَلَفٍ بِهَا أَدْعَى ٱلشَّقِيَّ الْمُشْهَبَا

وَلَقَدْ كَنَيْتُ عَنِ ٱسْمِهَا عَمْدًا لِكَى لَا تَغْضَبَا

وَجَعَلْتُ زَيْنَبَ سُتْرَةً وَكَنَيْتُ أَمْرًا مُعْجِبَا

»Affectus est moerore per Sainabam vehementi affligente animus. Ob amorem in eam iam appellor infelix, multiloquus. Et loco nominis eius metonymia usus sum ea causa adductus, ne irasceretur; et Sainabam velum feci; metonymia admirabili usus sum.«

Metrum est Camil l. m. p. 216. Proverbio autem utuntur ad significandum, rem metonymice appellatam esse.

٢ زَمَانٌ أَرَبَّتْ بِٱلْكِلَابِ ٱلثَّعَالِبُ

2. Tempus, quo vulpes cum canibus societatem colunt.

Tempus est, quo canes cadaveribus nutriti vulpibus non adversantur. In eum dicitur, qui cum inimico suo ob quandam causam amicitiam contrahit. Proverbio metrum Thawil est. Conf. libr. m. p. 161.

٣ زَيْنٌ فِي عَيْنِ وَالِدٍ وَلَدُهُ

3. In oculo patris filius pulcher est.

Proverbium metrum Monsarih est. Conf. libr. m. p. 255. De amore viri in familiam adhibetur.

٤ زَنْدَانِ فِي مُرَقَّعَةٍ

4. Igniarium in loculo consarcinato.

Dualis زندان significat duo ligna, superius et inferius, quibus igniarium constat. Proverbium pauperem significat, qui nil prodest. Eodem modo ad res parvas describendas verbis: ليس فى جفيره غير زنديين »In pharetra eius nil nisi igniarium est« utuntur. Conf. C. XXIII, 80.

٥ زَنْدَانِ فِي وِعَاءٍ

5. Igniarium in sacco.

Vilitatem designat, et duos debiles coniunctos esse describit. Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Conf. l. m. p. 232.

٦ إِزْلَامٌ ٱلْمَعَدِّيُّ وَنَفَرٌ

6. Altus fuit Maahdita et vicit.

Observandum est, in codice Lugd. et Scharaf-Aldini legi المعيدى quae est forma deminutivi; sed in margine codicis Lugd. est المعدى في الاصل »Lectio المعدى in codice originali existit.« Originem proverbii talem fuisse narrant. Majjadus ben-Honn ben-Rabiah ad gentem Kodhaah pertinens apud praefectum Ohcathsi cum viro Iemanensi de honore et gloria disceptabat. Majjadus in equo sedens et armatus cum accessit dicens: Ego sum Majjadus ben-Honn, ego sum filius eius, qui mulieres in camelis vehentes captivas abducebat; Iemanensis autem veste Iemanensi vestitus advenit. Praefectus Majjado maiorem gloriam tribuens ista verba, quae postea in proverbium venerunt, dixit. Adhibentur autem ad significandum, unum de altero litigando victoriam reportasse.

زَاحِمْ بَعُودٍ أَوْ دَعْ ٧

7. Comprime per annosum (camelum) aut omitte (comprimere)!

Verbum زاحم »camelos ad aquam accedentes ob nimiam loci angustiam se invicem comprimere« significat. Cameli annosi, quum robusti sint, reliquos reprimere possunt, cameli autem iuvenci aut cedere aliis coguntur aut noxam patiuntur. Proverbium autem monet nos, ut in rebus nonnisi experientia edoctos et fortes in auxilium adhibeamus. Post vocem دع suppleas المزاحمة

زَفَّ رُأْلُهُ ٨

8. Properavit incessu pullus struthiocameli sui.

De inconstante et eo dicitur, quem timor ad festinandum impellit.

زَوْجٌ مِنْ عُودٍ خَيْرٌ مِنْ قَعُودٍ ٩

9. Coniugem ex ligno factum habere melius est, quam coniuge carere.

Proverbium mulieri cuidam adscribitur. Almobarredus rem sic narravit: Dsu'l-Azbahus Alodwani vir zelotypus, quatuor filias suas ob zelotypiam in matrimonium non dedit. Quodam die quum filiae inter se sermones conferrent, et quaelibet earum, quid de marito futuro cogitaret, secundum aetatis ordinem proferret, natu minima primum loqui recusans, quum sorores urgerent, verba quae postea in proverbii consuetudinem venerunt, dixit.

١٠ زَلَّتْ بِهِ نَعْلُهُ

10. Solea eius cum eo lapsat.

In infortunium incidit. Dixit Sohairus ben-Abi-Solma Almorri:

تَدَارَكْتُمَا عَبْسًا وَقَدْ ثَلَّ عَرْشُهُ وَذُبْيَانَ إِذْ زَلَّتْ بِأَقْدَامِهَا ٱلنَّعْلُ

»Reparastis vos ambo gentem Ahbs, quum eius thronus fractus esset et gentem Dsobjan, quum solcae cum pedibus eius lapsarent.«

Metrum versus Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

١١ زَادَكَ ٱللَّهُ رَعَالَةً كُلَّمَا ٱزْدَدْتَ مَتَالَةً

11. Stupiditatem tuam augeat Deus, quotiescunque bona conditio tua augetur!

Proverbium, cuius metrum Raml est. (conf. libr. m. p. 239), diram imprecationem continet, qua contra eum utuntur, cuius stultitia augetur divitiis auctis.

١٢ زُرْ غِبًّا تَزْدَدْ حُبًّا

12. Raro visita; amore cresces.

Maahdso ben-Zirm Chosäitae gentis Chosaah equiti haec verba tribuuntur. Proverbii autem causa haec erat. Mater eius, quum e gente Ahc oriunda esset, suos avunculos saepe visitabat. Quodam die quum mutuo ab illis acceptum equum ad gentem suam reportasset, vir inimicus

Djohaischus appellatus, ut cursus certamen ea conditione, ut, qui victoriam reportasset, alterius equum acciperet, cum ipso iniret, rogavit. Maahdsus consensit et quum cursu equi sui vicisset, victi equum sumsit. Alter autem Maahdsi iram excitare cupiens gladio equi hypochondrium percussit, ut procideret. Maahdsus haec videns dixit: Vaeh tibi! equum occidisti, qui te et tuis parentibus melior est, tum gladio eum occidit et ad avunculos confugit. Quum interim gens occisi de re certior facta esset, frater occisi et frater ex alia matre natus cum persecuti sunt. Sed uterque, unus hasta, alter gladio, ab eo occisus est. Post temporis spatium venatum cum ista gente, ad quam se contulerat, exiit. Factum autem est, ut quum Maahdsus onagrum persequeretur, vir quidam Alghadhbanus appellatus, ut a persequendo desisteret, postularet, et recusanti diceret. »Si quid boni in te esset, gentem tuam non reliquisses.« At Maahdsus respondens proverbii verba dixit. Rediens tum statim ad suos intercedente gente et caedis pretio soluto a vindicta liberatus est. Proverbii sensum poeta expressit:

إِذَا شِئْتَ أَنْ تَقْلَى فَزُرْ مُتَوَاتِرًا وَإِنْ شِئْتَ أَنْ تَزْدَادَ حُبًّا فَزُرْ غِبًّا

»Si tu vis odio haberi, saepius visita, et si amore crescere vis, raro visita!«

Et alius quidam sic cecinit:

عَلَيْكَ بِأَغْبَابِ الزِّيَارَةِ إِنَّهَا إِذَا كَثُرَتْ كَانَتْ إِلَى الْهَجْرِ مَسْلَكَا

أَلَمْ تَرَ أَنَّ الْقَطْرَ يُسْأَمُ دَائِبًا وَيُسْأَلُ بِالْأَيْدِي إِذَا هُوَ أَمْسَكَا

»Raro visita!, nam visitatio saepius repetita ad alienationem via est.« Nonne vidisti, pluviam vehementem et continuam homines taedio afficere, dum manibus petitur, quum parca est.«

Versuum metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

١٣ زند متين

13. Igniarium ligni firmi.

Verbis hisce vir vituperatur, ita ut vocabulo زند viri angusti animi et vocabulo متين avari significatio tribuatur.

١٤ أَزُورُ أَحْمَاىَ لِيَعْرِفُونِى

14. Visito cognatos meos, ut me noscant.

Mulier, quae cognatos suos visitabat, et multum hanc ob rem vituperabatur, verba ista dixit, quibus vituperatores aut deridere aut terrere voluisse videtur. De eo adhibetur proverbium, cui ut caveret, imperatur; sed qui cautionem non adhibet. Ad metrum Sarih referri potest. Conf. l. m. p. 246.

١٥ أَزِدتَ رَغْمًا وَلَمْ تُدْرِكْ وَغْمًا

15. Magna ira exarsisti; sed vindictam non sumsisti.

Vocabulo وغم hoc in proverbio vindictae significatio tribuenda est. In eum dicitur, quem spes fefellit.

١٦ زِدْهُمْ أَعْنُزًا

16. Adde iis capras!

Narrant, Caahbum ben-Rabiah fratri suo Cilabo ben-Rabiah vaccam quatuor capris emisse. Cilabus, sic refertur, vaccae emtae posticam partem habena instruxit eamque, facie sua in anum eius directa, conscendit et ad cursum adegit. Cursus autem vaccae quum equitanti mirifice placeret, ista proverbii verba fratri dixit. De stulto adhibetur, qui pretium rei venditae pactum augeri iubet.

١٧ زَعَمَتْ أَنَّ الْعَيْرَ لَا يُقَاتِلُ

17. Putasti, onagrum non dimicare.

De eo dicitur, qui fortem se esse ostendit, quem talem futurum esse alii non putaverant.

١٨ زِيلَ زَوِيلُهُ

18. Animus eius cessavit esse.

Id est: Re adfectus et inquietus factus est. Quod vocabulo زويل cordis, animi significationem tribui, eius rei in versu Dsu'l-Rommae quærenda est causa. Describit poeta struthionis ovum hisce verbis:

وَبَيْضَاء لَا تَنْحَاشُ مِنْهَا وَأُمُّهَا ۚ إِذَا مَا رَأَتْنَا زِيلَ مِنَّا زَوِيلُهَا

»Et album (ovum), non ex eo deterretur; et mater eius, quando nos vidit, eius animus propter nos esse cessavit[1]).« In scholiis legitur: ای زیل قلبها من الفزع i. e. »Cessavit animus eius ob timorem.« At vero in Kamusi opere sic legitur: وزال زويله وزواله ای جانبه ذعرا وفرقا »Et dicitur زال زويله et زال زواله id est: latus eius ob terrorem et metum.«

١٩ زِمَامُهَا لَدُودُهَا

19. Habena est eius medicamentum, quod in oris angulum infunditur.

Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Conf. l. meum p. 232. Viro et feminae dicitur, quibus est, qui a rebus turpibus peragendis eos repellat. Sic Abu-Ahmruus proverbium explicavit.

٢٠ زِدْهَا عَلَى حَبَلٍ نَيْكًا

20. Ini eam, quamvis gravida est!

De viro avido, concupiscente dicitur.

٢١ زَالَ سَرْجُهُمْ عَنِ الْمَعَدِّ

21. Recessit sella eorum a latere equi.

Status eorum mutatus et corruptus est.

1) Metrum versus Thawil est. Conf. libr. m. p. 161.

٢٢ اَلزِّيَادَةُ فِي اَلْحَدِّ نُقْصَانٌ مِنَ اَلْمَحْدُودِ

22. Augmentum in termino rei terminatae detrimentum est.

Monet proverbium, ne in laude modum excedamus.

٢٣ اَلزَّيْتُ فِي اَلْعَجِينِ لَا يَضِيعُ

23. Oleum in farinae massa non perit.

De eo dicitur, qui propinquis benefacit. Ad metrum Sarih referri potest. Conf. l. m. p. 246.

٢٤ زَقَّهُ زَقَّ اَلْحَمَامَةِ فَرْخَهَا

24. Aluit eum sicut rostro inserto pullum suum columba alit.

De eo, qui propinquum summa cum diligentia educat, adhibetur.

٢٥ اَلْأَزْوَاجُ ثَلَاثَةٌ زَوْجُ بَهْرٍ وَزَوْجُ دَهْرٍ وَزَوْجُ مَهْرٍ

25. Coniuges tres sunt: coniux pulchritudinis, coniux temporis, coniux dotis.

Coniux pulchritudinis ea est, quae pulchritudine sua oculos vicit; coniux temporis contra temporis vicissitudines et calamitates solatium affert; e coniuge dotis nulla utilitas nisi dotis capitur.

٢٦ زَنْدٌ كَبَا وَبَنَانٌ أَجْذَمُ

26. Igniarium, quod ignem non emisit et digiti eius, cuius manus amputata est.

In eum dicitur, a quo bonum non speratur.

٢٧ زُلْنَا وَزَالَ اَلدَّهْرُ فِي بُرَادٍ

27. Non cessavimus nos et tempus in infirmitate esse.

Vocabulum بِرَاء »debilitatem corporis, quae post morbum remanet,« designat. Dicit autem scholiastes negationem لا ante verba زِلْنا et زَالَ supplendam esse, ad quam ellipsin probandam versum Hamasae p. 694. citavit. Verti quoque potest. »Periimus et periit tempus nostrum in vita angusta.« Proverbium ad metrum Sarih referri potest. Conf. l. m. p. 246.

٢٨ أَزْمُولَةٌ فِي ٱلْمَلَقِ ٱلْمُمْنِعِ

28. Vociferans caper montanus in petris glabris, inaccessis.

Proverbium, quod ad metrum Redjes (cf. l. m. p. 230) referri potest, debilem designat, qui in robusti tutela est.

٢٩ زَلَّةُ ٱلْعَالِمِ يُضْرَبُ بِهَا ٱلطَّبْلُ وَزَلَّةُ ٱلْجَاهِلِ يُخْفِيهَا ٱلْجَهْلُ

29. Lapsus docti tympano nunciatur, sed lapsum ignorantis ignorantia occultat.

٣٠ زِيَادَةُ ٱلْكَرِشِ

30. Augmentum ventriculi.

In eum dicitur, qui omni virtute destitutus in nulla re utilem se praebet.

٣١ زَوَايِدُ ٱلْأَدِيمِ

31. Additamenta cutis.

Pedes sunt, qui abiiciuntur. Virum inutilem designat.

٣٢ زَلَّةُ ٱلرَّأْيِ تُنْشِئُ زَلَّةَ ٱلْقَدَمِ

32. Lapsus consilii lapsum pedis producit.

Vitium designat, quod a prudente et cauto committitur. Loco vocis تنشى, quod in codicibus Lugd. Berol. et Poc. legitur, in meo تنسى est.

٣٣ أَزْهَدُ ٱلنَّاسِ فِي ٱلْعَالِمِ جِيرَانُهُ

33. Docti societatem vicini maxime fugiunt. Conf. C. XXIV, 122.

Forma comparativi.

٣٤ أَزْكَنُ مِنْ إِيَاسٍ

34. Intelligentior, quam Ijasus.

Ijasus ben-Moahwijjah ben-Korrah Masenita per anni tempus ab imperatore Ohmaro ben-Ahbd-Alahsis praefectus in oppido Bazra iudicis muneri praecrat tum divinando tum ingenii acumine clarus. Multis autem rebus istam mentis virtutem probavit, ut Almadajenius istas libro inscripto كتاب زكن اياس »Liber divinationis Ijasi« descripserit. Nonnulla memorare placet. Audiens canis latratum dixit, canem ad putei marginem adligatum esse. Res revera se ita habebat. Interrogatus, quomodo rem scire potuerit, respondit: Se sonum ex uno eodemque loco audivisse, et postea sonum repercussum. Videns vestigia cameli herbas depascentis dixit, camelum istum unum tantum oculum habere et interrogatus, quomodo sciret, respondit, quod in uno tantum latere camelus herba depaverit. Advenerant ad eum, ut iudicium faceret, duo viri, quorum unus ab altero ipsi traditam pecuniam reposcebat, alter autem se pecuniam accepisse, negabat. Unum quum interrogasset, quonam in loco alteri pecuniam tradidisti? et quum ille respondisset, se apud arborem pecuniam tradidisse, hunc ad istam ar-

borem ire iussit, ut rem accuratius sibi in mentem revocaret; alterum autem apud se retinuit. Tum tempore post remanentem interrogavit, putasne, socium tuum ad arborem iam pervenisse, et quum alter nil cogitans responderet, minime, non est inde multum remotus, eum deceptorem esse cognovit. Eum septuaginta sex annos natum diem supremum obiisse narrant. Poeta in versu ingenii acuminis, quo ille pollebat, mentionem fecit, dicens:

أَقْدَامُ عَمْرٍو فِي سَمَاحَةِ حَاتِمٍ فِي حِلْمِ أَحْنَفَ فِي ذَكَاءِ إِيَاسِ

»Audacia Ahmrui cum liberalitate Hatimi, cum mansuetudine Ahnafi, cum ingenii acumine Ijasi.«

٣٥ أَزْنَى مِنْ هِرٍّ

35. Frequentius scortans, quam Hirra.

Hirra erat Iudaea, filia Iamini ex Hadramauto oriunda. Una earum erat, quae morte Mohammedis gavisae sunt. Almohadjirus ben-Abi-Omajjah praefectus Mohammedis eam cepit et manibus truncavit.

٣٦ أَزْنَى مِنْ قِرْدٍ

36. Frequentius scortans quam Kirdus.

Alhaitsamus Kirdum ben-Moahwijjah e gente Hudsail ortum fuisse virum tradidit. Virum istum ad Mohammedem cum suis venisse narrant, ut se Mohammedis sectatorem faceret, si ipsi scortum permitteretur. Quum Mohammedes rem ipsi non concessisset, re infecta rediit. Aliis autem قِرْد simii nomen in proverbio est.

٣٧ أَزْنَى مِنْ هَجَرِسٍ

37. Magis scortans quam simius.

In vocabuli هَجَرِس significatione non consentiunt interpretes. Aliis simius est, aliis ursus, ut proverbii sensus sit: Magis scortans, quam ursus. Cum hoc Kamusi auctor consentit.

٣٨ أَزْنَى مِنْ سِجَاحٍ

38. Magis scortans quam Sidjahi.

Sidjahi, sic enim in lingua Arabica vox enuncianda est, mulieris nomen erat e gente Tamim ben-Morrah oriundae, quae se prophetim esse dixit. Quae quum ad Mosailemam prophetam falsum adducta esset, se ei tradidit, quapropter et proverbio dicitur: اغلم من سجاح »Libidinosior, quam Sidjahi.«

٣٩ أَزْهَى مِنْ غُرَابٍ

39. Superbior quam corvus.

Quia modo superbo, dum se adspicit, incedere solet. Cecinit poeta:

أَلَجُّ لَجَاجًا مِنَ الْخُنْفَسَاءِ وَأَزْهَى إِذَا مَا مَشَى مِنْ غُرَابِ

»Pertinacior quam scarabaeus et superbior, quando incedit, quam corvus.«

Versus metrum Motakarib est. Conf. libr. m. p. 281.

٤٠ أَزْهَى مِنْ وَعِلٍ

40. Superbior quam caper montanus.

٤١ أَزْهَى مِنْ طَاوُسٍ وَمِنْ دِيكٍ وَمِنْ ذُبَابٍ وَمِنْ ثَوْرٍ وَمِنْ ثَعْلَبٍ

41. Superbior quam pavo; quam gallus gallinaceus; quam musca; quam taurus; quam vulpes.

٤٢ أَزْنَى مِنْ ضَبُوعٍ وَمِنْ قِطٍّ وَمِنْ حَمَامَةٍ

42. Magis scortans, quam felis mas; quam felis mas; quam columba.

Proverbia recentiora.

٤٣ زَكَاةُ ٱلنِّعَمِ ٱلْمَعْرُوفُ

43. Beneficium est eleemosyna pro opulentia data.

٤٤ زَكَاةُ ٱلْبَدَنِ ٱلْعِلَلُ

44. Morbi sunt eleemosyna corporis.

Comparari videntur morbi cum parte opum, quae religionis causa ad reliquas purificandas dantur.

٤٥ زَلَّ حِمَارُكَ فِي ٱلطِّينِ

45. Lapsavit in luto asinus tuus.

٤٦ زَادَ فِي ٱلطُّنْبُورِ نَغْمَةً

46. Auctus est in cithara sono uno.

٤٧ زَادَ فِي ٱلشَّطْرَنْجِ بَغْلَةً

47. Auctus est in latrunculorum ludo mulo.

Haec duo proverbia, nisi fallor, significant, eum modum iustum excedere.

٤٨ زَلَقَ ٱلْحِمَارُ وَكَانَ مِنْ شَهْوَةِ ٱلْمُكَارِي

48. Lapsavit pede asinus et erat ob cupiditatem locatoris.

٤٩ زَامِلَةُ ٱلْأَكَاذِيبِ

49. Camelus onerarius mendaciorum.

Sic mendax cognominatur.

٥٠ زَكَاةُ الْجَاهِ رِفْدُ الْمُسْتَعِينِ

50. Eleemosyna dignitatis est beneficium, quod auxilium petenti datur.

٥١ زُجَاجَتُهُ لَا تَقْوَى لِصَخْرِي

51. Res vitrea eius petrae meae firma non est.

٥٢ زَلَّةُ اللِّسَانِ لَا تُقَالُ

52. Lapsus linguae non condonatur.

٥٣ زُمَّ لِسَانَكَ تَسْلَمْ جَوَارِحُكَ

53. Liga linguam tuam et membra tua sana erunt.

٥٤ زَيْنُ الشَّرَفِ التَّغَافُلُ

54. Decus nobilitatis est se negligentem ostendere.

Quod si quis nobilis ita se gerit, ut suam nobilitatem negligere videatur, hoc ei decori est.

٥٥ الزَّوَارِيقُ لَا تُشْتَرَى أَوْ تُدْفَعُ

55. Cymbae non emuntur aut propelluntur.

Cymbas emis, ut eas propellas.

٥٦ الزَّرِيبَةُ الْخَالِيَةُ خَيْرٌ مِنْ مَلْئِهَا ذِئْبًا

56. Caula gregis vacua melior est, quam lupo impleta.

٥٧ الزَّمَانَةُ عَدَمُ الْأَمَانَةِ

57. Pecoris interitus est securitatis defectus.

Quod si temporis calamitate pecora intereunt, nemo securus est.

٥٨ اَلزَّبُون يَفْرَح بِلَا شَئ

58. Stultus nulla re laetatur.

Id est: *Laetatur*, dum laetitiae causa non est. Sed in Haririi opere p. 66. legitur: الزبون يفرح بادنى شى »Stultus ob levissimam rem laetatur.« Sed in Haririi opere verbis hic quoque sensus inesse posse dicitur: »Mercaturam faciens ex minima re gaudium capit.«

Caput XII.

Littera Ssa.

١ سَبَقَ السَّيْفُ الْعَذَلَ

1. Gladius reprehensionem praecessit.

Verba haec Dhabbahus ben-Odd dixit, quum vituperaretur, quod filii sui interfectorem mense sacro occidisset. Alii autem verba ista Hosaimo ben-Naufal Alhamdani adscribunt. Conf. C. VI, 29. Ad hoc proverbium Djerirus versu adludit:

تُكَلِّفُنِي رَدَّ الضَّرَائِبِ بَعْدَ مَا سَبَقْنَ كَسَبْقِ السَّيْفِ مَا قَالَ عَاذِلُهْ

»Tu me iubes ictus repellere, postquam praecesserunt quemadmodum gladius verba vituperatoris praecessit.«

Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

٢ سَقَطَ الْعَشَاءُ بِهِ عَلَى سِرْحَانِ

2. Cibus vespertinus eum lupo obiecit.

Vario modo proverbium ab interpretibus explicatur. Abu-Ohbaidus dixit, virum quendam exiisse quaerentem cibum vespertinum et a lupo lacceratum esse. Alazmäihus iumento rem accidisse contendit. Conf. pr. 89. Ebn-Alahrabius dixit, virum e gente Ghani oriundum, cui nomen Sirhan (lupus) ben-Hasahah, hominibus multum terrorem iniecisse, quum strenuus et audax esset. Quod quum vir quidam audivisset, se Sirhanum non timere glorians in

vallem quandam camelos pastum deduxit et ibi a Sirhano occurrente occisus est. Sirhanus autem hos versus dixisse fertur:

أَبْلِغْ نُصَيْحَةَ أَنَّ رَاعِيَ إِبْلِهَا سَقَطَ ٱلْعَشَاءُ بِهِ عَلَى سِرْحَانِ

سَقَطَ ٱلْعَشَاءُ بِهِ عَلَى مُتَقَمِّرٍ طَلِقِ ٱلْيَدَيْنِ مُعَاوِدٍ لِطِعَانِ

»Perfer nuntium Nozaihae, eius camelorum pastorem vespera in Sirhanum incidisse, incidisse vespera in egredientem luna lucente, promtas manus habentem, confodiendo assuetum.«

Versuum metrum Camil est. Conf. l. m. p. 212. Proverbium eius hemistichium est.

٣ سَرَتْ ٱلَيْنَا شَبَادِعُهُمْ

3. Noctu ad nos pervenerunt scorpiones eorum.

Noctu vel clam contumeliis et malis nos adflixerunt. Lingua cum scorpione comparatur. Dixit poeta Aldjohdi:

يُخْبِرُكُمْ أَنَّهُ نَاصِحٌ وَفِي نُصْحِهِ ذَنَبُ ٱلْعَقْرَبِ

»Nunciat vobis, se esse sincerum; sed in eius sincero consilio cauda scorpionis est.«

Versus metrum Motakarib est. Conf. l. m. p. 281.

٤ سَدَّ ٱبْنُ بَيْضٍ ٱلطَّرِيقَ

4. Ebn-Baidhus viam obstruxit.

Alii viri nomen Ebn-Bidh enunciant. Alazmäihus dixit, virum quendam tempore antiquo in faucibus pedum nervis incisis camelam prostravisse, ut, quominus ista via incederent, homines impediret. Almofadhdhelus autem narravit, Ebn-Bidhum fuisse mercatorem divitem, quem Lokmanus ben-Ahd, ea conditione ut ipsi auxilii pretium solveret, in mercatura defendisset. Illud autem constitutum pretium eum in faucibus deposuisse, e quibus id Lokma-

nus auferret. Die autem, quo illud ibi depositum vidisset, Lokmanum ista proverbii verba dixisse significaturum, mercatorem deposito pretio ipsum impedivisse, quominus in familiam et opes invaderet. Huiusce rei poeta in versu mentionem fecit:

سَدَدْنَا كَمَا سَدَّ ٱبْنُ بَيْضٍ طَرِيقَهُ فَلَمْ يَجِدُوا عِنْدَ ٱلثَّنِيَّةِ مَطْلَعَا

»Obstruximus viam, quemadmodum Ebn-Baidhus viam suam obstruxit et apud clivum locum adscendendi non invenerunt.«

Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

٥ سعد أم سعيد

5. Sahdus an Soaihdus?

Erant filii Dhabbae ben-Odd. cf. C. VI, 29. Proverbium designat, quendam de cognatis esse sollicitum, et interrogare, num bona an mala sit conditio. Tum verbis utuntur, ut bonum aut malum significent. Narrant, Alhadjdjadjum interrogasse Kotaibahum ben-Muslim, quum hic uxorem duxisset, his verbis: سعد أم سعيد »num pulchra an foeda (est)?« Abu-Tammamus autem hunc versum dixit:

غَنِيتُ بِهِ عَمَّنْ سِوَاهُ وَحُوِّلَتْ عِجَافُ رِكَابِي عَنْ سُعَيْدٍ إِلَى سَعْدِ

»Quum eum possideam reliquis carere possum et macilenti cameli mei ab inopia ad pabuli copiam translati sunt.«

Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161. In Kamusi opere proverbio signum interrogandi ؟ est.

٦ سَاوَاكَ عَبْدُ غَيْرِكَ

6. Aequalis et par tibi est servus alienus.

Proverbium alteri simile est: عبد غيرك حر مثلك »Servus alienus est liber, sicut tu.« Id est: Servus viri alius, quum mandatis et interdictis tuis obsequium praestare

non debeat, libertate ista tibi par est. De eo proverbium dicitur, qui se alio praestantiorem habet. cf. C. XVIII, 6.

٧ اَلسَّرَاحُ مِنَ النَّجَاحِ

7. Denegare rem est modus quidam perficiendi.

Quod si rem tibi necessariam a quodam petis, ille autem rem praestare non potest, convenit, ut statim spe te deiiciat, nam hoc tibi utile erit ad rem perficiendam. Conf. Djeuh. opus s. سرح.

٨ أَسْمَحَتْ قَرُونَتُهُ

8. Lenis et obsequens facta est eius anima.

Anima cum iumento refractario comparatur, quod tandem se submittit. Id est: Dubiis remotis consilium cepit. Conf. Kam. et Djeuh.

٩ سَوَاسِيَةٌ كَأَسْنَانِ الْحِمَارِ

9. Omnino aequales sicut dentes asini.

Hemistichium metri Wafir est. Conf. libr. m. p. 204. Alii vocem سواسية esse pro سواسى, mutata una littera ى in ة, alii ex duabus سواء aequalis et سى aequalis compositam vocem esse contendunt. Compositis autem duobus significatione aequalibus vocabulis significationis vis aucta videtur. Rem aequalem et vilem designare videtur. Simili ratione dicitur: سواسية كاسنان المشط »Omnino æquales, ut dentes pectinis.« Cecinit Cotsajjirus:

سَوَاءٌ كَأَسْنَانِ الْحِمَارِ فَلَا تَرَى لِذِى شَيْبَةٍ مِنْهُمْ عَلَى نَاشِئٍ فَضْلَا

»Aequales ut dentes asini et non vides senem eorum adolescenti praestare.«

Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

Simili modo in versu Alchansaae:

فَٱلْيَوْمَ نَحْنُ وَمَنْ سَوَّانَا مِثْلَ أَسْنَانِ ٱلْقَوَارِحْ

»Hodie nos et caeteri similes sumus dentibus quinquennium equorum.«

Versus metrum Camil est. Conf. libr. m. p. 214. Proverbium autem hemistichium metri Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

١٠ سَكَتَ أَلْفًا وَنَطَقَ خَلْفًا

10. Millies tacuit, tum malum (verbum) protulit.

Ibn-Alahrabius proverbium sic explicavit. Arabs quidam campester quum pepedisset, praesentibus ista verba digitum ad podicem intendens dixit. Verba سكت الفا sunt pro سكت الف سكتة.

١١ أَسَاءَ سَمْعًا فَأَسَاءَ جَابَةً

11. Male audivit et male respondit.

Proverbium, quod metrum Redjes habet (cf. l. m. p. 230), de viro adhibetur, qui verba male audiens falso respondet. Legitur quoque: ساء سمعا فاساء جابة. In hoc ساء eodem modo, quo بئس intelligendum est, ut سمعا accusativus explicandi causa, id quod Arabum grammatici تمييز appellant, appositus sit. Cf. De Sacy Gram. Ar. T. II. pg. 224. ed. alt. Almofadhdhelus verba ista Sohailo ben-Ahmru fratri gentis Banu-Ahmir ben-Lawi (لوى) adscripsit[1]). In matrimonium duxerat Zafijjam filiam Abu-Sahl (al. Djahl جهل) ben-Hescham, e qua Insus ben-Sohail natus est. Die quodam quum pater cum filio, quem antea obiurgaverat, foras exiens in colliculo Meccæ staret, Alachnasus ben-Scharik Tsakefita accessit interrogans. Quis hic est? Pater respondit: Filius meus. Tum Alach-

1) Alii proverbii verba Dsu-l'Azbaho Alahdawani adscribunt. Scharaf-Aldin.

nasus dixit: حياك الله يا فتى Deus te conservet, filiole mi[1])! At filius dixit: Non, per Deum, mater mea domi non est, ad Omm-Hentselam abiit, ut moleret. Pater autem, filii verba excusaturus, ista verba dixit, quae postea in proverbium venerunt. Pater domum redux, filius tuus apud Alachnasum hodie contumelia me affecit, uxori dixit, verba repetens. Tum mater, filius meus puer iam est. Ad quae Sohailus respondit: اشبه امرء بعض بزه »Similis est vir cuidam supellectili suo« quod dictum in proverbium cessit.

١٢ سُقِطَ فِي يَدِهِ

12. Cecidit in manum eius.

Grammatici de proverbio non consentiunt. Nonnulli سقط et اسقط cum vocalibus formae passivi admittunt, dum Alferräus prius praeferendum esse censet, Abu-Ahmruus autem اسقط dici posse negat. Hic autem loquendi modus, a poetis ante Mohammedem non adhibitus primum in Corani libro (Sur. VII. v. 148.) reperitur. Posteriores, ex. gr. Abu-Nowasus, cum haud recto modo adhibuerunt, quoniam سقطت فى يدى »poenitentiam egi« dixerunt, qui passivi utendi modus in verbis intransitivis licitus non est. In Corani libro quidam verbo activi vocales tribuit. Loquendi autem modum diverso modo explicant. Sunt, qui dicant الندم (poenitentiam) esse verbi subiectum; sed haec explicandi ratio nonnisi cum verbo activo admitti potest. Alii statuunt, يد manum esse pro poenitentia dictum, ut vir verbi subiectum habeatur. Maior denique interpretum pars proverbialem loquendi modum ab eo derivat, quod poenitentia ductus manum mordeat, ut viri poenitentiam agentis manus morsu laesa sit. Conf. Harir. pg. 418. et

1) In Scharaf-Aldini opere legimus, quendam, quum filium illum transeuntem videret, interrogasse: اين امك „Quo tendis? puerum autem audivisse: ubi mater tua est? et istis verbis respondisse.

Kam. v. سقط. De eo, qui rei poenitentiam agit, adhibetur.

١٣ سَقَطَ فِي أُمِّ أُدْرَاصٍ

13. Incidit in matrem murium.

ام ادراص »Mater murium« cognomen muris يربوع appellati est; quod calamitatem designat. Cecinit Thofailus:

وَمَا أُمُّ أُدْرَاصٍ بِلَيْلٍ مُضَلِّلٍ ۔ بِأَغْدَرَ مِنْ قَيْسٍ إِذَا ٱللَّيْلُ أَظْلَمَا

»Infortunium nocte in errorem ducente perfidior non est, quam Kaisus, quando nox tenebrosa est.«

Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

١٤ سَحَابُ نَوْءٍ مَاؤُهُ حَمِيمٌ

14. Nubes sideris ad occasum vergentis, cuius aqua fervida est.

Nubes talis sideris pluviam Arabibus promittit. Vocabulum حميم tum fervidæ tum frigidæ aquæ significationem habet. De homine dicitur, cuius adspectus pulcher est, lingua dulcis; sed in quo nulla est utilitas. Ad metrum Sarih referri potest. Conf. l. m. p. 246.

١٥ سَهْمُكَ يَا مَرْوَانُ لِي شَبِيعٌ

15. Sagitta tua, o Merwane, mihi lethifera.

Meidanius dixit, السهم الشبيع idem significare quod القاتل (occidens); se autem vocem hanc nonnisi in hoc proverbio invenisse et se nescire, quid revera esset. Proverbium autem reperiri inter proverbia Alazthachrii, qui explicandi causa addidisset: يضرب لسفيه يتبذى على حليم اى اعدل بسهمك الى ما يباذيك »Adhibetur in stultum, qui contra intelligentem obscoenis verbis utitur i. e. dirige sagittam tuam contra id, quod tibi obscoenis verbis opponitur.« Sed in codice Lugdun. legitur الى من »in eum, qui obscoenis

verbis te petit.« Proverbium ad metrum Sarih referri potest. Conf. l. m. p. 246.

١٦ اَلسِّرُّ أَمَانَةٌ

16. Secretum est depositum.

Quod si quis secretum nobiscum communicat, id a nobis depositi loco habendum est, ut nonnisi ei, qui dedit, reddatur. Poetae, ne animi secreta proferrentur, saepius monuerunt. Sic in hoc versu:

وَسِرُّكَ مَا كَانَ عِنْدَ اِمْرِءٍ وَسِرُّ اَلثَّلَاثَةِ غَيْرُ اَلْخَفِي

»Secretum tuum est, quamdiu apud unum virum est; et secretum trium non occultum est.«

Et in hoc versu:

وَلَا تُفْشِ سِرَّكَ اِلَّا عَلَيْكَ فَاِنَّ لِكُلِّ نَصِيحٍ نَصِيحَا

»Nonnisi tibi ipsi secretum tuum profer; nam cuilibet amico est amicus.«

Versuum metrum Motakarib est. Conf. l. m. p. 281.

١٧ اَسْنَتُ اَلْبَايِنِ أَعْلَمُ

17. Podex mulgentis magis gnarus est.

De significatione vocis بايِن non consentiunt. Dicunt eum esse, qui, dum mulgeatur, a cameli latere sinistro sit; virum a latere cameli dextro معلى aut مستعلى appellari, quod hic mulctrum teneat, alter autem mulgeat. Alii contrarium esse contendunt. Duo autem mulgendo camelo occupati sunt. Proverbio et alium sensum quam hoc in loco a Meidanio tributum esse, e scholiis proverbii alius colligere licet. Proverbii autem verba Alharitso ben-Thsalim adscribuntur. Aldjomaihus, cuius nomen Monkids ben-Althammach est, camelos amissos, quos quaesitum exierat, in gente Morrah invenit. Ut eos recuperaret, opem Alharitsi ben-Thsalim Morritae implo-

ravit. Misit hic praeconem, qui, ut redderentur, nuntiaret. Omnes reddebantur excepta una camela. Hanc autem invenit, dum duo viri ea mulgenda occupati erant. Utrumque ab ea recedere iussit gladio invadens. Quum interim is, qui a latere sinistro (البايين) esset, crepitum ventris emisisset, et a latere dextero stans dixisset: Camela, per Deum! tibi non est; Alharitsus proverbii verbis respondit. In eum dicitur proverbium, qui re occupatus eius meliorem notitiam habet, quam qui eam non tractavit. Scharaf-Aldinus dixit, proverbium adhiberi de viro, qui cognitione praeditus rem agat et cum studio et cura eam aggrediatur; aliis autem adhibetur de re, quae negatur, dum testis eius praesens est. Modo diverso res C. XX, 95. narrata est. conf. Samachschar. Illum autem explicandi modum Scharaf-Aldinus secutus rem prolixius narravit.

١٨ أُسْتٌ لَمْ تَعْوِدِ الْمِجْمَرَ

18. Podex thuribulo adsuefactus non est.

Proverbii originem sic narrant. Mawijjam filiam Ahfseri reginam, cui vellet, nupsisse narrant. Solebat autem satellites Hiram mittere, ut inde formosissimum adducerent. Hatimum ben-Ahbd-Allah Thajjitam adduxerunt, cui regina, ut in lectum præcederet, imperavit. Is autem proverbii verba dixit significaturus, se esse Arabem campestrem odoribus non adsuetum. De viro proverbium adhibetur, qui molli vita, cui adsuefactus non est, utitur. Samachschar.

١٩ اِسْتُهُ أَضْيَقُ مِنْ ذٰلِكَ

19. Podex eius angustior est, quam illud.

Mohalhelus frater Colaibi verba ista dixit, quum Hammamus ben-Morrah ei nuntiasset, fratrem suum Djassasum ben-Morrah occidisse Colaibum. In Kamusi opere legitur: انتم اضيق استاها من ان تفعلوه »Podices vestri angustiores sunt, quam ut id faciatis.«

٢٠ سَاعِدَاىَ أَحْرَزُ لَهُمَا

20. Brachia mea eas (soleas) magis custodiunt.

Verba haec Malicus ben-Said Manat ben-Tamim dixit. Rem sic narrant. Virum hunc, qui stultus esset, frater Sahdus ben-Said cum Navara filia Halli (حل) ben-Ahdi matrimonio iungere volebat. Quum mulier in illius domum introducta esset, Sahdus eum quoque in domum intrare iussit. Malicus saepius facere recusavit; tandem intravit. Quum mulieri adpropinquasset, illa soleas, quas brachiis duobus appensas tenebat, ut deponeret, eum adhortata est. At rem non faciens proverbii verbis respondit. Tum ille, quum aromata in podicem inderet, a suis, quid faceret, interrogatus: استى اخبثى »Podex meus impurior mei pars est« dixit. Haec quoque verba in proverbium venerunt.

٢١ أَسْقِ أَخَاكَ ٱلنَّمِرِىَّ

21. Potum praebe fratri tuo Nameritae!

Kamusi autem auctor يصطبح »ut potum matutinum bibat« addit. Abu-Ohbaidus rem sic narravit. Vir quidam e gente Alnamir ben-Kasith una cum Caahbo ben-Mama iter fecit. Tanta autem aquae inopia erat, ut glareis ad definiendas aquae portiones uterentur. Quum bibendi series ad Caahbum venisset, Namerita cum adspexit. Caahbus eius mutis precibus commotus suam aquae portionem Nameritae praebere distribuentem iussit. Sic Caahbus facere perrexit, donec aquae nil superesset et ipse siti periret. Proverbium autem in eum adhibetur, qui repetitis vicibus rem petit. Conf. prov. اجود من كعب. C. V, 156.

٢٢ أَسْقِ رَقَاشِ إِنَّهَا سَقَّايَةٌ

22. Potum praebe Rakaschiae, nam aliis potum ea dare solet.

Proverbio metrum Redjes est. Conf. libr. m. p. 230. Rakaschi (sic enim vox enuncianda est) feminae nomen est. Proverbium beneficia beneficiis pensanda esse docet.

٢٣ اُسْتُنَّتِ ٱلْفِصَالُ حَتَّى ٱلْقَرْعَى

23. Currunt cameli pulli ablactati et ipsi pustulis albis laborantes.

Proverbio metrum Sarih est. Conf. libr. meum p. 246. Legitur quoque حتى القريعى, quam vocem alterius deminutivi formam esse puto. Sic quoque in Samachscharii opere legitur. Quando cameli pulli, qui sani sunt, currunt, hoc videntes pulli, qui pustulis albis laborant, illos sanos imitantes currunt; sed viribus ad currendum necessariis destituti procidunt. De eo dicitur, qui cum eo sermonem confert, quocum summa dignitate praedito coram verba facere non decet. Meid. vel potius de eo, qui suae conditioni non convenientem rem agit. Scharaf-Aldin. conf. Harir. p. 40. schol. et 413. text.

٢٤ سَرْحَانُ ٱلْقَصِيمِ

24. Lupus loci arenosi, in quo arbores Gadha appellatae sunt.

Proverbio eadem ratio est, quam alteri ذيب الغضا Conf. C. IX, 8.

٢٥ سَمِّنْ كَلْبَكَ يَأْكُلْكَ

25. Pinguefac canem tuum, te vorabit.

Conf. C. III, 127. Legitur quoque اسمن; sensus idem. Hasimus ben-Ahbd-Almondsir Alhammani ad castra Hamdanidarum transiens in fasciis involutum invenit puerum, quem misericordia commotus secum in equo portavit et servae nutriendum dedit. Quum ille puer adultus esset, ei Hasimus camelos ovesque pascendos tradidit et Djohaischi nomen imposuit. Adolescens pulcher erat, hario-

landi scientiam possidebat et versus componebat. Hasimo autem filia erat Rauhm appellata, quæ adolescentem amabat, et ab eo amabatur. Die quodam pater, cui suspicio inciderat, invenit eos amplexu se tenentes. Quod quum vidisset, iratus verba dixit, quae postea in proverbium venerunt et gladio in eum irruit. Fuga adolescens evasit et ad gentem Hamdanidarum se recepit. Pater a persequendo rediens et filiam quaerens dixit: موت الحرة خير من العرة »Mors liberae melior est, quam crimen;« sed eam strangulatam invenit. Dixit autem: هان على الثكل لسوء الفعل »Orbitatem leviter fero ob pravum factum,« quae quoque verba in proverbii consuetudinem venerunt. Alii dicunt, virum fuisse e gente Thesm, qui canem bene nutriret spe commotus fore, ut eum ad venandum adhiberet. Quodam autem die canis quum cibum non accepisset, dominum intrantem laceravit. Canis illius in versibus hisce Tharafahus mentionem fecit:

كَكَلْبِ طَسْمٍ وَقَدْ تَرَبَّبَهُ يَعْلُهُ بِٱلْحَلِيبِ فِي ٱلْغَلَسِ

ظَلَّ عَلَيْهِ يَوْمًا يُقَرْقِرُهُ إِلَّا يَلَغْ فِي ٱلدِّمَاءِ يَنْتَهِسِ

»Ut canis Thesmi, quem educaverat nocte obscura lac bibendum iteratis vicibus porrigens, aliquando eum lacerabat; si sanguinem non lambit, dentibus eum mordet[1].«

Dixit Auhfus ben-Alahwaz:

فَإِنِّي وَقَيْسًا كَٱلْمُسَمِّنِ كَلْبَهُ فَخَدَّشَهُ أَنْيَابُهُ وَأَظَافِرُهْ

»Ego et Kaisus similes sumus viro, qui canem suum pinguefecit. Tum autem dentibus et unguibus eum (canis) laceravit.« Metrum versus Thawil est. Cf. l. m. p. 161.

٢٦ أَسَافَ حَتَّى ما يَشْتَكِي ٱلسَّوَاف

26. Pecora morte amisit, sed de calamitate non queritur.

1) Versuum metrum Monsarih est. Conf. l. m. p. 255.

De eo dicitur, qui fortunae vicissitudines patienter fert. Conf. Kam. s. v. سوف.

٢٧ سِرْ وَقَمَرٌ لَكَ

27. Iter fac, nam luna tibi est.

Hortatur nos proverbium, ut occasionem arripiamus. Altera est lectio اسرِ (a سرى) »iter fac nocturnum.« Sic quoque in Scharaf-Aldini et Samachscharii opere legitur.

٦٨ أَسَائِرَ ٱلْيَوْمِ وَقَدْ زَالَ ٱلظُّهْرُ

28. Num huiusce diei pars reliqua est et tempus postmeridianum praeteriit.

Vox سائر a radice سئر »reliquus, residuus est« derivatur. Iunusus proverbii originem sic narravit: Gens, in ipsam incursione hostili facta, ad patrueles suos auxilium rogans miserat. Cunctabantur autem auxilium ferentes, ut, quum advenirent, amici omnes in captivitatem abducti essent. Rogantibus ubi amici essent, proverbii responsum datum est. Proprie de viro dictum, qui proficiscendi tempus praetermisit, in eum transfertur, qui occasione attingendi praetermissa, rem cupit. Scharaf-Aldin.

٢٩ سَالَ ٱلْوَادِي فَذَرْهُ

29. Fluit (vallis) alveus; eum igitur relinque!

In eum dicitur, qui modum in re excedit. Eius agendi ratio cum valle vel alveo aqua omnino impleto comparatur.

٣٠ أَسَاءَ رَعْيًا فَسَقَى

30. Male pavit; tum bibendum pecori dedit.

Pastor, qui sine cura pecus paverat, ita ut satiatum non esset, potum ei praebuit, ut venter impleretur et res cognosci non posset. In eum dicitur, qui rem non bene tractavit, tum eam correcturus peiorem reddit.

٣١ سَلُّوا ٱلسُّيُوفَ وَسَلَلْتَ ٱلْمُنْتِنَ

31. Gladios destrinxerunt et tu gladium nullius pretii eduxisti.

Samachscharius in proverbio واستللت habet; sed noster legendi modus praeferendus videtur, quia in versu sic legitur:

سَلُّوا ٱلسُّيُوفَ وَقَدْ سَلَلْتَ ٱلْمُنْتِنَا فَضَرَبْتُ أُولَى ٱلْقَوْمِ ضَرْبًا مُثْخِنَا

»Strinxerunt gladios et iam gladium vilem strinxeras. Ego vero principes gentis ictu gravi confodi.«

Voci منتن gladii pravi significationem habere contendunt. Samachscharius in proverbio nec non المنتل, cui voci gladii pravi aut pugionis significationem tribuit, legi dixit. De viro, qui ipse nullius pretii viros praeclaros imitatur, ut iis adnumeretur, proverbii verba adhibent.

٣٢ سَوَاءٌ عَلَيْنَا قَاتِلَاهُ وَسَالِبُهْ

32. Nihil nobis differre videntur eius duo occisores et eius praedator.

Proverbium hemistichium posterius versus metri Thawil est, cuius prius fuisse dicitur:

فَمُرَّا عَلَى عُكْلٍ نُقَضِّ لُبَانَةً

»Transite vos ambo ad Ohclum, ut rem necessariam perficiamus!«

Proverbii sensus hic esse dicitur: Quum virum vides, qui virum praedatur, ex ista re cognosces, eum alterum antea occidisse. Proverbium de male facto adhibent, quod huic peius factum antecessisse indicat. Proverbio autem Moahwijjahus usus est, quum Ohtsmanus occisus esset.

٣٣ سَاجَلَ فُلَانٌ فُلَانًا

33. Aemulatus est unus alteri.

Verbum ساجل proprie in eo adhibetur, quod unus cum altero situlam ex puteo extrahit, ut, qui ante alterum facere abstineat, victus sit. Res in certamen de gloria translata est. Cecinit Alfadhlus ben-Alahbbas ben-Ahtabah ben-Abi-Lohab, qui tempore Ferasdaki vixit:

مَنْ يُسَاجِلْنِى يُسَاجِلْ مَاجِدًا يَمْلَأُ ٱلدَّلْوَ إِلَى عُقْدِ ٱلكَرَبْ

»Qui me aemulatur, is gloria conspicuum aemulatur, qui situlam usque ad nodum funis implet.«

٣٤ سَبَقَ دِرَّتُهُ غِرَارَهُ

34. Lac eius abundans lac eius paucum praecessit.

Malum eius ante bonum eius fuit. De eo adhibetur, qui malefecit, antequam benefecerat. Samachschar. Quum secundum grammatices regulas, ne ambiguitas oriatur, subiectum verbi obiecto praecedat, necesse sit, vix video, quomodo sensus, qui a Samachschario proverbio tribuitur, verbis inesse possit; lactis enim copia beneficium, parum lactis malefactum significare videtur. Grammatices autem nulla ratione habita si vertitur; »Lac paucum eius lac eius abundans praecessit,« ut lac paucum verbi subiectum sit, res verbis apta esse videtur.

٣٥ سَبَقَ مَطَرُهُ سَيْلَهُ

35. Praecessit pluvia eius torrentem eius.

In cum dicitur, cuius factum minae praecedunt.

٣٦ سَرْعَانَ ذَا إِهَالَةً

36. Celeriter illud, dum est adeps.

Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. meum p. 232. Vir quidam ovem emaciatam, ut mucor ob maciem e naribus efflueret, habebat. Viro, quid esset, interroganti, respondit, ovis adipem esse. Tum interrogans verba, quae postea in proverbium venerunt, protulit. Verba au-

tem sic explicant: سرع هذا الرعام حال كونه اهالة »Celer est hic mucor, dum est adeps liquatus.« De viro dicitur, qui rem ante tempus nuntiat. cf. Kam. s. سرع.

٣٧ سَمْنُكُمْ هُرِيقَ فِي أَدِيمِكُمْ

37. Butyrum vestrum effusum fuit in cutem vestram.

Sunt autem, qui voci اديم significationem vocis مادوم esse dicant. De eo dicitur, qui sibi commodo opes suas erogavit, et tum in alios beneficus haberi vult, ut aliis beneficia exprobret. Samachschar.

٣٨ سَمِنَ حَتَّى صَارَ كَأَنَّهُ الْحُوسُ

38. Pinguis fuit, ut dolio magno similis factus esset.

٣٩ سُوءُ حَمْلِ الْفَاقَةِ يَضَعُ الشَّرَفَ

39. Male paupertatem tolerare nobilitatem diminuit.

Loco vocis الشرف legitur الشريف nobilis. Nobilis ad paupertatem redactus si vili modo victum quærit, dignitatem suam perdit. Proverbii originem in verbis Actami ben-Zaifi vident: الدنيا دول فما كان منها لك اتاك على ضعفك وما كان منها عليك لم تدفعه بقوتك وسوء حمل الغنى يورث مرحا وسوء حمل الفاقة يضع الشرف والحاجة مع المحبة خير من البغضة مع الغنى والعادة املك بالادب »Mundus vicissitudinibus continctur. Pars eius bona tibi destinata, etsi debilis es, te attinget, partem eius malam robore tuo non repelles. Male ferre opulentiam, petulantiam gignit, male ferre paupertatem, nobilitatem diminuit. Penuria cum amore melior est, quam odium cum opulentia et consuetudo magis regnat per humanitatem.« Ausus ben-Haritsah filio suo dixit: خير الغنى القنوع وشر الفقر الخشوع »Optima opu-

lentia est contentum esse et pessima paupertas est se abiicere.«

٤٠. سَمِنَ كَلْبٌ بِبُؤسِ أَهْلِهِ

40. Pinguefactus est Calbus ob gentis suae calamitatem.

Calbus quum, ut pignus daret, postulatum esset, gentem suam pignori concessit, et eorum, quibus oppigneratus erat, pecore potitus gentem suam reliquit. Proverbium poeta in versu sequente respicere videtur:

وَفِينَا إِذَا مَا أَنْكَرَ الْكَلْبُ أَهْلَهُ غَدَاةَ الصَّبَاحِ الضَّارِبُونَ الدَّوَابِرَا

»Inter nos, quando Calbus gentem suam abnegat, tempore matutino viri sunt loricas percutientes[1]).«

Samachscharius autem voci كلب canis significationem in proverbio tribuit, ut vertendum sit »canis pinguis est ob calamitatem gentis suae,« canis enim, qui iumentorum cadaveribus vescitur, pinguis fit. Mulier quaedam virum vituperans sic dixit:

فَأَنْتَ كَكَلْبِ السُّوءِ فِي جُوعِ أَهْلِهِ فَيَهْزِلُ أَهْلَ الْبَيْتِ وَهْوَ سَمِينُ

»Tu es similis cani pravo tempore famis, qua gens eius adfligitur. Nam familia emaciatur, dum is pinguis est.«

٤١. اِسْتَكَّتْ مَسَامِعُهُ

41. Surdae sint eius aures!

Ne audiat res ipsum gaudio afficientes!

٤٢. اِسْمَحْ يُسْمَحْ لَكَ

42. Liberalis esto, et in te liberales erunt!

Voci اسمح et primae et quartae coniugationis vocales dantur. In consensu agendi rationis (في المواتاة والموافقة)

1) Metrum versuum Thawil est. Conf. libr. meum p. 161.

adhibetur. Meid. Sed in Samachscharii et Scharaf-Aldini operibus legitur فِي الْمساهلة »in lenitate, benignitate.«

٤٣ أَسَاءَ كَارِهٌ مَا عَمِلَ

43. Male fecit invitus id, quod fecit.

In eum dicitur, qui invitus rem aggreditur et hanc ob causam summam diligentiam non adhibet. Cecinit poeta:

وَلَا يَبْلُغُ الْحَاجَاتِ إِلَّا الْمُثَابِرُ

»Res sibi necessarias non assequitur nisi assiduus.«

Hemistichium metri Thawil est. Conf. l. meum p. 161.

٤٤ سِدَادٌ مِنْ عَوَزٍ

44. Gruma lactis in foramine uberis ex inopia.

Vocabulum سداد nomen esse dicunt a سد derivatum. Sunt autem, qui vocem cum vocali Fatha et Kesre enuncient. Alii vocalem Fatha omnino reiiciunt, alii vocalem Kesre praeferunt. Proprie rem designat, qua obturatur ex. gr. obturamentum ampullae; Meidanio autem est gruma lactis sicca, qua meatus mammae obturatur. Dicitur quoque: اصبت به سدادا من عيش »Per eum assecutus sum obturamentum victus« i. e. quo vitam tolerarem. Proverbium rem paucam designat, qua nos a paupertate et inopia defendimus. Conf. Kam. Dj. Samachschar. Harir. 373. Abulf. Ann. II, 136.

٤٥ سَبَّحَ لِيَسْرِقَ

45. Multum laudavit, ut furaretur.

Hypocrisin in agendo designat. Conf. prov. 68.

٤٦ سَلَأَتْ وَأَقَطَّتْ

46. Coquendo butyrum purificat et caseum mollem siccat (femina).

De eo dicitur, qui post inopiam alimentis abundat.

٤٧ أُسْتُرْ عَوْرَةَ أَخِيكَ لِمَا يَعْلَمُهُ فِيكَ

47. Fratris tui pudendum tege, quoniam statum tuum noscit.

Quod si alius vitia detegere studes, tua deteget.

٤٨ سَفِيهٌ مَأْمُورٌ

48. Stultus cui mandatum datum est.

Saahdus ben-Malic Cenanita, quum ad Alnohmanum ben-Almondsir venisset, interrogatus, qualis eius terra esset, respondit: Pluvia eius abundans, plantae eius magnae. Tum ei rex dixit: Loquax tu es; sed si placet, quaestionem tibi proponam, cuius responsum non dabis. Saahdus, ut faceret, rogavit. Iussit igitur rex servum, ei colaphum ducere, interrogans, quid ad hanc quaestionem respondes? Saahdus dixit: Stultus cui mandatum datum est. Tum servum rex colaphum repetere iussit, interrogans: Quale est tuum responsum? Saahdus dixit: لو اخذ بالاولى لم يعد للاخرى »Quodsi prioris peccati poenam accepisset, iterum non fecisset.« Tertio denique colaphum infringere servum iussit, dicens, quid tandem responsi habes? Dixit »Dominus castigans« quibus verbis rex, qui eius occidendi voluntatem haberet, contentus eum socium sibi adiunxit. Conf. C. I, 146.

٤٩ سَوَاءٌ هُوَ وَالْعَدَمُ

49. Nullum discrimen est inter eum et defectum.

Legitur quoque سواء هو والقفر »Nullum discrimen inter hoc et desertum est.« Abu-Ohbaidus enim explicandi causa addidit verba: اذا نزلت به فكانك نازل بالقفار المحلة »Quum apud eum habitas, idem est, ac si in desertis sterilibus habites.« In Kamusi opere sic quoque legitur سوى والعدم, quod siwan et sowan enunciari potest et dicitur

مررت برجل سوى والعدم »Transivi ad virum, cuius existentia et defectus æquales sunt.« Talis est, ut eius existentia nullam utilitatem habeat. De avaro dicitur. Samachschar.

٥٠ سَمِنٌ فَارِنٌ

50. Pinguis est et tum alacer est.

In eum dicitur, qui limites suos transgreditur. In Samachscharii libro legitur: سمنوا فارنوا »Pingues sunt et tum alacres, insolentes sunt.«

٥١ سَوَّاءٌ لَوَّاءٌ

51. Aequabilis, curvus.

In mulieres dicitur i. e. modo aequabiles, modo curvae sunt, congregatae aut dispersae, ut semper statum mutent. Tum quoque in hominem mutabilem verba transferuntur.

٥٢ سَوَاهُ لَوَاهُ

52. Negligentes, ludentes.

Lusui deditae res conservandas negligunt. Proverbio hoc mulieres describuntur.

٥٣ سُرِقَ ٱلسَّارِقُ فَانْتَحَرَ

53. Fur furto re privatus erat et se iugulavit.

Fur quum rem, quam furatus erat, in foro, ut venderet, exposuisset, et alius quidam eandem furto abstulisset, tristitia se occidit. Proverbium autem de eo adhibetur, qui re, quae ipsius non erat, privatus summa tristitia adficitur.

٥٤ سَفِيهٌ لَمْ يَجِدْ مُسَافِهًا

54. Stultus non invenit virum, qui stultitia eum vincere studet.

Verba haec Hasanus Ahlii filius de Ahmruo ben-Alsobair dixit. In Samachscharii libro legitur: de Ahmiro ben-Ahbd-Allah ben-Alsobair.

٥٥ اَلسَّلِيمُ لَا يَنَامُ وَلَا يُنِيمُ

55. Morsus a serpente non dormit et dormire non sinit.

Placet addere totum proverbii scholion; cognoscitur enim ex eo, quomodo hominibus nomina indita sint et eorum nomina explicentur. قال المفضل اول من قال ذلك الياس بن مضر وكان من حديث ذلك فيما ذكر الكلبى عن الشرق بن القطامى ان ابل الياس ندت ليلا فنادى ولده وقال انى طالب الابل فى هذا الوجه وامر عمرا ابنه ان يطلب فى وجه اخر وترك عامرا ابنه لعلاج الطعام قال فتوجه الياس وعمرو وانقطع عمير ابنه فى البيت مع النساء فقالت ليلى بنت حلوان امراته لاحدى خادميه اخرجى فى طلب اهلك وخرجت ليلى فلقيها عامر محتقبا صيدا قد عالجه فسالها عن ابيه واخيه فقالت لا علم لى فاتى عامر المنزل وقال للجارية قصى اثر مولاك فلما ولت قال لها تقرصعى اى اتئدى وانقبضى فلم يلبثوا ان اتاهم الشيخ وعمرو ابنه قد ادرك الابل فوضع لهم الطعام فقال الياس السليم لا ينام ولا ينيم فارسلها مثلا فقالت ليلى امراته وانله ان زلت اخندف فى طلبكما والهة قال الشيخ فانت خندف قال عامر وانا والله كنت اداب فى صيد وطبخ قال فانت ضابئة قال عمرو فما فعلت انا افضل ادركت الابل قال فانت مدركة وسمى عميرا قمعة لانقماعه فى البيت فغلبت هذه الالقاب على اسمائهم يضرب مثلا لمن لا يستريح ولا يريح غيره »Dixit Almofadhdhelus: ista verba Aljasum (Elias) ben-Modhar primum protulisse Calbita, qui Alscharkijjum ben-Alkathami auctorem sequitur, sic tradidit: Quum cameli Aljasi noctu fugissent, filium suum Ahmruum advocavit dicens: »Camelos ego quaeram hoc latere« et filium suum Ahmruum in alia regione eos quaerere iussit, et filium suum Ahmirum, ut cibum pararet, reliquit. Aljaso et Ahmruo abeuntibus Ohmairus cum mulieribus domi remansit. Dixit autem Laila filia Holwani eius uxor uni ex

ministris, exi o femina, quaerens gentem tuam! Quum autem Laila foras prodiisset, obviam venit Ahmirus portans farinam, quam paraverat et de patre et fratre eam interrogavit. Dixit: nescio. Tum Ahmirus domum intrans puellae, ut domini vestigia sequeretur, imperavit et quum illa tergum vertisset, dixit ei تقرصعى i. e. انتدى وانقبضى »Curva esto et contracta esto! Non multo autem post ad eos venerunt senex ipse eiusque filius Ahmruus, qui camelos invenerat. Ille cibum apposuit. Tum dixit Aljasus السليم لا ينام ولا ينيم »A serpente morsus neque ipse dormit, neque alios dormire sinit,« quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Laila autem eius uxor dixit: per Deum! Ego tristitia adfecta semper properanter incedens vos quaesivi.« Dixit senex: Tu es Chandaf[1]). Tum Ahmirus dixit: Ego, per Deum! diligenter venabar et coquebam. Dixit (senex): »Et tu Thabichah (coquus) es.« Dixit Ahmruus: Quod ego feci, praestantius est, camelos assecutus sum. Dixit senex: et tu es Modricah (adsequens). Ohmairum autem Komah appellavit, quod is clam in domum ingressus erat. Haec vero cognomina nominum ipsorum locum postea tenebant. Proverbium de eo adhibetur, qui ipse non quiescit, et alios quietem capere non sinit.«

٥٦ اِسْعَ بِجَدِّكَ لَا بِكَدِّكَ

56. I cum fortuna tua et non cum diligentia tua.

Verba haec Hatimus ben-Homairah Hamdanida dixisse fertur. Miserat filios suos Alhislum et Ahdjinahum ad mercaturam faciendam. Alhislus a quibusdam e gente Asad direptus et [in captivitatem abductus est; Ahdjinahus vero in via opes invenit, quibus potitus statim ad suos rediit. Ea re lacti reditum Alhisli exspectabant; sed quum tempore elapso non rediisset, ne ei quid mali in via acci-

1) A خندف „properanter incessit“ nomen deductum.

disset, timebant. Mittebatur igitur frater non ex eadem matre genitus, cui nomen Schacirus, ad eum quaerendum. Invenit eum et pretio quadraginta camelorum redemit. Hislus ex avibus adventum fratris praevidens versus hosce dixit:

تُخَبِّرُنِي بِٱلنَّجَـاةِ ٱلْقَطَـاةُ ... وَقَوْلُ ٱلْغُرَابِ بِهَـا شَـاهِدُ

يَقُولُ أَلَا قَدْ دَنَـا نَازِحٌ ... فَدَاءٌ لَهُ ٱلطَّرْفُ وَٱلتَّـالِدُ

أَخٌ لَمْ يَكُنْ أُمُّنَـا أُمَّهُ ... وَلٰكِنْ أَبُونَـا أَبٌ وَاحِدُ

تَدَارَكَنِي رَأْفَةٌ حَـاتِمٌ ... فَنِعْمَ ٱلْمُرَبِّبُ وَٱلْـوَالِدُ

»Avis Katha libertatem mihi nuntiat, et corvi verbum eam testificatur, dicens, eheu! longe remotus iam appropinquat, opes novas et veteres pro lytro adferens. Frater, cuius mater mea non est; sed pater unus nobis est. Maxime misericors, Hatimus meam conditionem reparavit et quam bonus est educator et parens[1])!«

Samachscharius autem et Scharaf-Aldinus diverse rem narrarunt. Hatimus filium suum Hanbal appellatum cum magnis opibus in Syriam mercaturae faciendae causa miserat. Hic in itinere direptus et occisus est. Alter autem filius Ahmir, quem, ut camelos amissos quæreret, miserat, hos cum multis mercibus, quibus a mercatoribus onusti erant, reduxit. Dixit igitur pater ista verba significaturus, Hanbalum calamitate adflictum, Ahmirum vero a fortuna adiutum desiderio potitum esse. Proverbium docet, fortunam in rebus consequendis viro maximum auxilium adferre.

٥٧ سِرْ عَنْكَ

57. Omitte hoc!

Verba haec Chidascho ben-Habis Tamimitae e gente

1) Versuum metrum Motakarib est. Conf. libr. meum p. 281.

Sahdus *tribuunt*, et causam *talem fuisse narrant*: Chidaschus *mulierem* Alrabah *appellatam in matrimonium* duxerat. Ob negotium quum per plures annos a domo abesset, uxor absentia mariti usa cum viro Salm appellato amoris vinculis se coniunxit. Accidit autem, ut Chidaschus ex itinere rediens Salmo occurreret camelos amissos quærenti. Chidaschus suum nomen celans sermone cum Salmo collato, ex versibus, quos ille cecinit, verum rerum statum cognovit et cum, ut rem ipsi narraret, rogavit. Salmus rem exposuit; at Chidaschus, ne suspicionem ei iniiceret, abrupto sermone سر عنك »omitte hoc« dixit. Ita factum, ut iterum atque iterum interrogando, et amantium conventus locum et signum, quod inter ipsos constitutum esset, cognosceret. Tum virum inopinato impetu truncavit et uxorem in eodem loco, quo cum amante convenire solebat, signum amantis imitans interfecit. De verbis سر عنك interpretes non consentiunt. Dicunt verborum sensum esse: دعنى واذهب عنى »Sine me et abi a me;« alii dicunt sensum esse: لا تربع على نفسك »Ne te contineas! nam si quis se ipsum non continet, a se abit.« Arabes autem vocabulum عن in sermone modo superfluo adhibuerunt ex. gr. in verbis: دع عنك الشك »Omitte dubitationem.« Sunt denique, qui voci عنك sensum tribuant, qui verbis لا ابا لك »patre careas!« est. Proverbium autem significat, rem negligi et non curari.

٥٨ أَسْتُ الْمَسْؤُولِ أَضْيَقُ

58. Podex rogati angustior est.

Asadus ben-Chosaimah filios morte appropinquante cohortans dixisse narratur: يا بنى اسالوا فان است المسول اضيق »O filii mei! rogate, nam podex rogati angustior est.« Sic dicitur, quia vitium ad rogatum redit. Samachschar. Scharaf-Aldin.

٥٩ سَوْءُ ٱلْاِسْتِمْسَاكِ خَيْرٌ مِنْ حُسْنِ ٱلصَّرْعَةِ

59. Pravo modo se in equo continere melius est, quam pulchro modo decidere.

Meidanius dixit, quandam desideratae rei partem, dum cavemus, consequi melius esse, quam totam rem consequi, dum per incuriam (على التهور) in eam incidimus. Sed quum Samachscharius et prolixius et accuratius proverbium explicaverit, eius verba ipsa addere placet: اى لان يزل الانسان وهو عامل بطريق الاحسان ووجه العمل خير من ان يصيب وهو عامل بالاساءة والخرق واصله الرجل الردى الركبة الذى يستمسك فهو خير ممن يصرع صرعة لا تضره يضرب فى الامر بلزوم الطريقة المثلى »Id est: Hominis labentis, dum bonam agendi rationem sequitur, agendi modus melior est, quam eius, qui, dum prave et perverse agit, desiderio potitur. Loquendi autem modus inde desumtus est, quod, si vir artis equestris imperitus in equo se tenet, melius hoc est, quam si ex equo decidit modo ipsi non nocente. Proverbium autem nos hortatur, ut viam vero proximam et praestantissimam in agendo semper sequamur.« In Kamusi opere legimus, vocem الصرعة aut cum vocali Kesre, ut sit modus decidendi aut cum vocali Fatha, ut sit una decidendi actio, enunciari.

٦٠ سَدِكَ بِأَمْرِىءٍ جُعَلُهُ

60. Assidue sequitur virum ipsius scarabaeus.

Id est: Deditus est, quemadmodum scarabaeus rei, cui deditus est, adhaeret. In eum dicitur, qui rem corrumpit. Abu-Saidus dixit: Quidam rem sibi necessariam ab altero petiturus si ab alio superveniente impeditur, quominus rei petendae mentionem faciat, hic impediens eius scarabaeus est. Cecinit poeta:

اِذَا أَتَيْتُ سُلَيْمَى شُبَّ لى جُعَلٌ إِنَّ ٱلشَّقِىَّ ٱلَّذِى يَلْقَى بِهِ جُعَلُ

»Quum ad Solaimam venio, scarabaeus mihi adest; infelix est is, cui scarabaeus addictus est.«

Versus metrum Basith est. Conf. l. m. p. 190; conferas quoque Harir. p. 72, ubi in scholiis contra metrum سلمى legitur. Samachscharius adnotavit, loco vocis سدك legi quoque عسف; sed in codice, quo usus suum, سدك in proverbio legitur.

٦١ سُقُوا بِكَأْسِ حَلَاقِ

61. Rigati sunt poculo mortis.

Omnes delcti sunt.

٦٢ سُلِّي هُذَا مِنْ أَسْتِكِ أُمَّلَا

62. Prius extrahe, o femina, hoc e podice tuo!

In eum dicitur, qui ipse vituperatione dignus alium vituperat.

٦٣ سُبِّنِي وَأَصْدُقْ

63. Convicium mihi fac, et verax esto!

Monet proverbium, ut veraces in verbis simus.

٦٤ سَيْرُ ٱلسَّوَانِي سَفَرٌ لَا يَنْقَطِعُ

64. Incessus camelorum, qui ad terram rigandam adhibentur, est iter non finiens.

Cameli isti operi adhibiti in orbem incedunt, quam ob causam, ni fallor, de opere perpetuo, cui finis non est, adhibetur.

٦٥ سَلَكُوا وَادِي تُضْلِلَ

65. Incesserunt in valle Todhollila.

Vocabulum تضلل Todhollila proprie passivum formae quintae verbi esse videtur, tum nomen proprium »erroris, vanitatis« factum est. Etiam Todhallila enunciatur. Kam.

٦٦ سَقَطَتْ بِهِ النَّصِيحَةُ عَلَى ٱلظِّنَّةِ

66. Sincerum monitum ei suspicionem adtulit.

Quum in monitis modum excederet, suspectus factus est.

٦٧ سَبَّكَ مَنْ بَلَّغَكَ ٱلسَّبَّا

67. Convicium tibi fecit is, qui convicii certiorem te fecit.

Est dimidium versus metri سريع. Littera ا in fine vocis السبا metri causa apposita est. Conf. l. m. p. 244.

٦٨ سَبِّحْ يَغْتَرُّوا

68. Multum lauda; socordes erunt.

Laude multa socors fit homo, ut facile decipiatur. In eum dicitur, qui se alium nobis ostendit, quam animo est, ut nos decipiat.

٦٩ سِيلَ بِهِ وَهْوَ لَا يَدْرِى

69. A fluvio abreptus est, et nescit.

De socorde adhibetur. Dixit poeta:

يَا مَنْ تَمَادَى فِي مُجُونِ ٱلْهَوَى سَالَ بِكَ ٱلسَّيْلُ وَلَا تَدْرِى

»O tu, qui in amoris socordia permanes, te fluvius abripuit et tu nescis.«

Versus metrum Sarih est. Conf. l. m. p. 244.

٧٠ سِرُّكَ مِنْ دَمِكَ

70. Secretum tuum pertinet ad sanguinem tuum.

Saepe secretum nostrum divulgatum in causa est, cur vita privemur.

٧١ سُوءُ ٱلْاِكْتِسَابِ يَمْنَعُ مِنَ ٱلْاِنْتِسَابِ

71. Pravitas quaestus impedit, quominus hominibus, qui simus, aperiamus.

Quod si quis turpem agendi rationem in victu quaerendo sequitur, originem suam aliis occultare debet. In Samachscharii opere legitur الانتساب من حسن »quominus a parentibus claris originem deducamus.«

٧٢ سَيرِينِ فِي خَرزَةٍ

72. Duo lora in uno foramine suturae.

De eo dicitur, qui in uno negotio duo negotia coniungit vel per unum negotium duo conficit, quemadmodum ex hoc versu cognoscitur:

سَأَجمَعُ سَيرَينِ فِي خَرزَةٍ أُمَجِّدُ قَومِي وَأَحمِي ٱلنَّعَمْ

»Coniungam lora duo in uno suturæ foramine; gloria extollam gentem meam et pecora defendam.« (met. Motakarib).

Dixit Abu-Ohbaidahus, legi خرزتين فى سير »suturae duae in loro. Hoc esse vitium; Abu-Ohbaidus vero dixit, legi خرزتين فى خرزة »Suturæ duæ in sutura.« Hunc legendi modum Samachscharius habet. De eo adhiberi dixit, qui unam rem cum altera coniungens duas perdiderit, alios autem imperativi sensum proverbio tribuere: Quod si duo negotia in uno coniungere potes, fac! Legi quoque فى غرزة, quod eandem significationem habeat. In proverbio autem accusativus سيرين e verbo omisso جمع collegit pendet.

٧٣ سَأَكفِيكَ مَا كَانَ قِوَالًا

73. Quod ad sermonem attinet, non metuo.

Alnamirus ben-Taulab Ohclita provecta aetate Hamsam filiam Naufeli e gente Banu-Asad natam in matrimonium duxerat. Iuvenes e fratris Alnamiri filiis quum uxorem a fide erga maritum removere studerent, ea de insidiis iuvenum apud Alnamirum quaesta est. Maritus ei dixit:

talia et talia eis verba dic! Respondit femina: ساكفيك ما يرجع الى المقوال والمجاملة »Tibi sufficiam quod redit ad verbum et iocum licitum.« i. e. Verba verbis refutare res facilis est, quam perficere possum; sed quod praeter verba accidit, repellere difficile est.

٧٤ أَسْرَعَ فِي نَقْصِ أُمْرِئٍ تَمَامُهُ

74. Perfectio viri ad imminutionem celeriter ducit.

Quod si vir perfectus est, eius imminutio incipit. Proverbii metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. Silentio praetermittendum non est, in Samachscharii et Scharaf-Aldini operibus legi اسرع فى نقص امر تمامه »Quando res perfecta est, celeriter diminui incipit.«

٧٥ أَسْتَوَى بِهِ الْأَرْضُ

75. Aequalis ei terra est.

Id est: Non est inter eum et terram, in qua sepultus est, discrimen i. e. mortuus est. In Scharaf-Aldini, Samachscharii et Kamusi operibus استوت legitur. Eodem sensu تسوت به الارض et سُوِّيَت عليه الارض dicitur. Kam.

٧٦ أَسْوَءُ الْقَوْلِ الْإِفْرَاطُ

76. Pessimus sermo est, qui modum excedit.

Modum excedere in omni re ad corruptionem ducit. Narrant Malicum ben-Hajj et Haritsahum ben-Ahbd-Alahsis e gente Ahmir ad Ahlkamahum ben-Ghalatsah litigantes venisse. Qui quum timuisset, ne litigantes modum excederent, eum dixisse: اول العى الاختلاط واسوا القول الافراط فلتكن منازعتكما فى رسل ومشاناتكما فى مهل »Initium haesitationis in sermone est confusio, et pessimus sermo est, qui modum excedit; sit igitur disputatio vestra moderata et odium mutuum vestrum lene!« Samachsch. Scharaf-Aldin.

٧٧ اَلسَّعِيدُ مَنْ وُعِظَ بِغَيْرِهِ

77. Felix est, qui alius exemplo admonitus est.

Qui ex alius calamitate discit, quemadmodum calamitatem effugiat, is felix habendus est. Narrant, Mertsadum ben-Sahd, qui inter Ahditas esset, qui Meccam missi pluviam Deum rogarent, haec verba dixisse. Quum enim in nube se ex mare attollente ipsis poenam esse cognovisset, ad Islamismum se convertisse et sociis dum rem celaret haec verba locutum esse: ما لكم حيارى كانكم سكارى ان السعيد من وعظ بغيره ومن لم يعتبر الذى بنفسه يلقى نكال غيره »Quid vobis est? stupefacti estis tanquam ebrii. Felix est, qui alius exemplo admonitus est; at qui admonitionem non admisit, is aliorum poenas luit;« ex quibus verbis proverbia orta sunt.

٧٨ سِبَّانِ أَنْتَ وَالْعُزَّلُ

78. Pares estis tu et inermes.

In eum dicitur, cui commodum in re sua non est.

٧٩ سَفِهَ بِٱلنَّابِ الرُّغَاءُ

79. Stultus est in annosa camela vociferatus.

In sene grandaevo iuvenilis amor et animi perturbatio stultus est.

٨٠ سَوْفَ تَرَى وَيَنْجَلِي الْغُبَارُ أَفَرَسٌ تَحْتَكَ أَمْ حِمَارُ

80. Iam videbis et pulvis recedet, utrum equus sub te sit an asinus.

In eum dicitur, cui res interdicitur, et qui obedire nolit. Sunt duo versus metri Sarih appellati. Conf. libr. meum. p. 246.

٨١ أَسْمَعُ صَوْتًا وَأَرَى فَوْتًا

81. Audio sonum, et video interstitium.

In eum dicitur, qui res promittit, sed non perficit. Cf. C. V, 5. Proverbium ad metrum Sarih referri potest. Cf. l. m. p. 244 sq.

٨٢ أَسْرِعْ فُقْدَانًا تَسْرِعْ وُجْدَانًا

82. Celeriter quaere, celeriter invenies.

٨٣ سَلَّطَ ٱللَّهُ عَلَيْهِ الْأَيْهَمِينَ

83. Deus te in protestatem duorum insipientium det!

الايهمان »Duo insipientes« Arabibus campestribus sunt: »Torrens aquae et camelus libidine furens;« oppidanis vero »torrens aquae et incendium.« Altera lectio est الاعميان »Duo caeci« id quod aliis »torrens et incendium,« aliis »initum appetens camelus et nox« est. Proverbii sensus est: Perdat te Deus! Proverbium ad metrum Raml referri potest. Conf. l. m. p. 237.

٨٤ سُورِيَ سَوَارِ

84. Irrue o impetus! (o calamitas).

Eodem modo dicitur صمى صمام »Magna sis o calamitas!« Proverbialem locutionem nostram Alasadita in versu adhibuit:

فَقَامَ مُؤَذِّنٌ مِنَّا وَمِنْهُمْ يُنَادِي بِٱلضُّحَى سُورِيَ سَوَارِ

»Stetit convocans ex nostro et eorum numero, qui exclamabat pleno die: Irrue impetus!

Versus metrum Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

٨٥ سَبَهْلَلٌ يَعْلُو الْأَكَمَ

85. Nullam rem secum ducens colles adscendit.

In eum dicitur, qui curis liber et hilari animo in colles adscendit.

٨٦ سَائِلُ ٱللَّهِ لا يُخَيَّبُ

86. Deum rogans non fallitur.

Monet nos proverbium, ne in hominum, sed in Dei auxilio spem ponamus.

٨٧ سَحَابَةُ صَيْفٍ عَنْ قَلِيلٍ تَقَشَّعُ

87. Nubes aestatis brevi abit.

Proverbium finem rei celerem designat. Hemistichium metri Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

٨٨ ٱلسَّفَرُ قِطْعَةٌ مِنَ ٱلْعَذَابِ

88. Iter pars poenae est.

Sc. poenae inferni. Sic dicitur ob multas in itinere molestias ferendas.

٨٩ ٱلسَّفَرُ مِيزَانُ ٱلسَّفْرِ

89. Iter trutina iter facientium est.

Hominum naturae in itinere se ostendunt.

٩٠ سُوءُ ٱلظَّنِّ فِي شِدَّةِ ٱلضَّنِّ

90. Pravitas opinionis in vehementia est, quacum rei animus adhaeret.

Proverbium hoc ei, quod C. I, 18. legitur, simile est. Quo enim magis rei dediti sumus, eo magis eam amittere timemus.

٩١ سَقَطَ ٱلْعَشَاءُ بِهِ عَلَى مُنْتَقِمِرٍ

91. Coena eum in egredientem luna lucente immisit.

Vocabulum مستقم cum designat, qui luna lucente egreditur, tum in leonem, qui luna lucente venatum exit, transfertur; العشاء autem est pro طلب العشاء »Quaerere cibum vespertinum.« Simile proverbium est. C. XII, 2.

٩٢ سَمْعًا لَا بَلْغًا

92. Audiatur, ne perficiatur!

In nuntio ingrato verbis istis utuntur; i. e. res audiatur; at ne perficiatur! Legitur quoque utraque vox cum vocali Kesre. Grammaticus Alcesai appellatus dixit: quum vir nuntium sibi ingratum audit, dicere solet: سمع الملهم لا بلغ, ita ut utrumque vocabulum aut cum vocali Fatha aut cum vocali Kesre efferatur. Quod si vocibus vocalem Fatham tribuis, infinitivi formae sunt, sin vero vocali Kesre eas adficis, nomina sunt, passivam quae habent significationem; auditus scilicet. Accusativi autem casus ex omisso verbo اجعله fac id! pendet. Qui nominativi casum admittunt, pronomen subiecti locum tenens supplent هذا سمع etc. Conf. Kam. et Djeuh. s. سمع et بلغ.

٩٣ سَهْمُ الْحَقِّ مَرِيشٌ يَشُكُّ غَرَضَ الْحُجَّةِ

93. Sagitta veritatis alata est, scopum argumenti transfigit.

٩٤ سَلِمَ أَدِيمُهُ مِنَ الْحَلَمِ

94. Pellis eius a vermibus libera est.

In eum dicitur, qui virtute praestans a vitiis liber est.

٩٥ سَبَنْتَاةٌ فِي جِلْدِ جَحْنَاةٍ

95. Leopardus in pelle puellae perfecto corpore praeditae.

In lexicis scribitur بجنداة et sic in codice Lugdun. et Berol. In nostro codice بجنتاة; quae nescio an recta sit lectio

aut mutata, ut sonus voci praecedenti magis consentaneus sit. Nec non سبنداة pro سبنتاة dicitur.

٩٦ اِسْمَعْ مِمَّنْ لَا يَجِدُ مِنْكَ بُدًّا

96. Audi eius verba, qui tecum necessario loqui debet!

Adhortationes et monita parentum aut eorum, qui tibi prodesse cupiunt, admitte!

٩٧ سَالَ بِهِمِ السَّيْلُ وَجَاشَ بِنَا مَعْرُ الْبَحْرُ

97. Abripuit eos torrens; sed nobiscum mare aestuavit.

In infortunium inciderunt; sed nos in maius mari simile infortunium irruimus.

٩٨ سَحَابَةٌ خَالَتْ وَلَيْسَ شَايِمٌ

98. Nubes pluviam annuntiavit; sed non est, qui fulmen observet.

Proverbium, cui metrum Redjes est (c. l. m. p. 230), de eo dicitur, cui opes sunt; sed edentes desunt. Vocabulum شايم hominem designat, qui nubes observat, ut videat, ubi pluvia decidat.

٩٩ اِسْأَلْ عَنِ النَّقِيِّ النَّشُولَ الْمُصْطَلِبَ

99. Interroga de medulla eum, qui carnem e lebete eximit eumque qui pinguedinem aufert!

De eo dicitur, qui aliorum opes ad se trahit.

١٠٠ سِلْقَةُ ضَبٍّ وَآمَنَتْ مَكُونًا

100. Lacerta, quae ova deposuit, contra eam, cuius venter ovis impletus est, gloriatur.

In debilem dicitur, qui cum robusto certat.

١٠١ أَسْرِعْ بِذَاكُمْ صَابَةً نِقَابًا

101. Quam celeriter hoc vobis subito inveni!

Narrant, mulierem exeuntem quum rediret, domum non invenisse, ut per quinque dierum spatium inter gentem suam oberraverit. Tum subito domum ad latus suum conspexisse et verba, quae postea in proverbium venerint, dixisse. Est formula admirandi; vox صابة vocis اصابة significationem habet. In eum adhibent proverbium, qui summopere cunctanter operam faciens, festinantis speciem prae se fert.

١٠٢ سَيْلٌ بِدِمْنٍ دَبَّ فِي ظَلَامِ

102. Torrens in fimo repit in tenebris.

Aquae fluxus sub fimo innatante non conspicitur, praesertim noctu. In eum igitur adhibetur, qui amorem ostendit et in animo inimicitiam occultat. Ad metrum Sarih referri potest. Conf. l. m. p. 246.

١٠٣ سَمَّيْتُكَ ٱلْقَشْقَاشَ إِنْ لَمْ تَقْطَعْ

103. Te appello gladium obtusum, nisi amputas.

In eum dicitur, qui ante quam res ad finem perduxit, ab agendo desistere videtur, ut gladio obtuso similis sit. Ad metrum Sarih referendum est. Cf. l. m. p. 246.

١٠٤ سِيرِي عَلَى غَيْرِ شُجُرٍ فَإِنِّي غَيْرُ مُتَعَنِّهٍ لَهُ

104. Liga, o femina, ubi lignum transversum non est, nam ego in eo neque ingenium neque solertiam mihi arrogo.

Almowarridjus dixit, se virum e gente Hodsail dicentem audivisse: اذا روى بعيرك فسره بهذه الصخرة »Quando camelus tuus potu satiatus est, cum ad hanc petram ad-

liga!« Videtur igitur verbum سير ligandi significationem nonnisi in gente Hodsail habere. Vocabulum شجر pluralis est a شجار derivandus et »ligni transversi, cui vestimenta imponuntur« significationem habet. Vocabulum denique تعتد in scholiis vocibus تنوق et تحذلق explicatur. Verbum autem تنوق »solertiam in re tractanda sibi arrogavit« (conf. نوقة) et تحذلق »ostendit ingenium, sibi arrogavit« significat. Tum additur وذلك لان العود اذا عرض فربط عليه القد كان اثبت له »Et illud, quoniam lignum, quum impositum loro ligatur, firmius est.« Proverbii sensus est: ne mihi rem imponas, cui ego perficiendae impar sum.

Forma comparativi.

١٠٥ أَسْرَقُ مِنْ شِظَاظ

105. Furacior, quam Schithsathsus.

Schithsathsus vir erat e gente Banu-Dhabbah oriundus, qui cum Malico ben-Alraits Masinita latrocinia faciebat. Conf. Kamus.

١٠٦ أَسْأَلُ مِنْ فَلْحَس

106. Magis petens, quam Felhasus.

Alter proverbii legendi modus est: اعظم فى نفسه من فلحس »Maior apud se quam Felhasus.« Vir iste ad gentem Schaiban pertinens tanta dignitate pollebat, ut si praedae portionem, quum ipse domi remansisset, peteret, eam acciperet. Sed ista minime contentus et uxori suae et camelo suo portionem petere solebat. Hanc proverbii causam fuisse Kamusi auctor adnotavit. Narravit Aldja-

hithsus, Felhasum habuisse filium, Sahir cui nomen esset. Ad quem quum expeditionem bellicam suscepturi transiissent, eum petiisse, ut sibi praedae portionem adsignarent, et quum illi se facturos esse polliciti essent, et uxori et camelo praedae portionem eum petiisse. Uxori se portionem daturos esse, illos promisisse, denegasse autem camelo. Qua de causa iratum eum dixisse, sub tutela sua omnes res esse, super quas sol oriretur, et hanc fuisse causam, cur isto anno ab expeditione destitissent. Abu-Ohbaidus vero dixit, Felhasum tempore, quo alii cibum sumere solerent, ad homines accessisse, ut cibi particeps fieret. Ab eius nomine verbum تفلحس derivatum esse, quemadmodum تطفل »haud invitatus ad cibum venit« diceretur. Conf. XVI, 72. Conf. Samachschar. Scharaf-Aldin.

١٠٧ أسأل من قرنع

107. Magis petens, quam Kartsahus.

Vir iste e gente Banu-Aus ben-Tsahlebah oriundus tempore Moahwijjae vixit. Dixit Ahscha Thaghlebita:

إذا ما القرنع الأوسي وافى عطاء الناس أوسعهم سؤالا

»Quotiescunque Alkartsahus Ausita dona hominum prorsus accipit, multa ab iis petit.«

Metrum versus Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

١٠٨ أسرع من حداجة

108. Celerior, quam Hodadjahus.

Vir iste ad gentem Banu-Ahbs pertinens celeritate omnes superabat. Gens Banu-Ahbs quum Ahmruum ben-Ohdos occidissent, virum illum [ad Alrahbium ben-Sijad et Merwanum ben-Sinbah miserunt, ut eos de re certiores faceret et moneret, priusquam ad gentem Tamim caedis nuntius pervenisset. Quia summa cum celeritate iter illud absolverat, eius celeritas in proverbium cessit.

١٠٩ أَسْرَعُ مِنْ نِكَاحِ أُمِّ خَارِجَةَ

109. Celerior, quam nuptus matris Charidjahi.

Nomen mulieris erat Ohmra filia Saahdi ben-Ahbd-Allah ben-Kodhar ben-Tsahlebah. Celeriter nubere viris solebat; sic enim rem actam esse narrant: Vir in matrimonium petens ei dicebat: خطب (Chithbon); illa respondebat: نكح (nichon), tum ille dixit: hospitio me excipe; et illa respondit: camelum decumbere fac! Pluribus autem quam quadraginta viris eam nuptam fuisse narrant, nam ipsa virum experta eundem dimittens alii nubere solebat. Pluribus quam viginti gentibus originem dedit. Hamsahus narravit, pluribus Arabum feminis; huic sc. Omm-Charidjahi, Mariae filiae Aldjoaihdi Ahbditae, Ahticae filiae Morrae ben-Helal Alsolamitae, Fathimæ filiæ Alcharschebi Anmaritae, Sauäae Ahnbaritae et Solmae filiae Ahmrui ben-Said ben-Labid e gente Alnedjar, quae mater Ahbd-Almothallebi ben-Haschem esset, libertatem fuisse aut remanendi apud novum maritum aut abeundi. Signum autem remanendi fuisse, quod cibum matutinum ei pararet.

١١٠ أَسْرَعُ مِنْ ذِي عَطْسٍ

110. Celerior, quam sternutamentum.

Eodem fere modo dicitur: اسرع من رجع العطاس »Celerior quam reditus sternutamenti.«

١١١ أَسْرَعُ مِنَ ٱلْيَدِ إِلَى ٱلْفَمِ

111. Celerior, quam manus ad os (ducta).

Conf. C. XXI, 153. Dixit Sohairus ben-Abi-Solma:

بَكَّرْنَ بُكُورًا وَٱسْتَحَرْنَ بِسُحْرَةٍ فَهُنَّ وَوَادِي ٱلرَّسِّ كَٱلْيَدِ لِلْفَمِ

»Matutino tempore abierunt et primo diluculo profecti sunt et eæ, ut manus ad os ad Wadi-Rassum pervenerunt.«

Metrum versus Thawil est. Conf. I. m. p. 161.

١١٢ أَسْمَعُ مِنْ فَرَسٍ بِبَهْمَاءَ فِي غَلَسٍ

112. Magis auditu valens, quam equus in deserto tempore postremae noctis.

Scholion haec verba habet. »Dicunt, equum decidentis crinis sonum audire.«

١١٣ أَسْرَعُ مِنْ فَرِيقِ الْخَيْلِ

113. Celerior, quam equus discedens.

Scholiastes dixit, vocabulo فريق eandem significationem quam vocabulo مفارق tribuendam esse, quo in cursus certamine equus alios cursu superans designaretur. Fieri enim, ut talis equus celeriter ab aliis separaretur.

١١٤ أَسْرَعُ غُدْرَةً مِنَ الذِّئْبِ

114. Celerior perfidiâ, quam lupus.

In libris Samachscharii et Scharaf-Aldini غدرا legitur. Ad illustrandum proverbium scholiastes tres versus adtulit:

وَكُنْتِ كَذِئْبِ السُّوءِ إِذْ قَالَ مَرَّةً لِعَمْرُوسَةٍ وَالذِّئْبُ غَرْثَانُ مُرْمِلُ

أَأَنْتَ الَّذِي فِي غَيْرِ ذَنْبٍ شَتَمْتَنِي فَقَالَتْ مَنَى ذَا قَالَ ذَا عَامَ أَوَّلُ

فَقَالَتْ وُلِدْتُ الْعَامَ بَلْ رُمْتَ غُدْرَةً فَدُونَكَ كُلْنِي لَا هُنَالِكَ مَأْكَلُ

»Similis eras lupo pravo, quum diceret aliquando agno, num tu is es, qui sine crimine me contumelia affecit? Dixit ille: quando hoc? respondit: anno praecedente. Dixit: Ego hoc anno natus sum; sed tu perfidiam intendis. Cape igitur me et me vora, non tibi hìc cibus est.«

١١٥ أَسْرَبُ مِنْ وَرَلٍ لِلْحَضِيضِ

115. Celerius abiens, quam lacerta magna in solum depressum.

Vocabulum ورل lacertae magnae in arenis viventis speciem designat, quae si hominem conspicit, in terram intrans aufugit nulla re retenta.

١١٦ أَسْمَعُ مِنْ قُرَادٍ

116. Magis auditu valens, quam ricinus.

Ricinum audire dicunt ungularum cameli diei spatio remoti sonum. Dixit Abu-Sijadus Alahrabi: Interdum homines stationes in deserto relinquentes ibi per stabula ricinos vident dispersos. Post spatium decem aut viginti annorum redeuntes eosdem ricinos ibi inveniunt, qui antequam cameli ipsi advenerunt, eorum iam remotorum odorem sentientes se movent. Quapropter poeta Dsu-l'Rommah cognominatus sic dixit:

بِأَعْقَارِهِ ٱلْقُرْدَانُ هَزْلَى كَأَنَّهَا نَوَادِرُ صِيصَاءِ ٱلْهَبِيدِ ٱلْمُحَطَّمِ

إِذَا سَمِعَتْ وَطْءَ ٱلرِّكَابِ تَنَعَّشَتْ حُشَاشَاتُهَا فِي غَيْرِ لَحْمٍ وَلَا دَمِ

»In eius habitaculis sunt ricini emaciati, similes frustis pulpae colocynthidis fractae. Quando camelorum gressum audiunt, vitae reliquiae se elevant in corpore carne et sanguine carente.«

Versuum metrum Thawil est. Conf. l. m. p. **161.**

١١٧ أَسْرَعُ مِنَ ٱلْخُذْرُوفِ

117. Celerior, quam turbo.

Vocabulum خذروف turbinem proprie non designat; sed »lapidem perforatum, per quem funis traiicitur.« Ludo puerorum inservit; nam attracto fune lapis celeriter circumvertitur et susurrum edit. Poeta equum describens dixit:

وَكَأَنَّهُنَّ أَجَادِلٌ وَكَأَنَّهُ خُذْرُوفُ يَرْمَعَةٍ بِكَفِّ غُلَامِ

»Quasi essent accipitres et quasi is esset lapis perforatus turbinis in manu pueri.«

Versus metrum Camil est. Conf. l. m. p. **212.**

١١٨ أَسْرَعُ مِنْ عَدْوَى ٱلثُّوبَاءِ

118. Celerior, quam contagium oscitationis.

Sic dicitur, quod unus alterum in oscitatione imitari solet. Corrigendum est lexicon meum v. ثاب; loco vocis segnis ponas oscitatio.

١١٩ أَسْرَعُ مِنْ تَلَمُّظِ ٱلْوَرِلِ

119. Celerior, quam linguae motus in lacerta magna.

Vocabulum لمظ »edit et bibit extrema lingua;« vocabulum تلمظ »lingua in ore restantes cibi partes perquisivit et linguam exserens labia detersit« significat. Legitur quoque تلميظة الورل, quae forma significationi primae vim quandam addit. In operibus Scharaf-Aldini et Samachscharii تلمظة legitur.

١٢٠ أَسْرَعُ مِنْ ٱلْمُهْتِهَةِ

120. Celerior, quam calumniatrix.

Mohammedes ben-Habib vocem المهتهة voce النمامة calumniatrix explicavit. Calumniatricem autem celeriter loqui, dixit. Sunt autem, qui in voce vitium esse dicant. Esse potius اليمامة, qua voce columba silvestris designetur, scribendum. Chalilus autem dicit, nubem, quae pluviam celeriter effundat, significari. Ibn-Alahrabius المهتهة legit, qua voce femina in loquendo sonum هت هت proferens, designatur. Ibn-Farisus denique dicit, vocabulo مهتهة »confusionem sermonis,« vocabulo مهتهة »sonum, quem parvus camelus edat,« significari.

١٢١ أَسْرَعُ غَضَبًا مِنْ فَاسِيَةٍ

121. Celerius iram ostendens, quam scarabaeus.

Hoc dicunt, quod scarabaeus خنفسا appellatus, quando movetur, pedit.

١٢٢ أَسْرَعُ مِنَ الْعَيْرِ

122. Celerior, quam oculi nictatio.

Sic in proverbiali locutione: جاء فلان قبل عير وما جرى »Venit quidam ante nictationem oculi et quod cucurrit« i. e. celeriter venit. Alii voci عير »oculi pupillae« significationem tribuendam esse dixerunt.

١٢٣ أَسْمَعُ مِنْ سِمْعٍ

123. Auditu magis valens, quam pullus lupae ex hyaena mare.

Animal, quod nomine سمع appellatur species ex lupa et hyaena mare nata est. Plures autem sunt species talium animalium ex. gr. عسبار »Animal ex lupo et hyaena femina natum,« اسبور »Animal ex cane et hyaena natum,« ديسم »Animal ex lupo et cane natum« etc. Scharaf-Aldinus sic quoque proverbium adnotavit: أسمع من السمع الازل »Auditu magis valens, quam pullus lupae ex hyaena mare clunibus macris praeditus.«

١٢٤ أَسْمَحُ مِنْ لَافِظَةَ

124. Liberalior, quam Lafithsah.

Multa est interpretum dissensio de voce لافظة, quae proprie eiicientem significat. Alii dicunt, capram esse, quae ex ore rumen eiiciat lacta, quod mulgeatur; alii, columbam esse, quae pullis per rostrum suum grana ingerat, alii gallum esse, qui grana gallinis e rostro suo proiiciat; alii autem molam esse contendunt, quae farinam eiiciat, alii denique mare significari putant, quae margaritas eiiciat. Conf. Kam. Dixit poeta:

تَجُودُ فَتُجْزِلُ قَبْلَ ٱلسُّؤَالِ وَكَفُّكَ أَسْمَحُ مِنْ لَافِظَهْ

»Liberalis es et ante rogatum liberalem te ostendis et manus tua liberalior est quam Lafithsah.«

Versus metrum Motakarib est. Conf. l. m. p. 281.

١٢٥ أَسْمَحُ مِنْ مُخَّةِ ٱلزِّبِيرِ

125. Liberalior, quam medulla liquida.

Sic dicitur, quod sponte effluit.

١٢٦ أَسْرَقُ مِنْ بَرْجَانَ

126. Furacior, quam Bordjanus.

Furis nomen in regione Cufae erat; qui, dum cruci affixus erat, furtum commisit. Scharaf-Aldinus sic rem narravit: Fur ille quum a Malico ben-Almoudsir cruci adfixus esset, ipsum custodienti dixit: I ad illam ruinam, nam ibi thesaurum abscondidi; ego autem equum tuum custodiam. Custode abeunte transeunti cuidam dixit: Equum cape, tuus est!

١٢٧ أَسْرَقُ مِنْ تَاجَةَ

127. Furacior, quam Tadjahus.

Tadjahus viri ignoti nomen erat. Mohammedes ben-Habib proverbium adtulit; sed nil eius explicandi causa addidit.

١٢٨ أَسْرَقُ مِنْ زَبَابَةَ

128. Furacior, quam mus campester.

Murium species plures sunt, notissimae جرذ et فار; tum يربوع, زباب et خلد.

١٢٩ أَسْلَطُ مِنْ سِلْقَةٍ

129. Audacior, quam lupa.

Vocabulo أسلط duplex significatio inesse potest aut audacioris, lupae enim maior audacia tribuitur, aut magis clamosi, nam femina clamosa سلقة appellatur sic femina impudens سليطة nomen habet. Tum proverbium vertendum est. »Clamores saepius edens, quam mulier clamosa.«

١٣٠ أَسْهَلُ مِنْ جِلْذَان

130. Aequabilior, quam Djildsan.

Djildsan territorii plani apud Thajefum nomen est. Cf. C. XXI, 33. De re manifesta adhibetur.

١٣١ أَسْلَحُ مِنْ حُبَارَى وَمِنْ دَجَاجَة

131. Magis cacans quam otis; quam gallina.

Dicunt, otidem momento timoris, gallinam momento securitatis cacare. Dixit Ausus ben-Ghalfa Alhodjaimi:

وَهُمْ تَرَكُوكَ أَسْلَحَ مِنْ حُبَارَى رَأَتْ صَقْرًا وَأَشْرَدَ مِنْ نَعَامِ

»Ii te reliquerunt magis cacantem, quam otidem, quae accipitrem vidit et fugaciorem quam struthiocamelos.«

Versus metrum Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

١٣٢ أَسْبَحُ مِنْ نُون

132. Melius natans, quam piscis.

Dicitur quoque أسبح من سمكة eodem sensu.

١٣٣ أَسْيَرُ مِنْ شِعْر

133. Magis proficiscens, quam poesis.

Hoc dictum est, quod poesis celeriter et multum divulgabatur inter Arabes. Dixit poeta:

يَرِدُ ٱلْمِيَاهَ فَلَا يَزَالُ مُدَاوِلًا فِي ٱلْقَوْمِ بَيْنَ تَمَثُّلٍ وَسَمَاعِ

»Ad aquas pervenit, tum non cessat inter gentem divulgari, dum recitatur et auditur.“

Versus metrum Camil est. Conf. l. m. p. 212.

أَسْرَى مِنْ جَرَاد ١٣٤

134. Magis noctu proficiscens, quam locustae.

Vocabulum اسرى a voce سرى iter nocturnum derivandum esse dicenti Hamsaho Scharaf-Aldinus adsensit; sed eodem iure a verbo سرا „ova excrevit locusta“ derivari potest, ut „plura ova excernens quam locustae“ proverbii sensus sit.

أَسْرَى مِنْ أَنْقَذ ١٣٥

135. Magis noctu incedens, quam herinaceus.

Eodem sensu dicitur اسرى من قنفذ Scharaf-Aldin. Et dicitur: بات فلان اسراء القنفذ „Per noctem quidam modo herinacei incessit.“ i. e. Scortando et furando noctem consumsit. Herinaceus per totam noctem circumvagari dicitur.

أَسْعَى مِنْ رِجْل ١٣٦

136. Magis incedens, quam pes.

Hamsahus dixit, se nescire, in proverbio hominis an locustae pes significetur.

أَسْهَرُ مِنْ قُطْرُب ١٣٧

137. Vigilantior, quam animalculum Kothrob appellatum.

Animalculum sic appellatum noctu non dormit. Sic Abu-Ahmruus proverbium adnotavit. Alii loco vocis اسهر legunt اسعى magis incedens, animalculum enim illud noctu multum vagatur. Scharaf-Aldinus et Samachscharius utrumque proverbium adnotaverunt.

أَسْهَرُ مِنَ النَّجْم ١٣٨

138. Vigilantior, quam stella.

أَسْرَى مِنَ الْجَبَال ١٣٩

139. Magis noctu incedens, quam phantasma.

١٤٠ أَسْهَرُ مِنْ جُحْجُحٍ

140. Vigilantior, quam gryllus.

١٤١ أَسْمَنُ مِنْ يَعْرُو

141. Pinguior, quam animal Jahru appellatum.

Codices in scriptione vocabuli يعرو non consentiunt. In proverbii textu meo يعرو; quocum Scharaf-Aldinus consentit; in scholiis يغزو legitur. Codex Berol. يغر, cod. Lugd. يعرود et codex Pocock. يغرو habet. Unus in scholiis يغزود. Animal illud in Chorasana vivens, dum molestiam fert, pinguescere dicitur.

١٤٢ أَسْرَعُ مِنَ الرِّيحِ وَمِنَ الْبَرْقِ وَمِنَ الْجَوَابِ وَمِنَ الْإِشَارَةِ وَمِنَ الْبَيْنِ وَمِنَ اللَّمْحِ وَمِنَ الطَّرْفِ وَمِنْ لَمْحِ الْبَصَرِ وَمِنْ طَرْفِ الْعَيْنِ وَمِنْ رَجْعِ الصَّدَى وَمِنْ رَجْعِ الْعُطَاسِ وَمِنْ حَلْبِ شَاةٍ وَمِنْ مَضْغِ تَمْرَةٍ وَمِنْ لَمْعِ اللَّفِّ وَمِنَ السَّمِّ الْوَحِيِّ وَمِنَ الْمَاءِ الَى قَرَارَةِ وَمِنْ كَلْبِ الَى وُلُوغِهِ وَمِنْ لَفْتِ رِدَاءِ الْمُرْتَدِي وَمِنَ السَّيْلِ الَى الْحَدُورِ وَمِنَ النَّارِ فِي يَبِيسِ الْعَرْفَجِ وَمِنْ شَرَارَةٍ فِي قَصْبَاءَ وَمِنَ النَّارِ تُدْنَى مِنَ الْحُلْفَاءِ وَأَسْرَعُ مِنْ دَمْعَةِ الْحَصِيِّ وَمِنْ قَوْلِ قَطَاةٍ قَطَا

142. Celerior quam ventus; quam fulgur; quam responsum; quam signum nutu factum; quam separatio; quam levis intuitus; quam intuitus; quam levis intuitus oculi; quam intuitus oculi; quam Echo; quam sternutamenti reditus; quam mulsio ovis, quam manducatio dactyli; quam motus manus; quam venenum confestim necans; quam aqua ad terram depressam defluens; quam canis ad lambendum; quam quod lingit canis nasum suum; quam detrahere pallium vestito; quam torrens ad locum declivem; quam ignis in aridis plantis spinosis; quam scintillae volantes in arundinibus; quam ignis, qui herbae Halfa propinquus est; quam lachryma castrati; quam sonus Katha, quem avis Katha edit.

Quod Pocockius post vocem الوحى inseruit proverbium „Celerior quam mola,“ اسرع من الرحى id errore vocis الوحى praecedentis ortum esse videtur.

١٤٣ أَسْمَعُ مِنْ حَيَّةٍ وَمِنْ ضَبٍّ وَمِنْ قُنْفُذٍ وَمِنْ دُلْدُلٍ وَمِنْ صَدًى وَمِنْ فَرْخِ الْعُقَابِ

143. Auditu magis valens, quam serpens; quam lacerta; quam herinaceus; quam hystrix; quam echo; quam pullus aquilae.

In Scharaf-Aldini opere اسمع من عقاب »Auditu magis valens, quam aquila« legitur.

١٤٤ أَسْفَدُ مِنْ هِجْرِسٍ وَمِنْ ضَبُونَ وَمِنْ دِيكٍ وَمِنْ عُصْفُورٍ

144. Salacior, quam simius; quam catus; quam gallus; quam passer.

Sed in Scharaf-Aldini opere legitur: اسفه من ضيون »Stultior quam catus« Samachscharius cum Meidanio consentit.

١٤٥ أَسْوَدُ مِنَ الأَحْنَفِ

145. Potentior, quam Alahnafus.

١٤٦ أَسْجَدُ مِنْ هُدْهُدٍ

146. Magis adorans, quam upupa.

In eum dicitur, qui ob flagitium Sodomiticum (ابنة) vituperatur.

١٤٧ أَسْبَقُ مِنَ الأَجَلِ وَمِنَ الأَفْكَارِ

147. Magis praecedens, quam tempus mortis quam cogitationes.

١٤٨ أَسْيَرُ مِنَ الْخَضِرِ

148. Saepius iter faciens, quam Alchidrus.

Alchidhrus socius Mosis sc. Pinehas est, qui in alia corpora post mortem, ut Eliae Georgiique esset una eademque anima, migrasse dicitur.

١٤٩ أَسْمَحُ مِنْ شَيْطَانٍ عَلَى فِيلٍ

149. Foedior, quam daemon (Satanas) super elephante.

Vocabulum اسمح in uno codice Lugdunensi invenimus et sic Pocockius habuit. In codice meo et Berol. اسمح liberalior legitur.

١٥٠ أَسَرُّ مِنْ غِنًى بَعْدَ عُدْمٍ وبُرْءٌ بَعْدَ سُقْمِ

150. Maiore lætitia afficiens, quam opulentia post inopiam, et sanitas post morbum.

١٥١ أَسْأَلُ مِنْ صَمَّاءَ

151. Magis petens, quam terra.

Hoc dicitur, quoniam terra aquam semper in se recipit, nunquam satiata. Grammaticus Ebn-Alahrabius versus hos annotavit:

فَلَوْ كُنْتَ تُعْطَى حِينَ تُسْأَلُ سَامَحَتْ لَكَ النَّفْسُ وَاحْلَوْلَاكَ كُلُّ خَلِيلِ

أَجَلْ لَا وَلَكِنْ أَنْتَ أَلْأَمُ مَنْ مَشَى وَأَسْأَلُ مِنْ صَمَّاءَ ذَاتِ صَلِيلِ

„Si dares, quum tu rogaberis, anima benigne erga te ageret (contentus esses) et omnes amici te iucundum esse putarent; imo non, sed tu vilissimus eorum es, qui in terra incedunt, et magis petens, quam terra, cui est sonus.“

Vox صليل hoc in versu sonum designat, quem aqua in terram intrans edit. Versuum metrum Thawil est. Conf. libr. m. p. 161.

Proverbia recentiora.

١٥٢ سُوسُوا ٱلسَّفَلَ بِٱلْمَخَافَةِ

152. Humiles per timorem instigantur.

Voce سا asinus vocatur, vel ut ad potum veniat vel ut alligetur, vel ut celerius incedat, instigatur. Viles cum asinis comparantur. Pocockius proverbium vertit: »Regite infimos timore.«

١٥٣ سُلْطَانٌ غَشُومٌ خَيْرٌ مِنْ فِتْنَةٍ تَدُومُ

153. Rex iniustus melior est, quam bellum civile, quod durat.

١٥٤ سُوءُ ٱلْخُلُقِ يُعْدِي

154. Pravitas naturae contagio ad alios transit.

١٥٥ سَمَاعُ ٱلْغِنَاءِ بِرْسَامٌ حَادٌّ

155. Auditio opulentiae pleuritis vehemens est.

Quoniam vir audit et laetitia afficitur, laetitia afficitur et liberalis est, liberalis est et ad paupertatem redigitur, ad paupertatem redigitur et moerore affligitur, deniqne moerore affligitur, in morbum incidit et moritur. Sic proverbium Alcendius explicavit.

١٥٦ سُبْحَانَ جَامِعِ بَيْنَ ٱلثَّلْجِ وَٱلنَّارِ وَبَيْنَ ٱلضَّبِّ وَٱلنُّونِ

156. Laus ei, qui nivem et ignem, lacertam et piscem congregat.

De duobus contrariis, qui congregantur, proverbium adhibent.

١٥٧ سَوَاءٌ قَوْلُهُ وَبَوْلُهُ

157. Aequalia sunt verbum eius et urina eius.

١٥٨ سَبُعٌ فِي قَفَصٍ

158. Leo in cavea.

De viro fortissimo, qui captivus est, dicitur.

١٥٩ سَرَاوِيلُهُ فِي زِيقِهِ

159. Femoralia eius in indusii parte collum cingente sunt.

Inopia eum coegit, ut indusium femoralibus repararet.

١٦٠ سَارَتْ بِهِ ٱلرُّكْبَان

160. Abstulerunt eum camelis vehentes.

De nuntio, qui inter homines divulgatur, adhibetur.

١٦١ سُوقُنَا سُوقُ ٱلْجَنَّةِ

161. Forum nostrum est forum paradisi.

De foro dicitur, in quo mercatura non fit.

١٦٢ سَالَ بِهِ ٱلسَّيْلُ

162. Abripuit eum torrens.

Periit.

١٦٣ سَخُنَ صَدْرُهُ عَلَيْكَ

163. Eius pectus in te calidum est.

In te iratus est, nisi fallor.

١٦٤ سَفِيرُ ٱلسُّوءِ يُفْسِدُ ذَاتَ ٱلْبَيْنِ

164. Legatus pravus amicitiam corrumpit.

١٦٥ سَتُسَاقُ إِلَى مَا أَنْتَ لَاقٍ

165. Tu protuderis ad id, quod tibi occurrit.

Id est: Quod tibi a Deo decretum est, tibi continget.

١٦٦ اَلسُّؤدَدُ مَعَ السَّوَادِ

166. Dominium est cum hominum multitudine.

١٦٧ اَلسَّلَفُ تَلَفٌ

167. Solutio pretii ante mercem traditam est interitus.

Conf. C. III, 158.

١٦٨ اَلْأَسْوَاقُ مَوَائِدُ اَللّٰهِ فِي أَرْضِهِ

168. Fora sunt mensae Dei cibis obtectae in terra sua.

١٦٩ اَلسَّيْفُ يَقْطَعُ بِحَدِّهِ

169. Gladius acie sua secat!

١٧٠ اَلسَّاجُورُ خَيْرٌ مِنَ اَلْكَلْبِ

170. Lignum, quod canis collo adligatur, melius est, quam canis.

١٧١ اَلاسْتِقْصَاءُ فُرْقَةٌ

171. Rei ad finem perductio est separatio.

Proverbii sensus talis videtur, quod si rem omnino ad finem perducimus, eam abiicere solemus.

١٧٢ اَلسَّلُومُ سَرِيعُ اَلْأَوْبَةِ

172. Incolumis celeriter tolutim incedit.

١٧٣ السَّعِيدُ مَنْ كَفَى

173. Felix est qui sufficit.

١٧٤ السَّلَامَةُ إِحْدَى الْغَنِيمَتَيْنِ

174. Incolumitas est una duarum praedarum.

Sc. Una praeda est, quam victor hosti ereptam reportat, altera ipsius incolumitas.

١٧٥ السِّعْرُ تَحْتَ الْمِنْجَلِ

175. Pretium annonae sub falce est.

١٧٦ السُّلْطَانُ يُعْلَمُ وَلَا يُعَلَّمُ

176. Rex scitur et non discitur.

١٧٧ السُّودَانُ بِالتَّمْرِ يُصْطَادُونَ

177. Aethiopes dactylis venando capiuntur.

Pocockius vertit: „Nigri in Iemen venantur,“ ut pro voce بالتمر legatur باليمن. Et sic codex Berolinensis habere videtur. De sensu et Pocockius, qui doctum Arabem consuluit et Schultensius, ni fallor, vehementer dubitarunt. Mihi autem sensus esse videtur: Viles, ut Aethiopes, rebus parvi pretii, quales dactyli sunt, capi et in potestatem redigi possunt.

١٧٨ أَسْتَنَدْتُ إِلَى خُصٍّ مَائِلٍ

178. In domo arundinea inclinata nisus sum.

١٧٩ أَسْتَغْنِ أَوْ مُتْ

179. Dives fias aut morere!

١٨٠ أَسْمَعْ وَلَا تُصَدِّقْ

180. Audi et non verum esse crede!

١٨١ أُسْجُدْ لِقِرْدِ ٱلسُّوءِ فِي زَمَانِهِ

181. Adora simium pravum tempore suo!

١٨٢ أُسْتُرْ مَا سَتَرَ ٱللَّهُ

182. Absconde id quod Deus abscondit!

١٨٣ اسْتَعِينُوا عَلَى حَوَائِجِكُمْ بِٱلْإِبْرَامِ

183. In rebus vestris necessariis firmum consilium ad auxilium vocate!

Vox الإبرام hoc in proverbio firmum consilium, quo res nostra agenda est, significare videtur.

١٨٤ ٱلسِّنَّوْرُ ٱلصَّيَّاحُ لَا يَصْطَادُ شَيْئاً

184 Felis vociferans nil venatur.

In eum dicitur, qui minas iactat, sed rem non perficit.

Caput XIII.

Littera Schin.

١ شَتَّى تَؤُوبُ الحَلَبَةُ

1. Separatim mulsores redeunt.

In agmen congregati cameli ad aquam ducuntur, redeunt autem singuli. Quilibet camelam suam mulget, et unus post alterum perfecto opere redit. Adhibetur proverbium ad hominum diversas naturas significandas.

٢ شَغَلَتْ شِعَابِي جَدْوَايَ

2. Viae meae donum meum occuparunt.

Djeuharius vocem شعاب tanquam pluralem a شعب »via inter montes« derivandam esse censuit. Samachscharius autem a singulari شعبة vocem derivavit, qua voce viri rami i. e. eius officia et propinquos significarentur. Almoudsirus denique vocem شعابى vitiosam esse dixit, quae in plura exemplaria irrepserit. Leguntur enim loco eius aut سعاتى aut مسعاتى a radice سعى derivanda nomina, quibus studium et labores in alenda familia significantur. Proverbii sensus est: totum me familiae cura occupat, ut aliis dona dare non possim. Cf. Har. 559, 563.

٣ شَاكِهْ أَبَا يَسَار

3. Propinquus esto (veritati), o Abu-Jasare!

Vir quidam equum suum vaenum obtulerat. Alius quidam Abu-Jasar appellatus, ut equum laudaret, eum interrogavit, num hic equus est, in quo vehens feras venabaris? At interrogatus immodicam et a veritate alienam laudem improbans ista verba dixit i. e. ne te removeas a rei vera conditione. In eum dicitur proverbium, qui in describendo et laudando modum excedit. Conf. VIII, 9. et Djeuh.

٤ شَرُّ مَا يُجِيئُكَ إِلَى مُخَّةِ عُرْقُوبٍ

4. Malum est, quod ad medullam magni nervi in tibia confugere te cogit

In magno illo nervo medulla non est; ad eum igitur confugit nemo nisi ad summam inopiam et paupertatem redactus. Proverbium vehementer inopia adflictum designat. Loco vocis يجيئك legitur يشبثك, qui est genti Tamim proprius enunciandi modus.

٥ شَرُّ مِنَ الرَّأْيِ الدَّبَرِيِّ

5. Pessimum consilium est in fine elapsa occasione datum.

Vocabulum دبرى duplici modo derivant, aut a دبر »postrema pars rei« aut a دبر »podex (cameli),« qui onus ferre non valeat, ut consilium nil valens significetur.

٦ شَرُّ مَا رَامَ امْرُؤٌ مَا لَمْ يَنَلْ

6. Pessimum eius, quod voluit vir, est id, quod non accepit.

Proverbii metrum Raml est. Conf. libr. m. p. 237. sq. Qui sine utilitate se fastigavit, dum petiit, quod assequi non potest, eius desiderium pessimum est habendum.

٧ شَرُّ السَّيْرِ الْحَقْحَقَةُ

7. Pessimus incedendi modus est modus incedendi elatior.

Quia dorsum iste modus multum fatigat. Sed de vocabulo حقحقة conferas lexicon meum.

٨ شَرُّ ٱلْمَالِ ٱلْقَلْعَةُ

8. Pessimae opes sunt opes non durantes.

Abu-Ohbaidus vocem القلعة cum Fatha super littera ل protulit.

٩ شَرُّ يَوْمَيْهَا وَأَغْوَاهُ لَهَا

9. Pessimus dierum duorum et maxime perniciosus est hic.

Mulier quaedam e gente Thesm oriunda, cui nomen Ahns erat, in captivitatem abducta et verbis et factis bene tractabatur. Dicebat autem ista verba, quibus significaret, istum diem, quo in captivitate honore afficeretur, omnium pessimum esse. Abu-Ohbaidus dixit, versum vulgatum de re esse hunc:

شَرُّ يَوْمَيْهَا وَأَغْوَاهُ لَهَا رَكِبَتْ عَنْزٌ بِحَدْجٍ جَمَلاً

»Pessimus dierum duorum et maxime perniciosus is erat, quo Ahnsa in pilento camelino vehebatur.«

Versus metrum Raml est. Cf. l. m. p. 238. Versum autem sic grammatice explicant. Casus accusativi, qui voci شر tribuitur est modus, qui a grammaticis Arabicis ظرفية appellatur i. e. quo tempus definitur i. e. die pessimo etc. vecta est Ahnsa etc. Vox اغوى forma comparativi a غى est, pronomen autem ad diem redit, tum ipsi dici modo, qui ab Arabibus اتساع appellatus est, error adscribitur. Qui autem voci شر nominativi casum tribuit, is هذا supplet i. e. Hic dies est pessimus dierum duorum sc. quo honore afficitur et quo contemnitur. Pronomen autem ه in voce

اغــواه referre licet ad شــر. Tum quoque vox اغــوى derivari potest a quarta forma, id quod raro fit, ita ut ei perdendi significatio tribuatur et sic explicetur: اهلك شر يوميها لها هذا اليوم »Magis perdens malum dierum duorum ei hic dies est.«

١٠ شَرُّ أَيَّامِ ٱلدِّيكِ يَوْمُ تُغْسَلُ رِجْلَاهُ

10. Pessimus dies galli est, quo eius pedes lavantur.

Legitur loco vocis رجلاه ab aliis براثنه ungues eius i. e. dies, quo mactatus est.

١١ شَرُّ ٱلْمَالِ مَالٌ لَا يُزَكَّى وَلَا يُذَكَّى

11. Pessimæ opes sunt eae, quarum pars ex lege non datur et quae non mactantur.

Asinos significat. Mohammedes verbis sequentibus, quae traditione ad nos pervenerunt, res designavit, quarum pars ex lege non datur: ليس فى الجبهة ولا فى الكسعة ولا فى الناخة صدقة »Non est in equis, non est in asinis, non est in servis sec. al. bobus laborantibus eleemosyna.«

١٢ شَوَى أَخُوكَ حَتَّى إِذَا أَنْضَجَ رَمَّدَ

12. Assavit frater tuus et quum bene cocta esset (caro), in cineres (eam) coniecit.

Conf. Djeuh. s. v. رمد. In eum dicitur, qui beneficium exprobationibus corrumpit, aut post bonam agendi rationem rem facit, quae aliis suspicionem praebet.

١٣ شُخْبٌ فِي ٱلْإِنَاءِ وَشُخْبٌ فِي ٱلْأَرْضِ

13. Lac effluens (ex mammis) in vas et lac effluens in terram.

Quemadmodum mulgens modo in vas lac mulget, modo in terram effundit, sic loquens modo errat modo recte dicit. conf. Djeuh. s. v. شخب. Conf. prov. 36.

١٤ شَرَّابٌ بِانْقَعٍ

14. Frequenter bibens aquas stagnantes.

Aves hominum insidias timentes bibendi causa loca aquarum frequentata non adeunt; sed aquas stagnantes bibunt. Haec res in virum cautum transfertur. Verba ista Ebn-Djoraihus in Moahmmerum ben-Raschid dixit. In Kamusi opere sic adnotatum est proverbium: انه لشراب بانقع »Is bibit aquas stagnantes« et de eo dicitur, qui rerum experientia edoctus calamitates expertus est.«

١٥ شَرِقَ مَا بَيْنَهُمْ بِشَرٍّ

15. Suffocata est mutua eorum ratio malo.

Id est: Malum continuum eos non reliquit.

١٦ شُبْ شَوْبًا لَكَ بَعْضُهُ

16. Misce rem miscendam et tibi pars eius erit.

Proverbium hortatur, ut ei auxilium feramus, qui nobis utilis esse potest. Similis ratio est proverbio C, VI, 14.

١٧ شَمِطَ حُبُّ دَعْدٍ

17. Amor Dahdae crines albos in capite habet.

Vocabulum دعد aut declinabile aut indeclinabile mulieris nomen est. Proverbium amorem veterem et constantem designat.

١٨ شَدَّ لَهُ حَزِيمَهُ

18. Constrinxit ei pectus suum.

Id est: Ad eam rem paratus est. Loco vocis حزيمه legitur حيزومه. In Samachscharii opere sic legitur proverbium شد للامر حزيمه »Constrinxit rei pectus suum.«

١٩ شَرِقَ بِٱلرِّيقِ

19. Sputo suffocatus est.

Nocuit ei res, quae utilitati propinquior erat, quia sputum homini propinquissimum est. Conf. pr. 79.

٢٠ شَنْشَنَةٌ أَعْرِفُهَا مِنْ أَخْزَمَ

20. Indoles, quam novi ex Achsamo.

Proverbium versus posterius dimidium est, quem Abu-Achsamum Thajjitam composuisse, Alcalbius dixit. Iste Abu-Achsamus abavus Hatimi vel abavus patris eius erat. Filium habuit Achsamum appellatum, qui patri inobsequens erat. Ante patrem moriens filios reliquit. Quodam die quum avum impetu facto illi vulnerarent, hunc versum dixit:

إِنَّ بَنِيَّ ضَرَجُونِي بِٱلدَّمْ شَنْشَنَةٌ أَعْرِفُهَا مِنْ أَخْزَمْ

»Filii mei sanguine me tinxerunt; indoles est, quam ex Achsamo novi.«

Versuum metrum Sarih est. Conf. l. m. p. 246. Loco vocis ضرجونى legitur رملونى, id quod eundem sensum praebet. Sensus proverbii est: »Similes natura sunt patri suo;« et hoc est quemadmodum dicitur: العصا من العصية »Baculus ex baculo parvo.« Cf. C. I, 32. Et dicitur: شنشنة من اخزم »Natura ex Achsamo.« In magna similitudine inter filium et parentem adhibetur. Samachscharius autem diversos explicandi modos adnotavit. Aliis vocem شنشنة significare guttam (a شنشن) effudit (صب), vocem الاخزم autem significare brevi glande praeditum penem. Aliis الاخزم nomen esse generosi admissarii, aliis Achsamum nomen avi Hatimi esse, qui ut Hatimus liberalitate notus

fuisset. Hatimus autem erat filius Ahbd-Allahi ben-Sahd ben-Hesredj ben-Achsam. Hunc explicandi modum Haririus in adnotationibus ad quædam loca narrationum suarum (Makamah pg. 521. ed. de Sacy) adtulit.

٢١ شَرِيقَةُ تَعْلَمُ مَنْ أَطْفَحَ

21. Scharika scit, quis spumam (ollae) sumserit.

Scharikah nomen mulieris est. Samachscharius aliam vocis اطفح significationem admisit. Sic legitur: يقال اطفح فلان عليك غضبا اذا امتلا »Dicitur فلان عليك غضبا اطفح »Quidam ira impletus est contra te,« ut proverbium vertatur. »Scharika scit, quis ira impletus sit.« In eum adhibetur, qui rerum veram conditionem cognovit.

٢٢ شَاهِدُ الْبُغْضِ اللَّحْظُ

22. Testis odii intuitus est.

Id est: Ex hominis intuitu eius odium cognosci potest. Simili modo dicunt C. V, 10. جلى محب نظره „Amans intuitum suum polit.“ Dixit poeta Sohairus:

مَتَى تَكُ فِي صَدِيقٍ أَوْ عَدُوٍّ تُخَبِّرْكَ الْوُجُوهُ عَنِ الْقُلُوبِ

„Quando cum amico aut inimico es, facies tibi corda ostendunt.“

Versus metrum Wafir est. Conf. l. m. p. 204. In Samachscharii opere sic legitur proverbium: شاهد البغض النظر, qui est alter proverbii legendi modus.

٢٣ شَفَيْتُ نَفْسِي وَجَدَعْتُ أَنْفِي

23. Sanavi animam meam et nasum meum amputavi.

De eo dicitur, qui dum ab una parte sibi nocet, ab altera sibi prodest. Ad metrum Sarih referri potest. Conf. libr. m. p. 246.

٢٤ أُشْدُدْ يَدَيْكَ بِعَرْزِهِ

24. Manum tuam ad stapedem eius alliga!

Proverbium, quod ad metrum Camil referri potest (cf. l. m. p. 216), hortatur, ut rei firmiter adhaereamus eique constanter dediti simus. In Scharaf-Aldini opere legitur: يقال ذلك لمن افاد شيا يغبط به „Verba ista ei dicuntur, qui rem consecutus est, cui invidetur.“ In lexico meo diversum proverbio sensum tribui.

٢٥ شَمِّرْ وَآتَزِرْ وَٱلْبَسْ جِلْدَ ٱلنَّمِرِ

25. Laciniam tolle, medium tuum cinge et cutem pardi indue!

Monet nos proverbium, ut diligentiam adhibeamus et fortes simus. Conf. Harir. p. 287, 292.

٢٦ شَيْطَانُ ٱلْحَمَاطَةِ

26. Serpens plantae Hamathah appellatae.

Haec herba الافانية appellata nec non nomine حماط appellatur. Serpentes eam amant, Hoc vero in proverbio serpenti nomen شيطان (satanas) inditum est. In virum dicitur, cuius adspectus foedus et turpis est.

٢٧ شَهِدْتُ بِأَنَّ ٱلْخُبْزَ بِٱللَّحْمِ طَيِّبٌ

وَأَنَّ ٱلْحُبَارَى خَالَةُ ٱلْكَرَوَانِ

27. Testificor panem cum carne bonum esse et avem Otim esse avis Carawan appellatae materteram.

Versus est metri Thawil. Conf. l. m. p. 162. Legitur بان الزبد بالتمر طيب „Cremorem lactis cum dactylis bonum esse.“ De re adhibetur, quae optata non attingitur.

٢٨ شَمِّرْ ذَيْلًا وَٱدْرِعْ لَيْلًا

28. Tolle laciniam et indue noctem!

Proverbium monet, ut parati simus et diligentiam in quaerendo adhibeamus.

٢٩ أَشْرِقْ ثَبِيرُ كَيْمَا نُغِيرُ

29. In solis ortum ingredere o Tsabire, ut festinemus!

In codice meo et codice Lugdun. hoc scholion legitur: وكانوا لا يفيضون حتى تطلع الشمس ويضرب فى الاسراع والعجلة „Et non solebant ante solis ortum a loco Ahrafat abire. Adhibetur de celerando et festinando.“ Solus codex Berol. hoc habet scholion: اشرق اى ادخل يا ثبير فى الشروق كى نسرع للنحر يقال اغار فلان اغارة الثعلب اى اسرع قال عمر رضى الله عنه ان المشركين كانوا يقولون اشرق ثبير كيما نغير وكانوا لا يفيضون حتى تطلع الشمس يضرب فى الاسراع والعجلة „Vox اشرق significat intra, o Tsabire! in ortum solis, ut sacrificium properemus.“ Dicitur: festinavit quidam festinatione vulpis, ut vox اغار eandem significationem, quam vox اسرع habeat. Dixit Ohmarus, cui Deus benedicat! plures Deos colentes dicebant: اشرق ثبير كيما نغير, nam ante solis ortum a loco Ahrafat non abibant. Adhibetur (proverbium) de properando et festinando.“ Conf. quoq. Kamus. Abu-Sajjarahus, de quo vide C. XIV, 85. verba proverbii dixisse fertur.

٣٠ شَرْعُكَ مَا بَلَّغَكَ ٱلْمَحَلَّ

30. Tibi sufficit id, quod te ad locum perducit.

Commeatus copia tibi sufficit, qua ad locum, quem petis, pervenis. Monet nos proverbium, ut pauco contenti simus. Conf. Kamus. s. شرع. Dixit poeta:

مَنْ شاء أَنْ يُكْثِرَ أَوْ يُقِلَّ يَكْفِيهِ مَا بَلَّغَهُ الْمَحَلَّ

»Qui aut paucum aut multum adferre vult, ei sufficit, quod ipsum ad locum perducit.« Metrum est Sarih.

٣١ أَشْبَهَ شَرْجٌ شَرْجًا لَوْ أَنَّ أُسَيْمِرًا

31. Similis esset locus Schardj loco Schardj, si spinae adessent.

In Scharaf-Aldini opere Scharadj ille locus enunciatur. Abu-Ohbaidus dixit: Almofadhdhelus proverbii originem sic narravit: Lokaimus cum patre suo Lokmano in loco Schardj appellato erat. Quum Lokaimus camelis suis pabulum vespertinum ut praeberet abiisset, Lokmanus, qui Lokaimum odio haberet, perdere eum constituit. Foveam igitur fodit, in quam incideret, et ne locum cognosceret, spinas Aegyptiacas, quibus locus impletus erat, removit. Lokaimus autem locum cognoscens et spinas non inveniens, ista verba dixit. Vox اسيمر deminutivi forma est, a plurali اسمر derivanda. Proverbium duas res aequales, nisi quod una tantum re diversae sunt, designat.

٣٢ شَجَرٌ يَرِفُّ

32. Arbor nitet.

Vox aut a رف nituit aut a ورف late patuit umbra derivari potest. In eum dicitur, cuius adspectus pulcher est, interna autem conditio non aeque bona.

٣٣ شَرُّ الرِّعَاءِ لِلْحُطَمَةِ

33. Pessimus pastor est is, qui frangit (pecora).

De viro dicitur, qui rei praefectus eam non bene perficit, ut pastor pastum ducens pecus duriter tractat, et baculo percutit, ut unum ex altero noxam capiat. Kamusi auctor Djeuharium vituperavit, quod proverbium esse

dixerit verba, quae traditione ad nos delata sint. Nil vero impedit, quominus ista Mohammedis verba in proverbii consuetudinem venerint.

٣٤ شُغِلَ عَنِ ٱلرَّامِي ٱلْكِنَانَةَ بِٱلنَّبْلِ

34. Non curat, quid agat sagittis petiturus pharetram.

Duo viri, sagittis iaculandi artis peritissimi, unus e gente Fesar, alter e gente Asad, amicitiam contraxerant. Quodam die, quum Fesarita pharetram novam haberet, Asadita laceram, Asadita dixit: quis nostrum iaculandi artis peritior est, ego an tu? Fesarita dixit: ego sum, quod te artem docui. Dixit Asadita: ponas mihi pharetram tuam aut ego tibi meam ponam, ut experiamur! Dixit Fesarita: ponas mihi tuam! Re facta, Fesarita omnes suas sagittas consumsit, semper Asaditae pharetram feriens. Tum Asadita: nunc mihi tuam pharetram ponas! Fecit Fesarita et ab Asadita sagitta confossus occisus est. Asadita autem eius pharetram novam, quae ipsi placuerat, sibi sumsit. Proverbii sensus est: Fesarita non vidit, Asaditam ipsum, non pharetram sagitta petiturum esse. Dixit Ferasdakus:

فَقُلْتُ أَظُنُّ ٱبْنَ ٱلْخَبِيثَةِ أَنَّنِي شُغِلْتُ عَنِ ٱلرَّامِي ٱلْكِنَانَةَ بِٱلنَّبْلِ

»Et dixi: num putat filius turpis feminae, me negligere eum, qui pharetram sagittis petât?[1])«

Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161. Proverbium de viro adhibetur, qui incuriosus non videt, se ab altero peti. In Hamasae scholiis pg. 153. legitur: »De eo adhibetur« ضرب مثلا لمن يعمل عملا وهو يرى غيره

1) Poeta Djerirus, cui inimicitiae cum Ferasdako intercesserant, Abaihtsum satyra perstrinxit, revera verbis Ferasdakum petens. Ferasdakus igitur dixit: num ille vilis putat, me non intelligere satyrae verum sensum, quo ipse petor.

proverbium, qui rem agit, et aliam se agere ostendit,« quae verba, nisi fallor, ad nostrum proverbium referenda sunt.

٣٥ شَقَّ فُلَانٌ عَصَا ٱلْمُسْلِمِينَ

35. Rupit quidam baculum Mohammedanorum.

Disgregavit Mohammedanos et eorum consensum sustulit. Baculum congregationem et consensum significare, Abu-Ohbaidus dixit: quippe quum nomine عصا nonnisi »baculus haud ruptus« appellaretur. Alii dicunt, duos agasones iter simul facientes, quum in via se separarent, baculum unum in duas partes disrupisse, ut quilibet partem acciperet, tum in omnem separationem translatum esse loquendi modum. Conf. Kam. s. عصا.

٣٦ اَلشُّجَاعُ مُوَقًّى

36. Fortis est custoditus.

Pauci enim contra fortem in pugna prodeunt eius fortitudinem timentes. Simili ratione dicitur: احرص على الموت توهب لك الحياة »Si mortem cupis, vita tibi dabitur.« Proverbio laus fortitudinis inest. Samachschar.

٣٧ شُخْبٌ طَمَحَ

37. Lactis emulsi radius in terram decidit.

In eum dicitur, qui semel vitium committit; aliis autem significat, portionem boni perire. Conf. prov. 13.

٣٨ شَحْمَتِي فِي قَلْعِي

38. Adeps meus in sacco meo.

Rem in potestate hominis sitam esse significat, ut ea fruatur, quando velit.

٣٩ اِشْنَأْ حَقَّ أَخِيكَ

39. Quod ei debetur, fratri tuo da!

Proverbium monet, ne rei amore seducti fratri debitum denegemus.

٤٠ اَلشَّرُّ يَبْدَؤُهُ صِغَارُهُ

40. Malum initio parvum est.

Patienter ferendum est malum, ne ad maius perveniamus. Conf. XXVIII, 120. Dixit Miscinus Aldaremita:

وَلَقَدْ رَأَيْتُ اَلشَّرَّ بَيْنَ اَلْحَيِّ يَبْدَؤُهُ صِغَارُهُ

فَلَوَ اَنَّهُمْ يَأْسُونَهُ لَتَنَهْنَهَتْ عَنْهُمْ كِبَارُهُ

»Iam vidi inter gentem malum, cuius initium parvum erat. Si id sanassent, profecto! magnum ab iis remotum fuisset.« Versuum metrum Camil est. Conf. l. m. p. 214.

٤١ اَلشَّرُّ أَخْبَثُ مَا أُوعِيَتْ مِنْ زَادِ

41. Malum est pessimus commeatus, quem asservasti.

Monet proverbium, ut vituperium et malum fugiamus. Versus huius, cuius metrum Basith est, hemistichium prius tale esse dicitur: الخير يبقى وان طال الزمان به »Bonum durat, et si longum eius tempus est. Alii daemones versum hunc dixisse contendunt, alii versum Ohbaido ben-Alabraz tribuunt. Similem sensum Alafwahus expressit:

وَالْخَيْرُ تَزْدَادُ مِنْهُ مَا لَقِيتَ بِهِ وَالشَّرُّ يَكْفِيكَ مِنْهُ قَلَّ مَا زَادُ

»Boni tantum, quantum obtinere potes, commeatum tibi parabis, mali autem parvus commeatus tibi sufficit.«

Metrum est Basith. Conf. l. m. p. 190.

٤٢ اَلشَّحِيحُ أَعْذَرُ مِنَ اَلظَّالِمِ

42. Avarus excusatione dignior est, quam iniustus.

Abu-Ohbaidus dixit, vulgum hoc proverbium quotidie adhibere. Excusant enim virum, qui opes suas conservat, ne honorem perdat et ad mendicandum cogatur. Ille ex vulgi opinione vituperio dignus est, qui aliorum opes ad se rapit. Abu-Ahmruus proverbium significare dixit, eum, qui avarum contumelia afficeret, vituperatione digniorem avaro esse. Primum ista proverbia Ahmirus ben-Zazaah dixisse fertur, quum ante mortem filios adhortaretur.

٤٣ شَرِبْنَا عَلَى الْخَسْفِ

43. Bibimus cibo deficiente.

Molestia proverbio designatur. Conf. Kam.

٤٤ اِشْتَرِ لِنَفْسِكَ وَلِلسُّوقِ

44. Eme tibi et foro!

Cape res, quae tibi commodo sunt, et quas si vendere vis, vendibiles sunt. Cautionem et prudentiam in rebus acquirendis adhibe!

٤٥ اُشْتَدِّي زَيْمُ

45. Curre o Saima!

Saim equi nomen est. Id est: Occasionem ne effugere sinas, o vir!

٤٦ اَلشَّعِيرُ يُوكَلُ وَيُذَمُّ

46. Hordeum editur et vituperatur.

Et dicitur: خبز الشعير يوكل ويذم »Panis hordeaceus editur et vituperatur.« Simile est proverbium C. I, 99. Adhibetur de beneficii vituperio.

٤٧ أَشَوَارَ عَرُوسٍ تَرَى

47. Num vides pudendum sponsae?

Construendum est اترى شوار. Ad deridendum adhi-

betur. Regina Saba verba haec Djasimaho dixisse fertur. Conf. C. VII, 9.

٤٨ شَبِرَ فَتَشَبَّرَ

48. Magni habitus est et tum magni se habuit.

Haec proverbii in scholiis explicatio legitur: اى اكرم فاستكبر وعظم فاستعظم والشبر القربان الذى يقرب ومعناه قرب فتقرب يضرب للذى يجاوز قدره »Honore affectus est et tum tanquam stultum se gessit, magni habitus est et tum tanquam magnum se gessit. Vocabulum شبر donum sponsalitium, quod offertur, est. Sensus est: in propinquum adductus fuit et tum tanquam propinquum se gessit. In eum adhibetur proverbium, qui modum ipsi convenientem et dignitatem transgreditur.«

٤٩ شَبْعَانُ فِى يَدِهِ كِسْرَةٌ

49. Satiatus, in cuius manu frustum panis est.

De eo dicitur, cuius opes maiores sunt, quam necessitas postulat.

٥٠ شَبِثًا مَا يَطْلُبُ السَّوْطُ اِلَى ٱلشَّقْرَاءِ

50. Rem quandam postulat flagellum ab equa rufa.

Id est: Postulat cursum. Proverbii originem hanc fuisse tradidit Abu-Saidus. Vir quidam in equa rufa vehebatur, quae quoties vir eam flagello percutiebat, toties cursum augebat. De eo dicitur, qui rem necessariam petit, et in eo est, ut eam assequatur. Meid. De eo dicitur, qui violenter tractatur, ut res petita eius manui eripiatur. Samachschar.

٥١ شَمَّ خِمَارَهَا ٱلْكَلْبُ

51. Canis velum eius olfecit.

In mulierem male olentem, tum quoque in mulierem impudicam, moecham verba dicuntur.

٥٢ شِفَاؤُهُ نَكْءُ ٱلدَّبَرِ

52. Sanatio eius in eo consistit, quod ulcus escharâ nudatur.

Id est: Malum malo excipe! In feminam dicitur, dum virum spectare videtur proverbium, cui nil nisi vilitas et contemtus convenit.

٥٣ ٱلشَّرُّ لِلشَّرِّ خُلِقَ

53. Malus malo creatus est.

Proverbium hoc simile est alteri: الحديد بالحديد يفلح »Ferrum ferro finditur.« Conf. I, 13.

٥٤ أُشِيتَ عَقِيلٍ إِلَى عَقْلِكَ

54. Ad ingenium tuum confugere coactus es, o Ahkile!

De viro dicitur, qui in rem difficilem incidit, e qua non facile se expedire potest. Necesse igitur est, diligentiam adhibere et prudenter agere. Scharaf-Aldinus et Samachscharius alium proverbii intelligendi modum adnotarunt. Sensum esse dicunt: Tu ad ingenium tuum confugere coactus eras, et hoc te in malum coniecit, ut gaudium ob malum, quod quis sibi ipsi paravit, proverbio insit. Sed vocabulum عـقلـك duabus vocalibus Fatha ab aliis enunciatur, ut statum eius, qui distortos habeat pedes, designet. In pravam hominis agendi rationem in proverbio vox translata est. Verborum lusus proverbio inest.

٥٥ شِبْعَانٌ مَقْصُورٌ لَهُ

55. Satiatus incarceratus in suum commodum.

De eo dicitur, cuius conditio pulchra facta est, postquam emaciatus fuerat. Incarceratio ei utilis fuit, quia pinguis evasit. Similis proverbio ratio est, quam C. XXI, 37.

٥٦ أُشْدُدْ حَيَازِيمَكَ لِذٰلِكَ ٱلْأَمْرِ

56. Firmiter liga pectus tuum isti rei!

Fortiter et firmo consilio rem istam aggredere! Ohaihahus ben-Aldjolah filio suo dixit:

أُشْدُدْ حَيَازِيمَكَ لِلْمَوْتِ فَإِنَّ ٱلْمَوْتَ لَاقِيكَ

ولا تَجْزَعْ من ٱلْمَوْتِ إِذَا حَلَّ بِوَادِيكَ

»Morti pectus tuum liga, nam mors tibi occurret; ne mortem timeas, quando in vallem tuam venit.«

Versuum metrum Hesedj est. Conf. l. m. p. 226. In initio prioris versus duae syllabae longae superfluae sunt, quae res a metricis خزم appellatur. Conf. l. m. p. 85. In Scharaf-Aldini opere Ahlio versus illi, abiecta voce اشدد, tribuuntur.

٥٧ شَيْخٌ يُعَلِّلُ نَفْسَهُ بِٱلْبَاطِلِ

57. Senex, qui vana re se quietat.

De viro dicitur, qui ad venerem impotens est aut de sene grandaevo, qui rem cum mulieribus habere nequit. Ad metrum Camil referri potest. Conf. l. m. p. 212.

٥٨ شَاخَسَ لَهُ ٱلدَّهْرُ فَاهُ

58. Ostendit ei tempus os suum cum dentibus invicem distantibus.

Id est: Fortuna secunda ei adversa facta est.

٥٩ شَقَّ عَصَاهُمْ نَوًى شَجُورُ

59. Rupit baculum eorum absentia remota.

Omnino inter se dissenserunt.

٦٠ ٱلشَّرْطُ أَمْلَكُ عَلَيْكَ أَمْ لَكَ

60. Conditio omnino observanda est, sive contra te sive pro te sit.

Proverbium hortatur, ut conditionibus inter fratres factis satisfiat.

٦١ اَلشَّرُّ قَلِيلُهُ كَثِيرٌ

61. Parvum malum, magnum est.

Huic similis ratio est, quam verbis: الشر تحقره وقد ينمى »Malum quod parvi habes, crescit.« Proverbium docet, malum parvi habendum non esse.

٦٢ اَلشَّيْبُ قِنَاعُ اَلْمَقْت

62. Senectus calantica odii est.

Hoc dicitur, quia puellae senes odio habent.

٦٣ اَلشَّبَابُ مَظِنَّةُ اَلْجَهْل

63. Adolescentia insipientiae iumentum est.

Altera lectio est: مظنة الجهل »locus ubi insipientia esse putatur.«

٦٤ شَرُّ اَلْعِيشَةِ اَلرَّمَق

64. Pessimus victus est, quo nonnisi extremus vitae spiritus ducitur.

Vocabulum رمق, pluralis vocis رمقة, est, quo victus designatur, qui extremo vitae spiritui retinendo sufficit. Altera lectio est: الرمق (Alramik), ut العيش supplendum sit. Adhibetur proverbium ad maximam in vita penuriam designandam.

٦٥ اَلشَّمَاتَةُ لُؤْمٌ

65. Gaudium ob alienum malum vilitas est.

Verba haec Actamus ben-Zaifi Tamimita dixisse narratur. Ob alius mala nonnisi is, cuius natura prava est, gaudio afficitur.

٦٦ اَلشَّرُّ كَشَكْلِهِ

66. Malum ut ipsius similitudo est.

Id est: Malum malo simile est et una pars alteri. Legitur quoque كشكله الشى »Res ut ipsius similitudo est.«

٦٧ شَرٌّ مِنَ الْمَرْزِئَةِ سُوْءُ الْخَلَفِ مِنْهَا

67. Peius, quam infortunium, est pravitas eius, quod in locum eius (infortunii) succedit.

Sic proverbium in scholiis explicatum est. المرزية الرزء وهو المصيبة يضرب للخلف قام مقام المخلف وقيل اراد بالخلف ما يستوجبه من الصبر ان صبر وسوء ان يحبط ذلك بالجزع »Vox مرزية idem significat, quod vox رزء, scilicet calamitatem. De re dicitur, quae in rei alterius locum succedit. Et dicitur: Vult voce خلف significare patientiam, quae ipsi necessaria videtur, si cum forti animo (calamitatem) fert, malum autem eius (patientiae) est, quod ea propter timorem frustra fit.«

٦٨ شَرٌّ مِنَ الْمَوْتِ مَا يُتَمَنَّى مَعَهُ الْمَوْتُ

68. Peius, quam mors, est id, propter quod mors optatur.

De infortunio maximo dicitur.

٦٩ شَرُّ اللَّبَنِ الْوَالِجُ

69. Pessimum lac est intrans.

Dicere vult: Pessimum lactis est id quod in domum tuam intravit, te impellens, ut lac hospiti des, eumque tibi et liberis tuis praeferas. Proverbium adhibetur, ut homines ad beneficentiam incitentur. Aliis autem الوالج de lacte dicitur, quod in mammas repellitur, eo ut mammae aquâ conspergantur i. e. lac quod non mulgetur.

Proverbium ex verbis, quae Alharitsus ben-Alhillisa nilo suo Ahmruo dixit, desumtum est:

قُلْتُ لِعَمْرٍو حِينَ أَرْسَلْتُهُ ... وَقَدْ حَبَا مِنْ دُونِهَا عَالِجُ

لَا تَكْسَعِ الشَّوْلَ بِأَغْبَارِهَا ... إِنَّكَ لَا تَدْرِي مَنِ النَّاتِجُ

وَاصْبُبْ لِأَصْيَافِكَ أَلْبَانَهَا ... فَإِنَّ شَرَّ الْبَنِ الْوَالِجُ

»Dixi Ahmruo, quum eum dimitterem, et iam arena Ahlidj eminuit, ut eae (camelae) tectae essent, ne camelis praegnantibus cum lacte in uberibus superstite aquam adspergas (ut lac tollatur), tu enim nescis, quis futurus sit parientem adiuvans et hospitibus tuis lac earum effunde, nam pessimum lac est, quod in ubera retruditur.«

Versuum metrum Sarih est. Conf. l. m. p. 243.

٧٠ أَشْرِبَتِنِي مَا لَمْ أَشْرَبْ

70. Dixit, me bibisse, quod non bibi.

In Scharaf-Aldini libro vocales tertiae personae feminini voci اشربتنى adscriptae sunt. Me fecisse dixit id, quod non feci. Conf. Kam. Samachschar.

٧١ اَلشُّبْهَةُ أُخْتُ الْحَرَامِ

71. Dubitatio est soror rei illicitae.

Duas res designat, quae non multum diversae sunt. Sic in scholiis Meidanii legitur. Verborum autem ratio talis videtur, ut sensus sit: si de re dubitas, num licita sit nec ne, eam illicitam esse, putes.

٧٢ اَلشَّرُّ خَيْرٌ إِذَا كَانَ مُشْتَرَكًا

72. Malum melius est, quum plures participes sunt.

Adhibetur in magna calamitate, qua multi adliciuntur ad significandum, eam esse minoris momenti.

٧٣ اَلشَّبْعَانُ يَفُتُّ لِلْجِيعَانِ فَتًّا بَطِيًّا

73. Satiatus esurientibus cunctanter frusta comminuit.

De eo dicitur, qui rei tuae curam non habet et statum tuum non expertus est.

٧٤ شِقْشِقَةٌ هَدَرَتْ ثُمَّ قَرَّتْ

74. Res Schikschikah appellata mugiit, tum quievit.

Vocabulo شقشقة res pulmoni similis designatur, quae ex ore cameli dependet, quum libidine accensus est. Quando autem orator ذو شقشقة cognominatur, hoc fit, quia cum admissario comparatur. Imperatoris Ahlii una oratio cognomen شقشقية accepit. Causa talis erat: Quum Ahlius orationi finem imposuisset, Ebn-Ahbbasus dixit: o princeps fidelium! o si orationem tuam in campum, quem ingressus eras, longius produxisses! Ahlius autem respondit: Absit, o Ebn-Ahbbase, تلك شقشقة هدرت ثم قرت »Ea fuit res شقشقة appellata, quae mugiit tum quievit.« Proverbii sensus esse videtur: Modus in rebus tenendus est.

٧٥ شَرُّ اَلضُّرُوعِ مَا دَرَّ عَلَى اَلْعَصْبِ

75. Pessima mamma est, quae lac large emittit, quod ligatum est femur.

Sic dicunt, quod camelae, quae non large lac emittit, lumbus vinculo ligatur, ut plus lactis emittat.

٧٦ شَرُّ اَلنَّاسِ مَنْ مِلْحُهُ عَلَى رُكْبَتِهِ

76. Pessimus hominum is est, cuius super genu adeps est.

De homine levi, prono ad iram et perfido dicitur. Arabes adipem ob album eius colorem salem appellarunt. Sic versus sequens explicatur:

لَا تَلُمْهَا أَنَّهَا مِنْ نِسْوَةٍ مِلْحُهَا مَوْضُوعَةٌ فَوْقَ الرُّكَبْ

»Ne vituperes eam, quod ex mulierum numero est, quarum adeps super genu est.«

Versus metrum Raml est. Conf. l. m. p. 238. Sensus igitur proverbii talis est: Pessimus homo is est, qui prudentia caret, qua ad res laude dignas incitatur; sed cuius animus levibus et inconstantibus mulieribus similis est, quae adipem amant.

أَشْأَمُ كُلِّ امْرِئٍ بَيْنَ فَكَّيْهِ ٧٧

77. Infelicitas cuiuslibet viri inter mandibula est.

Legitur بين لحييه inter genas i. e. Lingua cuiuslibet maximae infelicitatis causa est. Vocabulo أشام in proverbio eadem quam voci شوم significatio tribuitur. Eodem modo dicitur: مقتل الرجل بين فكيه »Instrumentum, quo vir occiditur, inter eius mandibula est.«

أَشْبَهُ فُلَانٌ أُمَّهُ ٧٨

78. Quidam matri suae similis est.

De eo dicitur, qui debilis habetur.

شَجِيَ بِرِيقِهِ ٧٩

79. Sputo suo suffocatus est.

In eum dicitur, qui e loco, ubi securum se putabat, oppressus est. Conf. prov. 19.

شَدِيدُ الْحَجْزَةِ ٨٠

80. Firmus in loco cinguli.

Vocabulum حجزة locum, ubi cingulum est in medio corpore, significat. Proverbium patientem in malis ferendis designat.

٨١ شَرٌّ أَهَرَّ ذَا نَابٍ

81. Malum est, quod feram gannire fecit.

Proverbium in scholiis sic explicatum est: Vox شر nominativi casum habet, quod phrasin incipit modo, quem grammatici ابتداء appellant. Est vox indeterminata. Vocis autem indeterminatae conditio est, ut non incipiat phrasin, nisi specialis facta sit verbis additis ex. gr. رجل من تميم فارس »Vir e gente Tamim est eques.« In proverbio quamquam nil additum est, id tamen licitum est, quia sensus est: ما اهر ذا ناب الا شر »Nulla res gannire fecit feram nisi malum.« Adhibetur proverbium de indiciis mali apparentibus.

٨٢ أُشْدُدْ حِظِّيَ قَوْسَكَ

82. Liga, o Hothsobijje, arcum tuum!

Proverbium genti Banu-Asad proprium est. Hortatur, ut ad rem agendam parati et instructi simus.

٨٣ شَرِبَ فَمَا نَقَعَ وَلَا بَضَعَ

83. Bibit; sed non explevit sitim et non satiatus fuit.

De eo dicitur, qui rei fastidium non habet.

٨٤ شَهْرٌ ثَرًى وَشَهْرٌ تَرَى وَشَهْرٌ مَرْعًى

84. Mensis in quo humor et mensis in quo vides et mensis in quo pratum est.

Menses veris sunt. Primum pluvia decidit, tum gramina crescentia vides, tum longa sunt et depascuntur. Vocabula ثرى et مرعى cum Nun in fine enuntianda sunt, quae littera ob vocem ترى omissa est, ut sonus vocum omnino aequalis esset. Tum quoque فيه in eo in tribus phrasibus omissum est sc. شهر فيه ثرى etc.

٨٥ شَعَبَتْ قَوْمِي شَعُوبُ

85. Gentem meam mors dispersit.

Adhibetur ad significandum, homines dispersos esse. Inest proverbio lusus verborum.

٨٦ شَوْفُ ٱلنُّحَاسِ يُظْهِرُ ٱلنُّحَاسَا

86. Politio aeris aes ostendit.

In vilem dicitur, qui, ut beneficia in alios conferat, impellitur; sed facere recusat. Politio enim non efficit, ut aes naturam suam mutet. Proverbio metrum Sarih est, et hanc ob causam in codicibus Berol. et Lugdun. النحاسا scriptum reperitur. Conf. l. m. p. 246.

٨٧ شَرِيبُ جَعْدٍ قَرْوٌ مُقِيرُ

87. Lacus compotoris Djahdi pice oblitus est.

Vocabulum قرو proprie inferior pars arboris est excavata, in quam mustum e torculare effluit. E lacu autem tali pice oblito nil mus'i effluit. In avarum igitur dicitur. Metrum proverbii Redjes est. Conf. l. m. p. 230.

٨٨ شَنُوءٌ بَيْنَ يَتَامَى رُضَّعِ

88. Sordidum inter pupillos sugentes.

Vocabulum شنوء in verbis et factis id significat, quod sordidum habetur. In homines dicitur, qui ad turpia perpetranda convenerunt, et inter quos nemo est, qui eos retineat et rectum ostendat. Proverbio metrum Redjes est. Conf. libr. m. p. 230.

٨٩ شِبِكَ بِسُلَّاءَةٍ أُمُّ جُنْدَعِ

89. Mater Djondahi spinis palmarum vulnerata fuit.

Mater Djondahi nomen mulieris est. De eo dicitur, qui e loco securo obruitur.

٩٠ شَرُّ دَوَاءِ ٱلْإِبِلِ ٱلتَّذْبِيحُ

90. Pessima camelis adhibita medicina mactatio est.

Anno infertili, quum camelorum interitum timent Arabes, eorum pullos mactant, ut matres salvae sint. Proverbio metrum Sarih est. Conf. l. m. p. 246. De eo dicitur, qui malum fugiens in maiorem calamitatem incidit.

٩١ شَمِّرْ بِخِنَّابَةٍ أُمَّ شِبْلٍ

91. Olfac mucrone nasi, o leaena!

Vocabulum خنابة mollem nasi partem genis contiguam significat. In superbum verba dicuntur.

٩٢ شَمَّرَ ثَرْوَانُ وَصَاوٍ هُكَعَةٌ

92. Laciniam sustulit opulentus et aridus, stultus.

Proverbium, cui metrum Redjes esse videtur, (cf. l. m. p. 230.) scholion sic explicat: يقال ثروان اذا كان كثير المال والصاوى اليابس يقال صوى يصوى صويا اذا يبس والهكعة الاحمق الكسلان يضرب للغنى المشمر للجاد فى امره ويباهيه ويوازيه كسلان رث الحال فمن اين يلتقيان» Dicitur ثروان, quum quis opulentus est, et صاو aridum significat. Dicitur صوى, cuius futurum يصوى, nomen actionis صوى est, quum aridus est. Vox هكعة stupidum, segnem designat. Proverbium adhibetur de opulento, qui expeditus, diligens est in re sua peragenda, quocum certat segnis et pauper. Et quomodo illi duo convenient?«

٩٣ شَيْخٌ بِحَوْرَانَ لَهُ أَلْقَابُ

93. Senex in regione Hauran, cui cognomina sunt.

Placet addere scholion, quo proverbium explicavit Meidanius: حوران من ارض الشام وبعده الذيب والعقعق

والغراب يضرب لمن يظهر للناس العفاف والصلاح ومن حقه ان يحترز من قربه »Hauran est regio Syriae (Damasci) et post eam lupus, picus et corvus (sunt). De eo adhibetur, qui castitatem et probitatem hominibus ostendit, dum eius propinquum caveatur, necesse est.« Sed de proverbio intelligendo dubium restat, quod in causa erat, cur Pocockius شيخ, quod fruticis nomen est, legendum esse putarit. At vero vocabulum شيخ arboris nomen est, ut si senis significatio reiicienda videatur, illa admitti possit. Sed nil certi habeo, nam et ipsius quod in scholio legitur, verbi وبعده et post eum sensus non satis mihi liquet.

٩٤ شَهْرَا رَبِيعٍ كَجُمَادَى ٱلْبُؤسِ

94. Menses veris sunt instar mensis hiemis calamitatis.

Proverbio metrum Sarih est. Cf. l. m. p. 246. Mensis جمادى Djumada hiemis tempore est. In eum dicitur, qui statum suum semper queritur, sive pabuli copia abundet, sive penuria laboret.

٩٥ شَرِيفُ قَوْمٍ يُلْعِمُ ٱلْقَدِيدَ

95. Nobilis gentis, qui carnem in parvas partes dissectam cibo praebet.

Carnes dissectas pessimum cibum esse dicunt. Nobilis igitur carnes dissectas aliis cibo non porrigit. Adhibetur proverbium de viro, qui liberalitatem prae se fert; sed parum boni aliis infert. Proverbio metrum Sarih est. Cf. libr. m. p. 246.

٩٦ شَكَوْتُ لُوحًا فَحَرَا لِي يَلْمَعَا

96. Sitim questus sum; sed vaporem meridianum aquae speciem habentem mihi obtulit.

De eo adhibetur, qui penuriam questus cibum accipit ipsi non gratum. Proverbio metrum Sarih est. Conf. libr. m. p. 230.

٩٧ شَمْلٌ تَعَالَى فَوْقَ خَصْبَاتِ ٱلنَّقَلْ

97. Remanentes dactyli elati sunt super palmis pravis dactylis abundantibus.

In eum dicitur, ex quo bonum, quod paucum est, nonnisi cum multa molestia elici potest. Proverbio metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230.

٩٨ شَوَالُ عَيْنِي يَغْلِبُ ٱلضِّمَارَ

98. Pauca pecunia mea vincit aes alienum, cui solvendo certus terminus non est.

Pecunia parata, etsi pauca est, praefertur aeri alieno incerto. Verba haec Abu-Djabirus ben-Molail Hudsailita dixit tempore, quo Alhadjdjadjus Ahbd-Allahum ben-Alsobair oppugnabat. Ahbd-Allahus multa promisit, et moram traxit; Hadjdjadjus autem sociis dona dedit improvisa. Tum Abu-Djabirus interrogatus, quid ipsi videretur, verbis respondit, quae postea in proverbium venerunt. Proverbio autem metrum Sarih est. Conf. l. m. p. 246.

٩٩ أَشْرَى ٱلشَّرِّ صِغَارُهُ

99. Malum importunissimum est parvum.

Vocabulo اشرى significatio الح magis importunus et ابقى magis durans tribuitur, a radice شرى fulsit multum (de fulgure) derivata. Narrant venatorem, cui canis esset, cum utre melle impleto in officinam intrasse, ut mel domino officinae vendendum offerret. Factum autem esse, ut cum gutta mellis defluxisset, et in eam vespa incidisset, mustela quae officinae domino esset, vespam arriperet, et tum a venatoris cane occideretur. Officinae

dominum id videntem venatoris canem occidisse, venatorem autem canis caedem ulturum dominum interfecisse. Vici denique incolas eam ob causam venatorem necasse et postea venatoris asseclas de re certiores factos omnes vici incolas vindictam sumentes perdidisse. In hanc rem proverbium dictum esse contendunt.

١٠٠ أُشِبَّ لِي أَشْبَابًا

100. Subito mihi apparuit.

Abu-Saidus dixit: Quando homo, cuius mentionem non facis, tibi apparet, haec verba dicis: i. e. elatus mihi est. Verbi significatio derivanda est a شب الغلام »Adolevit, elatus fuit adolescens«, et inde dicitur: اشبه الله اشبابا »Effecit Deus, ut adolesceret et sustulit eum.« Adhibetur proverbium, quum res nobis subito occurrit.

١٠١ شَرَّ مَرْغُوبٍ إِلَيْهِ فَصِيلٌ رَيَّانُ

101. Malum desideratum est pullus ablactatus, potu expletus.

Camela nonnisi super pullum aut pulli speciem بو appellatam lac emittit. Solent enim sub camela pullum ponere, ut lingua sua mammam tangat. Quod si igitur pullus potu expletus est, linguam non exerit et camelae dominus lac non accipit. In divitem dicitur, ad quem pauper confugit.

١٠٢ شَوْقٌ رَغِيبٌ وَزِبِيرٌ أَصْمَعُ

102. Apertio oris cupida et buccella parva.

Vocabulum شوق hoc in proverbio vocis شقو oris apertio significationem habere dicitur In eum dicitur, qui promissis firmis datis aut nil praestat aut parum tantum dat. Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Conf. I. m. p. 230.

١٠٣ شَرُّ إِخْوَانِكَ مَنْ لَا تُعَاتِبُ

103. Pessimus fratrum tuorum est, quem non obiurgas.

Horum verborum eadem ratio est, quae in sequentibus: »Obiurgare fratrem melius est. معاتبة الاخ خير من فقده quam cum desiderare.« Vocabulum تعاتب est pro تعاتبه. Qui autem legit يعاتب, ei hoc est pro يعاتبك »te obiurgat.«

١٠٤ اَلشَّمْسُ أَرْحَمُ بِنَا

104. Sol in nos misericordior est.

Quod hieme nos calefacit. Pauper istis verbis uti solet.

١٠٥ شِدَّةُ الْحَذَرِ مُتْهِمَةٌ

105. Vehementia cautionis suspicionem parit.

١٠٦ شَنِيئَتُهَا فِي أَهْلِهَا مِنْ قَبْلِ أَنْ تُزْوَى إِلَيَّ

106. Odio eam habui in gente sua, antequam ad me deducta erat.

Ab uxore desumtus loquendi modus in exosum adhibetur. In proverbio legitur تزوى; sed Meidanio تزوى »colligitur, congregatur« rectum videtur, quum in lexicis verbo زوى illa significatio tributa non sit. Admitti quoque posse videtur, تزوى esse pro تزوى »tolleretur,« quemadmodum dicatur: زوى السراب الشى »Vapor meridianus rem sustulit.«

١٠٧ شَغَرَتْ لَهُ الدُّنْيَا بِرِجْلِهَا

107. Sustulit ei mundus pedem suum.

In eum dicitur, qui in amore multum mutabilis est.

١٠٨ اِشْرَبْ تَشْبَعْ وَاحْذَرْ تَسْلَمْ وَاتَّقِ تُوقَهْ

108. Bibe! satiatus eris; cave! salvus eris; te custodi! custoditus eris.

Abu-Ohbaidus dixit, proverbium monere, ut in rebus cauti simus. Littera autem ه in voce توقه aut nil ad sensum faciens otiosa est, aut pronomen ad vocabulum supplendum الشر (malum) referatur oportet.

١٠٩ شَاوِرْ فِي أَمْرِكَ ٱلَّذِينَ يَخْشَوْنَ ٱللَّهَ

109. In re tua eos consule, qui Deum timent!

Proverbium hoc Ohmaro adscribitur.

١١٠ شِدَّةُ ٱلْحِرْصِ مِنْ سُبُلِ ٱلْمُتَأَلِّفِ

110. Vehementia cupiditatis est una viarum eius, qui societatem colit.

Adhibetur in eum, qui cibi aliarumque rerum cupidus est, et hanc ob causam nobiscum societatem colit.

١١١ شَوَى زَعَمَ وَلَمْ يَأْكُلْ

111. Se carnes assavisse dixit, et non edit.

Id est: Dixit, se assandae carni praefuisse, tum non edit. De eo adhibetur, qui rei praefectus eam reliquit.

١١٢ شَغَلَ ٱلْحُلِيُّ أَهْلَهُ أَنْ يُعَارَ

112. Possessores suos ornamentum occupat, ut mutuum non detur.

Id est: Necesse est, possessores ornamenti se ornare: et haec est causa, cur id mutuum non dent. Conf. prov. 2. De eo dicitur, qui rogatur, ut rem det, qua carere non potest. Ad metrum Chafif referri potest. Conf. libr. m. p. 262. In codice B. يعار legitur, quod metro magis convenit.

Forma comparativi.

١١٣ أَشَدُّ ٱلرِّجَالِ ٱلأَعْجَفُ ٱلأَضْخَمُ

113. Robustissimus virorum est macilentus, crassus.
Id est: Macilentus latis humeris praeditus.

١١٤ أَشْأَمُ مِنْ بَسُوسَ

114. Infaustior quam Basusa.

Basusa (et Bassah nomen habebat) mulier erat e gente Tamim filia Monkedsi matertera Djassasi ben-Morrah ben-Dsohl Schaibanitae occisoris Colaibi. Isti feminae vicinus erat Sahdus ben-Schems appellatus, qui camelam, cui nomen Sarab erat, possidebat[1]). Colaibus autem princeps suo tempore potentissimus (cf. Hamas. 420. sq.) regionem, quae ad superiorem Arabiae partem العالية appellatam pertinebat, cæteris pascendam interdixerat, nonnisi affinis sui Djassasi, cuius soror Aldjalilah appellata ipsi nupta erat, camelos exceperat. Inter Djassasi autem camelos exierat pastum camela illa Saahdi Djormitae. Quam quum Colaibus conspexisset, sagitta uberem eius vulneravit. Camela domum rediit ex ubere lacte cum sanguine mixto fluente. Magnum clamorem et camelae possessor et Basusa id videntes sustulerunt. Haec quoque sequentes versus dixit:

لَعَمْرُكَ لَوْ أَصْبَحْتُ فِي دَارِ مُنْقِذٍ لَمَا ضِيمَ سَعْدٌ وَهْوَ جَارٌ لِأَبْيَاتِي

وَلٰكِنَّنِي أَصْبَحْتُ فِي دَارِ غُرْبَةٍ مَتَى يَعْدُ فِيهَا ٱلذِّئْبُ يَعْدُ عَلَى شَاتِي

1) Cum vicino isto visitatum venerat sororem suam matrem Djassasi ben-Morrah.

فَيَا سَعْدُ لَا تَغْرُرْ بِنَفْسِكَ وَٱرْتَحِلْ فَإِنَّكَ فِي قَوْمٍ عَنِ الْجَارِ أَمْوَاتِ

وَدُونَكَ أَذْوَادِي فَإِنِّي عَنْهُمُ لَرَاحِلَةٌ لَا يَفْقِدُونِي بِنَيَّاتِي

»Per vitam tuam! si in domo Monkidsi fuissem, Sahdus iniuria lacsus non fuisset, dum domorum mearum vicinus esset. At vero ego in domo peregrina sum, quando lupus in eas incurrit, in oves meas irrumpit. O Sahde! ne tui curam neglige! Proficiscere! nam in gente tu es, quae tanquam mortua vicini rationem non habet. Cape camelorum meorum agmina, ego enim eam relictura sum. Non me filiae meae desiderabunt[1]).«

Quae verba quum Aldjassasus audivisset, ei solamen allaturus dixit: Mox o femina, camelus occidetur, cuius caedes maior erit, quam vicini tui camelae. Ab hoc inde tempore Djassasus Colaibi occidendi occasionem quærebat. Quodam die Colaibus nil timens exierat. Djassasus rei certior factus, quum a gente ille longius abesset, equo conscenso ipse hasta armatus eum secutus est. Post eum quoque Ahmruus ben-Alharits exiit; sed nonnisi post Colaibi caedem advenit. Colaibus confossus a Djassaso petiit, ut aquae potum ei porrigeret. At ille respondens dixit: تركت الماء وراءك »Reliquisti aquam post te.« Tum ab Ahmruo adveniente idem petiit; at ille ab equo descendens saucium Colaibum occidit. Qua de causa proverbium est:

اَلْمُسْتَجِيرُ بِعَمْرٍو عِنْدَ كُرْبَتِهِ كَالْمُسْتَجِيرِ مِنَ الرَّمْضَاءِ بِالنَّارِ

»Is qui ab Ahmruo moerore adflictus auxilium petit ei similis est, qui contra ferventem terram ab igne auxilium petit.« Versus metrum Basith est. Conf. l. m. p. 190.

1) Hunc versum Scharaf-Aldinus sic adnotavit: ودونك اذوادى فخذها فانى لراحلة لا يغدروا ببنياتى „Cape camelorum meorum agmina eaque sume, nam ego profecturus sum. Ne erga filias meas perfide agant! Versus illi ab Arabibus: ابيات الفنا „Versus interitus“ appellantur.

Djassasus autem ad gentem suam magno equi [illegible]u tetendit. Pater eius e longinquo advenientem conspexit et adstantibus dixit: Djassasus infortunium nobis nuntiabit. Illi interrogarunt: unde hoc scis? Quod genu eius nudatum video, pater respondit. Patri autem quum caedem Colaibi nuntiasset, ille dixit: بئس لعمر الله ما جنيت على قومك »Vaeh! per vitam Dei, quam iniuriam genti tuae intulisti!« Dixit autem Djassasus:

تَـأَهَّبْ عَنْكَ أُهْبَةَ ذِى أَمْتِنَاعٍ فَإِنَّ ٱلْأَمْرَ جَلَّ عَنِ ٱلتَّلَاحِى

قَانِّى قَـدْ جَنَيْتُ عَلَيْكَ حَرْبًا تُغِصُّ الشَّيْخَ بِٱلْمَاء ٱلْقَرَاحِ

»Para arma defendentis, res enim nimis magna est, quam ut inter nos disputemus; nam contra te bellum iniustum accendi, quod senem limpida aqua suffocabit.«

Pater autem respondit:

فَإِنْ تَكُ قَدْ جَنَيْتَ عَلَىَّ حَرْبًا فَـلَا وَانٍ وَلَا رَثُّ ٱلسِّلَاحِ

سَـأَلْبَسُ ثَوْبَهَـا وَأَذُبُّ عَنِّى بِهَا يَوْمَ ٱلْمَذَلَّةِ وَٱلْفَضَاحِ

»Et si contra me bellum iniustum accendisti, tamen ego non sum ignavus, neque mea arma sunt lacera. Induam eius (belli) vestem et diem ignominiae et opprobrii eo (bello) a me repellam.«

Tum dirutis domibus pecora et equos congregarunt et proficiscendi consilium ceperunt. Hammamus ben-Morrah autem Djassasi frater Almohalheli ben-Rabiah fratris Colaibi compotor erat. Ad eum igitur puellam miserunt, quæ eum de re et profectionis consilio certiorem faceret. Bibendo occupatos nuntius invenit et rem clam Hammamo nuntiavit. Erat autem inter utrumque lex, qua, quominus alter alterum rem celaret, impediebantur. Quapropter quum Almohalhelus, quid esset, interrogasset, Hammamus se occisi Colaibi nuntium accepisse dixit. At Mohalhelus اخوك ضيف استا من ذلك »Frater tuus id perficere non potest« dicens rem

vit. Bibere autem quum pergerent, et Mohalhelus Becuri modo, Hammamus timentis modo biberet, factum est, ut Mohalhelo ebrio alter se fuga subducere posset. Inter gentem autem Becr et Thagleb hanc ob causam per quadraginta annos bellum ardebat, in quo semper Thaglebitae a Becritis victoriam reportabant. Alharitsus ben-Ahbbad Becrita autem gentem suam reliquerat, ut in bello illo non pugnaret. Quum autem Becritae tot tantisque cladibus affligerentur, Alharitsum auxilium rogantes accesserunt. Misit igitur filium suum Bodjairum ad Mohalhelum haec verba ut diceret, ei mandans: Salutem tibi pater Bodjairi! Scis me a gente mea recessisse, quod tibi iniuriam intulerunt; vindictam sumsisti; nunc te Deus dirigat, ut gentis tuae rationem habeas! Quum Bodjairus Mohalhelo, qui in gentis suae coetu esset, nuntium illum adtulisset, interrogavit Mohalhelus, quis tu es o adolescens? Respondit, ego Bodjairus sum filius Alharetsi ben-Ahbbad. His auditis Mohalhelus cum occidit dicens: بوء بشسع كليب »Morere pro soleae loro Colaibi.« Pater eius caedis nuntium accipiens dixit: »Bene occisus est Bodjairus, si morte pax inter duas gentes componitur.« Quum autem Mohalheli verba audivisset, genti suae se adiunxit et in bellum cum iis profectus est, hos dicens versus:

قَرِّبَا مَرْبَطَ النَّعَامَةِ مِنِّي إِنَّ بَيْعَ الْكَرِيمِ بِالشِّسْعِ غَالِ

قَرِّبَا مَرْبَطَ النَّعَامَةِ مِنِّي لَقِحَتْ حَرْبُ وَائِلٍ عَنْ حِيَالِ

لَمْ أَكُنْ مِنْ جُنَاتِهَا عَلِمَ اللَّهُ وَإِنِّي بِشَرِّهَا الْيَوْمَ صَالِ

»Adducite ad me, o socii duo mei! equam meam Almaahmah, venditio enim nobilis pro soleae loro cara est; adducite ad me equam meam Almaahmah, o socii duo mei! bellum enim Wajili, dum primo anno non concipientes cameli erant, concepit. Ego, Deus scit, non

incenderam id (bellum) iniusta causa; sed ego hodie eius malo adfligor [1]).«

In monte Kidhah appellato duo agmina pugnarunt. Becritae hostes in fugam coniecerunt, ut ab hoc inde tempore Thaghlebitæ resistere non possent. Scharaf-Aldinus, quocum Kamusi auctor consentit, sic narravit: Degit inter Israclitas mulier Basus appellata, cuius marito triplicis precis faciendæ, quae impleretur, potestas a Deo concessa erat. Mulier a marito obtinuit, ut ipsa prece una a marito ad Deum directa pulcherrima omnium feminarum fieret. Quae vero res effecisse dicitur, ut ipsa a marito alienaretur. Hic iratus Deum invocavit, ut ipsam canem latrantem faceret. Talem eam videntes filii patrem moverunt, ut tertia prece Deum rogaret, ut in pristinum statum ipsa restitueretur. Huius igitur feminæ infelicitas in causa fuisse dicitur, cur tres illae preces inutiles viro fierent. Conf. Harir. p. 266.

١١٥ أَشْغَلُ مِنْ ذَاتِ ٱلنَّحْيَيْنِ

115. Magis occupata, quam femina, quae duos utres tenebat.

Conf. VII, 123. Conf. prov. XIII, 144. Femina quaedam e gente Taim-Allah ben-Tsahlebah tempore ante Mohammedem butyri mercaturam faciebat. Ad eam butyri emendi causa Chawwatsus ben-Haibar Alanzari venit et utres plures unum post alterum inspiciens eam, dum duos utres tenebat, ita occupavit, ut ipsi vim inferre posset. Conf. Harir. 562.

١١٦ أَشْأَمُ مِنْ خَوْتَعَةَ

116. Infaustior, quam Chautaahus.

Chautaahus, qui ad gentem Banu Ghofailah ben-Kasith ben-Hinb etc. pertinebat, Catsifo ben-Ahmru Taghlabitae

1) Spectat hoc ad caedem adolescentis Bodjairi.

vindictam sumturo ab Ahmruo ben-Alsabban locum gentis Banu-Alsabban Aldsohli indicavit. Malicus ben-Caumah in bello inter ipsos gesto Catsifum ben-Ahmru cui occurrerat, captivum facere volebat. Catsifus corpore tenui praeditus ab equo desiliit, ut Malicus, qui corpus crassum haberet, ab equo descendere cogeretur. At hic astutiam cognoscens, hastam ei obvertit dicens, aut te mihi captivum dedas aut ego te occidam. Eodem fere tempore adveniens Ahmruus ben-Alsabban captivum sibi postulabat. Re ad Catsifum delata ut, cuiusnam esset captivus, decerneret, dixit ille, nisi Malicus fuisset, ego ad gentem meam pervenissem. Qua de causa Ahmruus iratus alapam ei inflixit. Quod aegre ferens Malicus dixit: tu captivo meo alapas infligis! Pretium libertatis tuae, o Catsife centum cameli fuissent; sed quod Ahmruus in facie te percussit, pretium tibi dono. Resecta igitur antiarum parte eum dimisit. Ab isto inde tempore Catsifus ob alapam vindictae sumendae occasionem quærebat. Factum autem est, ut, quum cameli aufugissent, Ahmruus cum fratribus suis quaesitum exiret, et camelis inventis pullum mactaret cibi parandi causa. Quam rem quum ille supra nominatus Chautaahus Catsifo indicasset, hic duplicem virorum numerum secum eduxit, ut duo unum in medio haberent. Ad homines cibum sumentes transierunt et ab illis invitati, quemadmodum inter se constituerant, consederunt. Catsifum, qui vittam a facie sua removisset, Ahmruus statim cognovit et dixit: O Catsife, meam genam tibi pro tua percutiendam porrigo et non est in tota gente Beer ben-Wajel gena honoratior, quam mea. Catsifus autem respondit: Minime, sed te fratresque tuos occidam. Tum Ahmruus; quod si me occisurus es, hos adolescentes, qui se proeliis non immiscuerunt, liberos dimitte! Eorum caedem quidam magis ulciscetur, quam meam. Catsifus autem omnes occidit et occisorum capita in sacco posita ad camelam appendit, cui nomen Al-Dohaim erat. Camela ista dimissa ad Alsabbanum ante portam domus

sedentem pervenit et in genua procubuit. Iussit igitur servam videre, quid in sacco esset. Struthiocamelorum ova inesse putavit; at occisorum capita eduxit. Pater autem filiorum capita lavit et in clypeo disponens dixit: اخر البز على القلوص »Postrema pars supellectilis super camela[1]).« Dixit autem Abu-l'Neda: هذا اخر عهدى لا اراهم بعده »Hoc est ultimum meum tempus, postea eos non videbo« quae verba in proverbium venerunt. Postero mane genti suæ convocatae dixit: »Domum meam mutabo, et non ad pristinum statum redibit, donec vindictam sumsero et ignem meum non exstinguam. Per aliquot tempus nescivit, quis aut filios occiderit aut eorum locum indicaverit. Rei certior factus, se omnes gentis Ghofailah viros occisurum, iuravit, donec ei, quemadmodum hosti fecissent, hostium locum indicassent. Multis igitur eorum occisis, ecce advenit vir e gente Ghofailah et indicavit, quadraginta quinque e gente Thagleb ad locum Alakthanatain in regione Rakkae castra posuisse. Alsabbanus autem viro dixit: انت وقد ان لك »Tempore opportuno venisti, et iam tibi tempus fuit« quae verba in proverbii consuetudinem venerunt. Alsabbanus statim profectus inopinato impetu gentem obruit et ad unum omnes occidit. Conf. C. IV, 29.

أشأم من أحمر عاد IIv

117. Infaustior, quam Ahmarus Ahd.

Viri nomen erat Kodarus ben-Salif, alii eum appellarunt Kodarum ben-Kodairah[2]). Quæ Zaleho prophetæ erat camelæ pedum nervos inciderat, quam ob causam Deus gentem

1) Vocabulum البز supellectilem domus et praesertim vestimenta significat. Sunt qui dicant, verborum sensum esse: Hanc esse ultimam partem praedae et utensilis, quam filii reportarint hominibus ereptam. Scharaf-Aldin.

2) Kodairah matris nomen erat.

Tsamud perdidit. Alii hoc negarunt. Scharaf-Aldin. Tempore regis Persarum Djemschidi Zalihus ad gentem Tsamud missus esse dicitur. Conf. Imper. Joctanid p. 20.

١١٨ أشهر من الفرس الابلق

118. Notior, quam equus albo nigroque variegatus

In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere من الابلق legitur. Dicitur quoque: اشهر من فارس الابلق »Notior, quam eques equi albo nigroque variegati.« Samachscharius sic quoque adnotavit: من راكب الابلق. Proverbii causam in eo vident, quod talis equi niger color sole lucente, albus color nocte obscura conspiciatur.

١١٩ أشأم من داحس

119. Infaustior, quam Dahes.

Dahes nomen equi Kaisi ben-Sohair Ahbsitae erat. Equus hic in causa erat, cur bellum inter gentem Banu-Ahbs et Banu-Dsobjan per quadraginta annos duceretur. Bellum illud gestum esse quadraginta annos post Djebelahum ultimum principem Ghassanidarum, dicunt. Scharaf-Aldin. Sed de hoc vehementer dubito. Cf. quoque Kam. s. دحس.

١٢٠ أشأم من قاشر

120. Infaustior, quam Kaschir.

Kaschir nomen cameli admissarii, qui genti Banu-Ahwafah ben-Sad ben-Said Menat ben-Tamim esset, fuisse dicitur. Haec autem gens, cuius camelae pullos mares parerent, istum admissarium acquisivit spem habens, fore, ut feminae generentur. Accidit autem, ut camelae cum pullis perirent. Alii dicunt Kaschirum fratrem fuisse feminae illius Sarkæ Aljemamah, qui equites ad locum Djaw duxisset, ut tota gens exstirparetur. Aliis denique vox قاسر »annum sterilem« significat.

١٢١ أَشْجَعُ مِنْ لَيْثِ عِفِرِّين

121. Fortior, quam leo Ihfirrin.

In explicandis vocibus ليث عفرين »leo Ihfirrin« interpretes non consentiunt. Alazmäihus dixit, chamaeleonti simile esse animal, quod equiti se opponat et cauda sua eum percutiat. Alii animal in terra molli ad pedem murorum habitare et gyrum facere, in cuius medio locum habeat. Terram autem in altum proiicere, si animal ad illum gyrum pervenerit. Aldjahitsus autem dixit, araneae speciem esse, quae muscis insidiaretur. Sex habere oculos. Muscam si conspiceret, corpus suum ad terram adprimere et membra non movere. Sunt denique, qui Ihfirrin nomen loci esse dicant, ubi leones degant. Ad rem probandam versum hunc adnotarunt:

لَا تَعْذِلِي فِي حُنْدُجٍ إِنَّ حُنْدُجَا وَلَيْثَ عِفِرِّينِ لَدَيَّ سَوَاءُ

»Ne Hondodjum reprehendas, o femina! nam Hondodjus et leo Ihfirrini apud me aequales sunt.«

Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161. Conf. Samachschar. Scharaf-Aldin.

١٢٢ أَشَدُّ حُمْرَةً مِنْ بِنْتِ الْمَطَرِ

122. Rubicundior, quam filia pluviae.

Filia pluviae cognomen animalculi post pluviam apparentis est. Proverbium hoc in meo codice non legitur.

١٢٣ أَشْأَمُ مِنْ حُمَيْرَةَ

123. Infaustior, quam Homairah.

De nomine Homairah, quomodo sit enunciandum, dubito. In opere Samachscharii, codice Lugdunensi et meo حميرة scriptum legitur, quod in meo codice Hamirah enunciatur. In codice Berolinensi خميرة Chomairah est. In opere Scharaf-Aldini جميزة legitur, quod, ut in codice adnotatum est,

aut Djamisah aut Djomaisah enunciare licet. Equus hoc nomine appellatus Schaithano ben-Modlidj Djoschamitae, uni e gente Banu-Insan erat. Gens Banu-Djoscham ben-Moahwijjah aliquot dies ante mensem Redjeb in campum descenderat, pabulum ut quaereret. Isto tempore equus ille nominatus aufugerat, et dominus eius eundem per totum diem pascere siverat. Accidit autem, ut, quum gens Banu-Asad et Banu-Dsobjan, qui praedatum exiissent, equi vestigiis quae viderent, ducti in gentem impetum facerent. Dies ille caedis يوم بسيان »Dies Bosjan« appellatur.

١٢٤ أشام من منشم

124. Infaustior quam Manschim.

Alii dicunt: اشام من عطر منشم »Infaustior, quam aroma Menschimi«. Multa autem est interpretum dissensio de nomine tum scribendo et enunciando, tum derivando et explicando. Scribitur aut منشم, quod **Manschim** aut **Manscham** enunciatur, aut مشام **Masch-am**. Abu-Ahmruus ben-Ahla dixit, vocabulum **malum** significare. Alii autem dicunt, rem esse in spicis aromatis (سنبل العطر) ab aromatum peritis قرون السنبل **cornua spicae** appellatam. Hanc autem rem esse venenum statim necans sc. Napellum (بيش). Sunt autem, qui dicant منشم esse nomen fructus nigri foetidi, dum alii nomen mulieris esse contendunt. Quod denique ad derivationem attinet, alii dicunt منشم esse nomen modo omnium nominum propriorum adhibitum, alii منشم esse nomen et verbum, tanquam unum nomen positum, pro من شم »qui olfecit« abiecta altera littera م ex voce شم, alii duas voces esse من نشم, ita ut vocabulo نشم incipiendi significatio, nonnisi de mala re usitata tribuatur. Qui autem مشام scribunt, ii nomen esse dicunt a شوم derivandum. Narrant Menschimam fuisse

mulierem, quae aromota venderet. Antequam bellum inirent, manus in aromatibus tinxisse iurantes, se mortem petituros et fugam non capturos esse. Si in illius mulieris aromatibus manus tinxissent, homines dixisse, »iam contriverunt inter se aroma Manschimae« quae verba saepius repetita in proverbium venissent. Sic legitur in versu decimo nono Moallakae Sohairi ben-Abi-Solma:

تَدَارَكْتُمَا عَبْسًا وَذُبْيَانَ بَعْدَ مَا تَفَانَوْا وَدَقُّوا بَيْنَهُمْ عِطْرَ مَنْشَمِ

»Vos duo pacem composuistis inter gentes Ahbs et Dsobjan, postcaquam se invicem perdiderant et aroma Manschamae inter se contriverant.«

Alii narrant, Manschamam fuisse mulierem, quae aromata, quibus in mortuis uterentur, venderet, et hanc esse significationem voci عطر in verbis قد دقوا بينهم عطر منشم tribuendam. Qui autem contendunt, منشم esse pro من شم dictum, rem sic explicant: Fuisse mulierem Chofrah appellatam, quae aromata venderet. Ad istam venisse quosdam Arabes, qui abreptis aromatibus eam ignominia afficerent. Mulierem autem istam, quum gentem suam in auxilium vocasset, raptores persequentem et assequentem dixisse: اقتلوا من شم »Occidite eum, qui olfacit.« Alii autem dicunt, verba: قد دقوا بينهم عطر منشم »Iam contriverunt inter se aroma Manschamae« die pugnae Halimah appellatae in proverbium venisse et cum eo alterum proverbium cohaerere: ما يوم حليمة بسر »Non est dies Halimae secretum.« Die isto inter Alharitsum ben-Abi-Schimr Ghassanidam Syriae regem et Almondsirum ben-Almondsir ben-Ahmru-l'Kais Ihracae regem pugnabatur. Dies autem nomine Halimah appellabatur, quod isto die Halima filia Alharitsi pugnam ingredientes aromatibus infecerat, ut quasi morti consecrati fortiter pugnarent. Iis autem aromatibus infecti e pugna non redierunt. Alii dicunt, mulieri Manschimae appellatae maritum cum lapide, quo aromata teruntur, nasum fregisse. Quae quum san-

guine polluta foras prodiisset, videntes eam dixisse: بئس ما عطرك به زوجك »Quam male te aromatibus infecit maritus tuus! Ibn-Alsiccitus denique dixit: Arabes tribus cognominibus bellum appellant. عطر منشم »Aroma Manschimae« ثوب محارب »Vestis Moharibi« et برد فاخر »Vestis striata Fachiri.« In primo nomine Alazmäihi sententiam sequitur. Moharibus autem vir gentis Kais-Aihlani erat, qui loricas conficiebat. Loricam autem belli vestem appellarunt. Fachirus denique vir e gente Tamim erat, qui primus striatam vestem, qua lorica significatur, in pugna sibi induisse dicitur. Conf. Harir. 535.

١٢٥ أشأم من رغيف لحولا

125. Infaustior, quam libum Alhaulae.

Alhaula nomen feminae est, quae pistoris opus faciebat in gente Banu-Sahd ben-Said Manat ben-Tamim. Quae quum quodam die liba in capite portans transiret, vir libum sumsit. Illa haec videns dixit, per Deum! Tibi de me ius non datum est, et mihi edendum non dedisti. Quanam igitur de causa libum meum sumsisti? Nullam aliam ob causam tu hoc fecisse videris, quam ut virum, in cuius tutela ego sum, contemneres. Haec autem res in causa erat, cur tumultus fieret et mille viri occiderentur.

١٢٦ أشأم من طير العراقيب

126. Infaustior, quam avis magnorum nervorum.

Avis magnorum nervorum (عراقيب) est avis infelix, e quo malum omen camelis suis Arabes capiunt. Hoc autem cognomine appellatur, quod in causa est, cur magnus nervus camelis incidatur.

١٢٧ أشأم من الأخيل

127. Infaustior, quam picus viridis.

Avis اخيل appellata eadem esse dicitur, quae شقراق nomen habet; aliis autem, quemadmodum in lexico nostro diximus, eadem est, quæ صرد appellatur, id quod mihi veri similius videtur, quod ista avis in cameli vulnerati dorsum incidit et dorsum laedit, quapropter ei cognomen مقطع الظهور »dorsorum amputator« tribuitur. Qui iter faciens avi isti occurrit, malum omen id habens se certo scire putat, dorsum vulnerari aut moriturum esse camelum. Ferasdakus camelum suum alloquens sic dixit:

إِذَا قَطَّنَا بَلَّغْتَنِيهِ ٱبْنَ مُدْرِكٍ فَلَقِيتَ مِنْ طَيْرِ ٱلْعَرَاقِيبِ أَخْيَلاَ

»Quodsi unquam me ad eum perfers, Ebn-Modricum, ex avibus mali ominis avis infelix Zorad tibi occurrat.«

Versus metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 161. Quod si vero quis oculis videt avem mali ominis dicere solet: اتيح له ابنا عيان »Decreti a Deo ei erant duo filii visus oculorum,« quasi oculis iam videns cædem et vulnerationem dorsi. Quando hariolus Arabum hariolatus erat aut ex volatu avium omen ceperat is, qui زاجر appellabatur aut lineas sortilegii causa quis duxerat et in illis rebus rem sibi ingratam conspexerat, dicere solebat: ابنا عيان اظهرا البيان vel ابنا عيان اسرعا البيان »Filii visus explicationem ostenderunt vel filii visus celeriter explicationem dederunt.« Verbis ابنا عيان autem duæ lineæ, quas hariolus duxit, intelligendae sunt, quasi iis, id quod scire vult, observat. Legitur quoque: ابنى عيان اظهرا البيان »O filii visus oculorum ostendite explicationem!« Conf. Schult. prov. Meid. p. 77.

١٢٨ أَشْأَمُ مِنْ غُرَابِ ٱلْبَيْنِ

128. Infaustior, quam corvus separationis.

Corvus cognomen illud separationis ab eo accepit, quod, quum gens pabulum quaerens domos suas reliquit, corvus pabulum quaerens ibi decidit. Hanc autem rem malum omen esse putarunt, quia corvus nonnisi post

gentis secessum istum locum occupat. Timentes tamen, ne hoc ipsis malum omen esset, corvum hoc cognomine generali modo non appellarunt et scientes eum esse acuto visu et puro oculo praeditum, dixerunt: اصفى من عين الغراب »Purior quam oculus corvi.« Appellarunt eum quoque الاعور monoculum, quia monoculus ipsis malo omini est. Alio autem modo eum ابو بصير pater videntis cognominarunt. Quod vero in corvo malum omen esse viderunt, ab eius nomine vocabula الغربة peregrinatio الاغتراب peregrinum esse et الغريب peregrinus derivarunt. Non autem est antrorsum ipsis occurrens, vel a latere dextero ad sinistrum transiens vel pone veniens vel unum fractum cornu habens (اعصب) vel alia res, ex qua malum omen capiunt, infelicior (انكد) corvo. Legimus quoque, eius vocem plures res nuntiare et hariolationem in eo esse generaliorem. Cecinit Almtarah:

حَرِقٌ لِجُنَاحِ كَأَنَّ لِحَيْنِي رَأْسِهِ جَلَمَانِ بِٱلْأَخْبَارِ هَشٌّ مُولَعُ

»Alis instructus, ex qua pennae deciderunt, quasi latera capitis sint duae extremitates sagittae alis carentis, laetus et nuntiandi cupidus[1]).«

Alius poeta sic cecinit:

أَصَاحَ غُرَابٌ فَوْقَ أَغْوَادِ بَانَةٍ بِأَخْبَارِ أَحْبَابِي فَقَسَّمَنِي ٱلْفِكْرُ

فَقُلْتُ غُرَابٌ بِٱغْتِرَابٍ وَبَانَةٌ بِبَيْنِ ٱلنَّوَى تِلْكَ ٱلْعِيَافَةُ وَٱلزَّجْرُ

وَهَبَّتْ جَنُوبٌ بِٱجْتِنَابِي مِنْهُمُ وَهَاجَتْ صَبَا تِلْكَ ٱلصَّبَابَةَ وَٱلْهَجْرُ

»Num corvus clamavit super ramis salicis Aegyptiacae nuntians res amatorum meorum? Tum diversas cogitationes in me excitavit.« Et dixi: »corvus peregrinationem et salix Aegyptiaca separationem indicat, haec est ha-

1) Versus metrum Camil est. Conf. l. m. p. 212.

riolatio. Et Auster flando indicavit profectionem meam ab iis et Eurus hoc desiderium amoris et separationem a patria adtulit.«

Videre licet in his versibus, quomodo verborum significatione poetae ludant. Hoc quoque in sequentibus versibus conspicitur:

أَقُولُ يَوْمَ تَلَاقِينَا وَقَدْ سَجَعَتْ حَمَامَتَانِ عَلَى غُصْنَيْنِ مِنْ بَانِ

الْآنَ أَعْلَمُ أَنَّ الْغُصْنَ فِي غُصَصٍ وَإِنَّمَا الْبَيْنُ بَيْنَ عَاجِلٍ دَانِ

فَقُلْتُ تَخْفِضُنِي أَرْضٌ وَتَرْفَعُنِي حَتَّى وَنَيْتُ وَقَدْ أَلْسَيْرُ أَرْكَانِي

»Dico die, quo nos occurrimus et iam gemuerant columbae duae super ramis duobus salicis Aegyptiacae: nunc scio ramum mihi esse angorem et separatio inter properantes est propinqua. Tum dixi: Terra me demittit et adtollit, donec lassus sum et iter fulcimenta mea fregit [1]).«

Poetae autem simili ratione e nomine avis aut bonum aut malum omen derivant, quemadmodum in sequente versu legitur:

وَقَالُوا تَغَنَّى هُدْهُدٌ فَوْقَ بَانَةٍ فَقُلْتُ هُدًى نَغْدُو بِهِ وَنَرُوحُ

»Dixerunt: Cecinit upupa super salice Aegyptiaca et dixi: Directio; per eam venimus mane et vespera.«

Cecinit poeta:

وَقَالُوا عُقَابٌ قُلْتُ عُقْبَى مِنَ ٱلنَّوَى دَنَتْ بَعْدَ هَجْرٍ مِنْهُمْ وَتَرُوحُ

وَقَالُوا حَمَامٌ قُلْتُ حُمَّ لِقَاؤُهَا وَعَادَ لَنَا رِيحُ ٱلْوِصَالِ تَفُوحُ

»Dixerunt: Aquila; dixi: Finitur per eam absentia! propinqua est post discessionem ab eis et venit: et dixerunt: Columba: dixi: Decretus est (a Deo) occursus eius (amicae) et iterum odor coniunctionis a nobis percipitur.«

---

2) Metrum versuum Basith est. Conf. I. m. p. 190. Terra me demittit et adtollit i. e. in depressa et alta terra proficiscor.

Est a nomine هدهد upupa vox هدى directio, ut bono omini sit, derivata. In poetae autem arbitrio positum est, quomodo rem vertat. Ut cum voce aquilae (عقاب) bonum omen coniunxit, sic in eo malum omen invenire potuit. Eadem ratio est in nomine columbae (حمام), quod si cum morte (حمام) coniungitur, malo omini est. Sic in aliis nominibus, nisi quod in corvo nonnisi malum omen conspicitur. Nonnulli autem dicunt, vocem corvi magni (غاق Ghak) malo omini, vocem parvi (غيق Ghik) bono omini esse.

١٢٩ أَشْأَمُ مِنْ وَرْقَاءَ

129. Infaustior, quam fusca (camela).

Sic dicitur, quod camela interdum aufugit et in terram abit. Proverbium hoc Abu-Ohbaidus Alkasem ben-Selam adtulit, nil autem amplius explicandi causa addidit. Abu-l'Neda sic retulit proverbium: „اشأم من زرقاء Infaustior quam Sarka“ et Sarka nomen camelae esse dixit, quae cum insidente per terram aufugerit.

١٣٠ أَشَمُّ مِنْ نَعَامَةٍ وَمِنْ ذِئْبٍ وَمِنْ ذَرَّةٍ

130. Magis valens odoratu, quam struthiocamela; quam lupus; quam formica.

Dicunt, struthiocamelum odorari patrem suum aut matrem aut hyænam aut hominem e loco longe remoto. Sunt alii, qui auditu eum carere dicant. Lupus autem res milliaris distantia remotas imo maiore odoratur, formica denique res, quae homini odore carere videntur, ex. gr. pedem locustae odoratur.

١٣١ أَشْهَرُ مِنْ فَلَقِ ٱلصُّبْحِ وَمِنْ فَرْقِ ٱلصُّبْحِ

131. Clarior, quam lux Aurorae erumpens.

In proverbio aut فلق aut فرق dicitur; prior primaria vox est. Voci illi significatio fissi (مفلوق) tribui potest, quod Deus Auroram quasi findit. Quod si vero vocem فلق Auroram significare statuis, duæ in proverbio idem significantes voces coniunctae sunt.

١٣٢ أشبه من التمرة بالتمرة

132. Similior, quam dactylus dactylo.

١٣٣ أشره من الأسد

133. Avidior, quam leo.

Leo enim magnas bucceas haud manducans deglutit.

١٣٤ أشهى من كلبة حومل

134. Cupidior cibi, quam canis Haumalae.

Haumala nomen mulieris erat, quae canem suam fame laborare sivit. Conf. Cap. V, 170.

١٣٥ أشبق من حبى

135. Libidinosior, quam Hobba.

Hobba erat mulier in oppido Medina habitans saepius nupta, quae annis provecta iuveni Ebn-Om-Cilab appellato nupsit. Filius illius mulieris canescere incipiens hac de re apud Merwanum ben-Alhacim tum temporis Medinæ praefectum questus erat. Quam ob causam illa arcessita eorum, quae Merwanus dixit, nullam rationem habens, filio suo quaedam verba dixit in laudem illius iuvenis, ex quibus mulieris libidinem adstantes cognoscere poterant. Mulieres Medinenses eam Evam, hominum matrem, quod eas varios coitus modos, quibus varia nomina imposuerat, doceebat.

١٣٦ أشبق من جمالة

136. Libidinosior, quam Djumalah.

Vir iste ad gentem Banu-Kais ben-'Tsahlabah pertinebat. Narrant eum a camela, quam initurus fuisset, in mediam gentem, lacinia eius ad camelae sellam adhaerente, abductum et hominum adspectui expositum fuisse, ut in eum plura proverbia dicerent: ex. gr. أخزى من جمالة »Maiore ignominia affectus, quam Djumalah« افضح من جمالة »Maiori ignominiae expositus, quam Djumalah« ارفع مناخا من جمالة »Elatior quoad locum cubandi quam Djumalah.« Conf. Schultens. prov. 420.

١٣٧ أَشْرَدُ مِنْ خَفِيدِدٍ

137. Fugacior, quam struthiocamelus mas.

Dicitur quoque اشرد من ظليم et اشرد من نعامة »Fugacior quam struthiocamelus.« Reisk. ad Taraph. p. 82. Dixit poeta:

هُمْ تَرَكُوكَ أَسْلَحَ مِنْ حُبَارَى وَهُمْ تَرَكُوكَ أَشْرَدَ مِنْ ظَلِيمِ

»Ii te reliquerunt frequentius cacantem, quam otis cacat, et fugaciorem, quam struthiocamelus mas est.« Metrum versus Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

١٣٨ أَشْرَدُ مِنْ وَرَلٍ

138. Fugacior, quam lacerta Waral.

Voce ورل animal lacertae (ضب) simile designatur. Dicitur quoque اشرد من ورل للحضيض »Fugacior, quam lacerta soli depressioris« quia animal illud, hominem quum conspicit, statim in terram intrans aufugit.

١٣٩ أَشْكَرُ مِنْ بَرْوَقَةَ

139. Melius gratias agens, quam arbor Barwakah appellata.

Sic dicitur, quod arbor haec parva sine pluvia ob nubes, quæ in coelo sunt, frondes emittit. Cf. Kam. s. برق. et C. XV, 59, 141.

١٤٠ أَشْكَرُ مِنْ كَلْبٍ

140. Melius gratias agens, quam canis.

Sic dicitur, quod canis dominum custodit et defendit.

١٤١ أَشْوَدُ مِنْ وَافِدِ ٱلْبَرَاجِمِ

141. Avidior, quam adveniens e gente Baradjim.

Conf. C. I, 6. XIV, 10. Vituperium aviditatis a poetis ab isto viro in totam gentem Banu-Tamim translatum est.

١٤٢ أَشْقَى مِنْ رَاعِي بَهْمٍ ثَمَانِينَ

142. Miserior, quam pastor octoginta agnorum.

Conf. C. VI, 178.

١٤٣ أَشْعَثُ مِنْ قَتَادَةَ

143. Magis dispersus, quam arbor Katadah.

Katadah arboris spinosae nomen est, ramos multum dispersos habentis.

١٤٤ أَشَحُّ مِنْ ذَاتِ ٱلنَّحْيَيْنِ

144. Tenacior, quam quae duos utres tenebat.

Conf. prov. 115. et VII, 123.

١٤٥ أَشَدُّ مِنْ لُقْمَانَ ٱلْعَادِيِّ

145. Robustior, quam Lokmanus Ahdita.

Narrant, virum hunc camelis suis puteum unguibus suis, si ipsi videretur, effodisse.

١٤٦ أَشَدُّ مِنْ فِيلٍ

146. Robustior, quam elephas.

١٤٧ أَشَدُّ مِنْ فَرَسٍ

147. Robustior, quam equus.

Duplicem explicandi modum vocabulum اشد hoc in proverbio admittit, aut a robore (شدة) aut a cursu (شد), ut sensus sit »magis currens, quam equus.«

١٤٨ أَشَاءُ مِنْ فَرَسٍ

148. Magis praevertens (celerior), quam equus.

١٤٩ أَشَدُّ مِنْ قُوَيْسٍ سَهْمًا

149. Robustior, quam arcus quoad sagittam.

Deminutivi formam ad praestantiam arcus significandam adhibuerunt. Dicere solent هو اعلاهم ذا فوق »Hic altissimus eorum est quoad sagittam.« Cf. quoque C. XIV, 23.

١٥٠ أَشْرَبُ مِنَ ٱلْهِيمِ

150. Plus bibens, quam cameli sitibundi.

Sunt qui dicant, هيم esse camelos morbo هيام appellato, quocum sitis quae expleri non potest, coniuncta est, affectos. Aliis voce هيم arenae designantur. Schar.-Ald.

Cecinit poeta:

وَيَأْكُلُ أَكْلَ ٱلْفِيلِ مِنْ بَعْدِ شِبْعِهِ وَيَشْرَبُ شُرْبَ ٱلْهِيمِ مِنْ بَعْدِ أَنْ يَرْوَى

»Et iam satiatus edit, quemadmodum elephas edit; et potu rigatus bibit modo sitientium camelorum.«

Metrum versus Thawil est. Conf. l. m. p. 161.

١٥١ أَشْرَبُ مِنْ رَمْلٍ

151. Plus bibens, quam arena.

Cecinit poeta:

فَيَا آكَلًا مِنْ نَارٍ وَيَا أَشْرَبُ مِنْ رَمْلٍ

وَيَا أَبْعَدُ خَلْقِ ٱللَّهِ إِنْ قَالَ مِنَ ٱلْفِعْلِ

»O vir voracior, quam ignis et plus bibens, quam arena et remotissimus hominum, si locutus est, a facto!«

Versuum metrum Hesedj est. Conf. l. m. p. 226.

١٥٢ أَشْهَى مِنَ الْخَمْرِ

152. Magis cupitus, quam vinum.

Forma comparativi hoc in proverbio passivi significationem obtinuit. Hoc proverbium ab alio proverbiali loquendi modo desumtum esse dicunt: كالخمر يشتهى شربها ويكره صداعها »Sicut vinum, cuius potus cupitur et cuius cephalaca odiosa est.«

١٥٣ أَشْأَمُ مِنْ شَوْلَةَ النَّاصِحَةِ

153. Infaustior, quam Schaula sincerum consilium dans.

Schaula nomen stupidae ancillae gentis Ahdwan erat. Quae quum dominis suis consilium dedisset, in calamitates ii inciderunt. Hanc ob causam monitori stupido dicunt: انت شولة الناصحة »Tu es Schaula consilium dans.« Cf. Kam.

١٥٤ أَشْهَى مِنْ كَلْبَةِ ابْنِ أَفْصَى

154. Avidior, quam canis gentis Ebn-Afza.

Almofadhdhelus narravit, gentem Banu-Afza ben-Tadmor, quae tribus Badjilah pars esset, habuisse canem feminam, quae cibi tam avida fuisset, ut caput in ollam coquentem immitteret. Qua in olla quum esset res pici liquidae similis, caput canis adhaerens ustum esse.

١٥٥ أَشْبَهُ مِنَ الْمَاءِ بِالْمَاءِ

155. Similior, quam aqua aquae.

Narrant, Arabem campestrem, qui viri cuiusdam mentionem faceret, dixisse: nisi barba eius os cingeret, profecto mater nomine eum non appellasset, nam mulieribus

similior est, quam aqua aquae. Inde esse proverbium ortum.

١٥٦ أَشْأَمُ مِنَ الزَّمَّاحِ

156. Infaustior, quam avis Sommah.

Proverbium oppidi Medinae incolis proprium est. Narrant isto nomine avem magnam designari, quae quotannis in domos familiae Chathmah ben-Aus, quae ad gentem Banu-Moahwijjah pertineret, tempore quo dactyli et fructus colligerentur, decidisse, et accepta cibi portione avolasse. Alii dicunt, eam in arcibus Medinensibus consedisse clamantem; خرب خرب »vasta, vasta.« Virum eam sagitta occidisse et eius carnem inter vicinos distribuisse. Neminem autem nisi Refaahum ben-Marar, qui neque sibi neque familiae carnem sumsisset, accipere recusasse. Omnes autem, qui carnem edissent, eodem anno morte occubuisse et totam gentem Banu-Moahwijjah periisse.

١٥٧ أَشْأَمُ مِنْ سَرَابٍ

157. Infaustior, quam Serab.

Serab nomen camelae vicini Basusae erat. Cf. pr. 114.

١٥٨ أَشْأَمُ مِنْ طُوَيْسٍ

158. Infaustior, quam Thowaisus.

Conf. C. VII, 124. Conf. Abulf. Ann. T. II. p. 588.

١٥٩ أَشْهَرُ مِمَّنْ قَادَ الْجَمَلَ وَمِنَ الشَّمْسِ وَمِنَ الْقَمَرِ وَمِنَ الْبَدْرِ وَمِنَ الصُّبْحِ وَمِنْ رَايَةِ الْبَيْطَارِ وَمِنَ الْعَلَمِ وَمِنْ قَوْسِ قُزَحَ وَمِنْ عَلَايِقِ الشَّعَرِ

159. Magis apparens, quam camelum ducens; quam sol; quam luna; quam luna plena;

quam Aurora; quam vexillum veterinarii; quam mons; quam arcus coelestis; quam funes crinium.

Veterinarius in loco alto erecto vexillo adventum suum indicare solebat. Loco verborum: من علايق الشعر legitur من علايق الشجر »quam funes arborum.« Hoc autem proverbium quomodo intelligendum sit, dubito.

١٦٠ أَشْجَى مِنْ حَمَامَة

160. Tristior, quam columba.

Scholion dicit, اشجى aut a prima verbi forma (tristis fuit) aut a quarta (tristitia adfecit) derivari posse, ut significet »maiori tristitia adficiens.«

١٦١ أَشْجَعُ مِنْ دِيكٍ وَمِنْ صَبِيٍّ وَمِنْ أُسَامَةَ وَمِنْ لَيْثِ عَرِّيسَةٍ وَمِنْ هُنَيٍّ

161. Fortior, quam gallus gallinaceus; quam puer; quam leo; quam leo lustri; quam Honajjus.

Honajjus viri nomen est.

١٦٢ أَشَدُّ مِنْ نَابِ جَايِعٍ وَمِنْ وَخْزِ ٱلْأَشَافِيِّ وَمِنْ حَجَرٍ وَمِنْ أَسَدٍ

162. Vehementior, quam dens esurientis; vehementior, quam confossio subulae; durior quam lapis; vehementior quam leo.

In his variis proverbiis vox اشد varium praebere sensum videtur.

١٦٣ أَشْرَبُ مِنْ ٱلْقَمْعِ وَمِنْ عَقَدِ ٱلرَّمْلِ

163. Plus bibens, quam infundibulum; et quam cohaerens arena.

١٦٤ أَشَدُّ مِنْ عَايِشَةَ وَمِنْ ٱبْنِ عَثْمِ

164. Robustior quam Ajeschahus; et quam Ebn-Ahtsmus.

Hic dicitur portasse camelum mactatum.

١٦٥ أَشَدُّ مِنْ دَلَمٍ

165. Vehementior vel robustior, quam animal Dalam appellatum.

Vocabulo دلم animal serpenti simile, sed non ad serpentum genus pertinens designatur, quod in regione Hidjas vivit. Proverbium in re magna adhibetur. Conf. Kam.

١٦٦ أَشْعَثُ مِنْ وَتَدٍ

166. Magis dispersum capillum et pulvere inquinatum habens, quam paxillus.

Ita dictum videtur, quod paxillus superiore eius parte percussa in terram infigitur.

١٦٧ أَشْغَلُ مِنْ مُرْضِعٍ بِهِمْ ثَمَانِينَ

167. Magis occupatus, quam is qui octoginta agnis lac sugendum praebet.

١٦٨ أَشَمُّ مِنْ هِقْلٍ

168. Odoratu magis valens, quam struthiocamelus. Conf. prov. 130.

Proverbia recentiora.

١٦٩ شَرُّ ٱلسَّمَكِ يُكَدِّرُ ٱلْمَاءَ

169. Pessimus piscis aquam turbat.

Id est: Ne adversarium debilem despicias.

١٧٠ شِبْرٌ فِي ٱلْأَلْيَةِ خَيْرٌ مِنْ ذِرَاعٍ فِي رِئَةٍ

170. Spithama in clunibus melior est, quam ulna in pulmone.

Adhibetur proverbium, ut discrimen inter pravum et bonum indicetur.

١٧١ شَرَّطَهُ أَهْلُ ٱلْجَنَّةِ

171. Scarificavit eum gens paradisi.

De proverbio, quod scholio brevi لمن يقول بالسرد explicatur, dubium est, vocabulum enim شرطه vario modo et enunciari et verti potest. Pocockius fortasse nixus auctoritate Arabis cuiusdam docti, quem, ut antea monui, consuluit, proverbium sic vertit: Conversatio eius est cum paradisi incolis,« ut voci شرطه proprie conditionis eius significationem tribuisse videatur. Dixit porro, proverbium significare, eum imberbium consortio uti, quia in paradiso omnes imberbes esse fingant. In eum dicitur, qui improbe loquitur.

١٧٢ شَهْرٌ لَيْسَ لَكَ فِيهِ رِزْقٌ لَا تُعَدُّ أَيَّامُهُ

172. Mensis, in quo res ad vitam necessariæ non sunt, dies numerandi non sunt.

١٧٣ شَغَلَنِي ٱلشَّعِيرُ عَنِ ٱلشِّعْرِ والبُرُّ عَنِ ٱلبِرِّ

173. Hordeum me occupavit, ut poesi operam dare non possem et triticum, ut bona opera non perficerem.

Verborum lusus in verbis شعير et شعر, nec non in بر et بر conspicitur. Conf. Burckhardt libr. p. 96.

١٧٤ شَفِيعُ ٱلْمُذْنِبِ إِقْرَارُهُ وَتَوْبَتُهُ ٱعْتِذَارُهُ

174. Intercessor peccantis est confessio, et poenitentia est eius excusatio.

١٧٥ شَرُّ ٱلنَّاسِ مَنْ لا يُبَالِي أَنْ يَرَاهُ ٱلنَّاسُ مُسِيئاً

175. Pessimus hominum is est, qui non curat, quod homines ipsum prave agentem videant.

١٧٦ شَهَادَاتُ ٱلْفِعَالِ أَعْدَلُ مِنْ شَهَادَاتِ ٱلرِّجَالِ

176. Testimonia factorum iustiora sunt, quam testimonia virorum.

١٧٧ ٱلشَّبَابُ جُنُونٌ بُرْؤُهُ ٱلْكِبَرُ

177. Iuventus insania est, cuius sanatio senectus est.

١٧٨ ٱلشَّرُّ قَدِيمٌ

178. Malum est antiquum.

Proverbium hoc Burckhardtius in libro: Arabic Proverbs Lond. 1838. p. 96. adnotavit.

١٧٩ ٱلشَّاةُ ٱلْمَذْبُوحَةُ لَا تَأْلَمُ ٱلسَّلْخَ

179. Ovis mactata dolorem non sentit, quod pellis detrahitur.

In margine codicis Lugdunensis verba sequentia, quæ hoc proverbium, non praecedens spectare videntur, adscripta leguntur: قالته اسماء بنت ابى بكر رضى الله عنه لابنها عبد الله بن الزبير لما حاصره الحجاج فى الكعبة فقال لها انى لا اخاف القتل ولكن اخاف المثلة »Dixit hoc Asma filia Abu-Becri, cui Deus faveat, filio suo Ahbd-Allaho ben-Alsobair, quum Alhadjdjadjus in templo Meccano eum oppugnaret; dixerat enim ei: ego caedem non metuo; sed poenam metuo.«

١٨٠. أَلشَّيْطَانُ لَا يُخَرِّبُ كَرْمَهُ

180. Satanas vineam suam non vastat.

Vocabulum كرم, quod lexicographi terram lapidibus purgatam significare dicunt, vineam hoc in proverbio, ut mihi videtur, designat.

Caput XIV.

Littera Zad.

ا صَدَقَنِي سِنُّ بَكْرِهِ

1. Aetatem cameli iuvenci sui veraciter mihi indicavit.

Proverbium usurpatur ad veritatem dicti significandam. Originem proverbii talem fuisse narrant. Vir quidam camelum iuvencum emturus, quaenam cameli aetas esset, interrogavit. Cameli dominus dixit, eum esse بازل i. e. aetate provectum. Eodem autem momento, quum camelus aufugisset, dominus eum vocibus هدع هدع revocavit, quibus vocibus parvi cameli quietantur, ut alter veram rei conditionem cognosceret eamque ob causam ista verba diceret. Duplici autem modo vocabulum سن, in accusativi aut nominativi casu effertur. Quod si accusativi casum esse statuis, voci صدقني eadem significatio quam عرفني mihi indicavit, ut duplicem accusativum regat, inest, dum alii vocem prædicati locum tenere aut praepositionem في omissam esse dicunt; sin vero nominativi casum admittis, ipsi voci سن veracitas tribuitur. Sunt autem, qui talem proverbii fuisse causam dicant: Emturum cameli dominum interrogasse, quaenam eius aetas esset, et quum inspectis dentibus verum esse responsum cognovisset, ista proverbii verba dixisse. Cf. Har. p. 82. et Kam. s. بكر. Cf. pr. 28.

٢ صَبَآةٌ فِي هَمَامَةٍ

2. Amor iuvenilis senili aetate.

In senem verba dicuntur, qui amore iuvenili captus est.

٣ صَمَّتْ حَصَاةٌ بِدَمٍ

3. Surdus est silex in sanguine.

Tanta sanguinis copia effusa fuit, ut silicis cadentis sonus non audiretur. Silici surditas tribuitur, ut sonum, quem edit, non audiat. Alii autem vocabulo صم significationem obturandi, ne sonus ad aures perveniret, tribuerunt. Proverbium caedem magnam fuisse dicit. Conf. Kam. s. v. صمم.

٤ صَبْرًا على مَجَامِرِ ٱلْكِرَامِ

4. Patientia adhibenda est contra thuribula generosorum.

Proverbium ad metrum Sarih referri potest. Cf. l. m. p. 246. Narrant, Jesarum Alcawäihb dominam suam rogasse, ut copiam sui ipsi faceret, et quum ille rogare haud abstineret, illam dixisse: ego te suffitura sum et si rem patienter fers, faciam quod vis. Quum illa autem thuribulum sub eo posuisset, pudenda eius amputavit verba dicens, quae postea in proverbium venerunt. Hanc rem poetae Ferasdaki versus respicit:

وَإِنِّي لَأَخْشَى إِنْ خَطَبْتَ بَنَاتِهِمْ عَلَيْكَ ٱلَّذِي لَاقَى يَسَارَ ٱلْكَوَاعِبِ

»Ego, si eorum filias in matrimonium petis, tibi id timeo, quod Jesaro Alcawäihb accidit[1]).«

In eum proverbium dicitur, cui in re ingrata ad eum deridendum patientia commendatur. Almofadhdhelus rem

1) Metrum versus Thawil. Conf. l. m. p. 160.

sic narravit: Arabem campestrem camelis suis magno pretio venditis inter oppidanos locum fixerat. Vicini quum eius opulentiam cognovissent, in matrimonium ei puellam obtulerunt, ut occasione oblata eius divitiis potirentur. Arabs, quid doli in re esset, non videns desiderio eorum satisfecit. Illi igitur epulis instructis Arabi splendidis vestibus ornato primum locum dederunt. Cui quoque quum thuribulum supposuissent, quamquam pudenda sua cremari sentiret, tamen pudore retentus nil dixit; sed epulis finitis ad suos in campum omnia oppidanis relinquens rediit. Suis autem rem quum narrasset, dixerunt: استت لمر تعود المجمرة »Podex ad thuribulum adsuetus non fuit« quae quoque verba in proverbii consuetudinem venerunt, et in eum adhibentur, cui dignitas vetus non est.

٥ صَمِّى أَبْنَةَ الْجَبَلِ مَهْمَا يُقَلْ تَقُلْ

5. Sile, o filia montis! quod dicitur tu dicis.

Filia montis echous cognomen est. Idem cognomen infortunio datum est, a serpente in infortunium translatum. Proverbium in vilem adhibetur, qui alios sequitur, ut Echo nonnisi repetit, quae alius dixit. In Scharaf-Aldini et Samachscharii operibus legitur: انت ابنة الجبل مهما يقل تقل »Tu Echo es, quod dicitur tu dicis.« De obtrectatore dicitur, qui nonnisi aliorum verba repetit.

٦ صَيْدُكَ لَا تُحْرِمُهُ

6. Praeda tua est; ab ea non impediris.

Viro dicitur, qui vindictae cupidus est, ad eum hortandum, ut occasione utatur, dum alter non cavet. Legitur quoque: صَيْدُكَ إِنْ لَمْ تُحْرِمْ »Praedam tuam (cape), si tibi interdicta non est i. e. ne occasionem omittas!« Samachschar.

٧ صَفْقَةٌ لَمْ يَشْهَدْهَا حَاطِبٌ

7. Contractus, in quo Hathibus praesens non erat.

Hathibus ben-Abi-Baltaah vir prudens et providus erat. Absente Hathibo quidam gentis eiusdem contractu facto deceptus erat, quapropter proverbii verbis utuntur ad significandum, rem absente auctore haud bene esse perfectam.

٨ صَادَفَ دَرْءُ السَّيْلِ دَرْأً يَصْدَعُهُ

8. Occurrit impetus repentinus fluctus impetui eum repellenti.

Proverbium ad metrum Redjes referri potest. Conf. l. meum. p. 230. Malum, quod repelli debet, درء appellatur. Proverbii sensus est: Malum unum per alterum repulsum fuit. Conf. C. I, 13.

٩ أَصَابَنَا جَارُ الضَّبُعِ

9. Attigit nos hyaenam protrahens.

Proverbii verbis utuntur ad significandum, vehementem fuisse pluviam, qua hyaena e latibulo expelleretur.

١٠ صَارَتِ الْفَتَيَانِ حُمَمًا

10. Facti sunt iuvenes cineres.

Verba haec Alhamra filia Dhamrahi ben-Djabir dixit. Quum gens Banu-Tamim Sahdum ben-Hind fratrem regis Ahmrui ben-Hind occidisset, rex vovit, se pro fratre centum gentis illius viros occisurum esse. Congregatis copiis contra eos profectus est; sed quum illi rei nuntium accepissent, in varias regiones se disperserunt, ut loco, ubi habitare solebant, neminem nisi vetulam illam grandaevam Alhamra appellatam inveniret. Rubram eam esse videns rex ei dixit: ego te barbaricae originis esse puto. Respondit illa: non per Deum, quem rogo, ut alam tuam deprimat, columnam tuam destruat, cervical tuum deponat, terras tuas tibi eripiat. Quaenam autem tu es? dixit. Re-

spondit: ego sum filia Dhamrahi ben-Djabir et soror Dhamrahi ben-Dhamrah. Quis autem est maritus tuus? porro interrogavit. Respondit: Haudsahus ben-Djerwal. Dixit: ubi is autem nunc est, scisne locum eius? Respondit: haec stulti quaestio est, nam si eius locum scirem, me a te separaret. Interrogavit rex: qualis vir maritus tuus est? Respondit illa: haec stultior quaestio est; num, quis Haudsahus sit, interrogari potest? Rex autem dixit: nisi timerem, te parituram esse similem patri, fratri et marito tuo, ego in vivis te relinquerem. Tum eam cremari iussit. Quum ea ignem conspiceret, dixit: الا فتى مكان عجوز »Nonne iuvenis loco vetulae!« quae verba in proverbium venerunt. Sed quum illa non liberaretur, dolorem ob interitum significaturus dixit: هيهات صارت الفتيان حمما »Ehcu! Facti sunt iuvenes cineres [1]).« Illa tum in ignem iniecta est. Rex, isto die nemine invento, in fine diei virum Ahmmar appellatum in camelo vehentem conspiciens, quis esset, interrogavit. Ille, se virum e gente Albaradjim esse, confessus est. Tum rex; quaenam est causa adventus? se fumum vidisse, respondit, et cibum parari putasse. Per aliquot autem dies se nil cibi habuisse. Tum rex dixit: ان الشقى وافد البراجم »Miser est adveniens e gente Albaradjim.« Vir quoque ille in ignem coniectus est. Conf. I, 6. XIII, 141. Quidam dixit, regem alios praeter hunc e gente Tamim non assecutum esse, nonnisi feminas et pueros cremasse, caeteros fuga evasisse. Haec autem res in causa erat, cur genti Tamim cibi desiderium obiiceretur. Conf. versus pg. 332.

صَدَقَتْهُ ٱلْكَذُوبُ ‖

11. Verax in eum fuit anima.

Voce كذوب mentiens hoc in loco anima intelli-

1) In Samachscharii opere صار legitur.

genda est. In eum dicitur, qui viro minatur, sed cum videns meticulosus est. Sic in hoc versu:

فَأَقْبَلَ نَحْوِي عَلَى غِرَّةٍ فَلَمَّا دَنَا صَدَقَتْهُ ٱلْكَذُوبُ

»Accessit ad me socordem, sed quum propinquus esset, verax in eum fuit mendax (anima).«

Versus metrum Motakarib est. Cf. l. m. p. 281.

١٢ صُهْبُ ٱلسِّبَالِ

12. Fulvos in superiore labio crines habentes.

Graecae originis viri et tum hostes designantur. Dixit Ebn-Kaisus Alrakijjah:

إِنْ تَرَيْنِي تَغَيَّرَ ٱللَّوْنُ مِنِّي وَعَلَا ٱلشَّيْبُ مَفْرِقِي وَقَذَالِي

فَظِلَالُ ٱلسُّيُوفِ شَيَّبْنَ رَأْسِي وَٱعْتِنَاقِي فِي ٱلْحَرْبِ صُهْبَ ٱلسِّبَالِ

»Quod meum colorem mutatum vides, et canitiem, quae verticem meam et occiput tegit, scias, umbras gladiorum caput meum canum fecisse et in bello hostium amplexum meum.«

Versuum metrum Chafif est. Conf. l. m. p. 262. Simili ratione verbis: سود الاكباد »Nigris iecoribus praediti« hostes significaturi utuntur.

١٣ ٱلصَّبِيُّ أَعْلَمُ بِمَضْغٍ فِيهِ

13. Puer, quae res manducanda sit, optime scit.

De eo, cui consilium datur contrarium ei, quod faciendum est, adhibetur. Abu-Ohbaidahus autem بمصغى legit a صغى »inclinatus fuit« i. e. Scit, quomodo bucceam ad os adferat, simili ratione, qua dicitur: اهدى من اليد الى الفم »Magis ducens quam manus ad os.« Abu-Saidus legit: الصبى اعلم بمصغى خده »Puer bene scit, ad quem se convertat, ut ex eo utilitatem capiat.« Samachscharius dixit, proverbium significare, virum tantum aggredi, quantum pro facultate sua perficere possit.

١٤ صَفِرَتْ يَدَاهُ مِنْ كُلِّ خَيْرٍ

14. Manus eius ab omni bono vacua sint!

١٥ صَدْرُكَ أَوْسَعُ لِسِرِّكَ

15. Pectus tuum maxime amplum est secreto tuo.

Proverbium monet, ut homo secretum suum servet. In Samachscharii libro proverbium sic legitur: صدرك احمل لسرك »Pectus tuum secretum tuum optime portat.«

١٦ صَارَ شَأْنُهُمْ شُوَيْنًا [1]

16. Res eorum facta est res parva.

De iis adhibetur, qui detrimento adflicti sunt, ut res male se habeant.

١٧ صُمِّي صَمَامِ

17. Surdum esto o infortunium!

Id est: Augearis, o infortunium! Sic Kamusi auctor, Djeuhariusque verba explicarunt. Propria vocis صمام significatio serpentis est, qui incantatoris vocem non audit, tum in infortunium et bellum translata est significatio. Eodem modo dicunt: صمي يا ابنة الجبل »Surdus esto o serpens.« Dixit Alcomaitus:

إِذَا لَقِيَ ٱلسَّفِيرَ بِهَا وَقَالَا بِهَا صُمِّي ٱبْنَةَ ٱلْجَبَلِ ٱلسَّفِيرُ

„Quando legatus legato in eo (bello) occurrit, uterque in eo dicit: surda sis o filia montis.“

In codicis Berolinensis scholio legimus, verba proverbii adhiberi, quum utraque pars pacem recuset. i. e. Ne responde incantatori, sed in statu tuo persevera!

١٨ صَقْرٌ يَلُوذُ حَمَامُهُ بِٱلْعَوْسَجِ

1) Metrum versus Wafir est. Conf. I. m. p. 204.

18. Accipiter cuius columbae ad rubum confugiunt.

Verbis hisce vir timendus describitur. Dixit Alharitsus ben-Hilissah:

فَكَأَنَّهُنَّ لَآلِئٌ وَكَأَنَّهُ صَقْرٌ يَلُوذُ حَمَامُهُ بِٱلْعَوْسَجِ

„Quasi ipsae margaritae essent, et quasi is esset accipiter, cuius columba ad rubum confugiunt.“

Versus metrum Camil est. Conf. l. m. p. 212. Proverbium igitur huius versus hemistichium est.

١٩ صَنْعَةٌ مِنْ طَبَّ لِمَنْ حَبَّ

19. Agendi ratione eius, qui scientia pollet, erga eum, quem amat.

In scholiis proverbium hisce verbis explicatur: اصنع هذا الامر لى صنعة من طب لمن حب „Fac mihi hanc rem modo eius, qui scientiâ pollet ei quem amat.“ Adhibetur ad diligentiam in re perficienda necessariam significandam. Nonnulli dicunt حب esse pro احب ob antecedens طب, ut forma eadem sit, quarta enim forma usitatior est, dum alii حب et احب eodem modo usurpari contendunt.

٢٠ أَصَابَ قَرْنَ ٱلْكَلَاءِ

20. Assecutus est pabuli cornu.

Vocibus قرن الكلاء cornu pabuli graminis summa pars acuminata significari videtur, ut nil inde depastum sit. De eo adhibetur, qui magnas sibi divitias comparavit.

٢١ صَلَدَتْ زِنَادُهُ

21. Durum est eius ignitabulum.

Ignem non emittit. Virum esse avarum, proverbium significat. Dixit poeta:

صَلَدَتْ زِنَادُكَ يَا يَزِيدُ وَطَالَمَا ثَقَبَتْ زِنَادُكَ لِلضَّرِيكِ ٱلْمُرْمِلِ

„Ignitabulum tuum, o Jaside! durum est et saepissime arsit ignitabulum tuum pauperi, egeno.“

Versus metrum Camil est. Conf. l. m. p. 212.

٢٢ صَارَ ٱلْأَمْرُ إِلَى ٱلْوَزَعَةِ

22. Pervenit res ad praefectos.

In re perficienda occupati erant patientes et prudentes. Vocabulo وزعة proprie coercentes, retinentes designantur.

٢٣ صَارَ خَيْرَ قُوَيْسٍ سَهْمًا

23. Factus est optima sagitta arcus parvi.

Id est: postquam despectus fuerat, conditio eius pulchra facta est. Proverbii autem verba sic explicantur: صار خير سهام قويس سهما „Facta est optima sagitta quod attinet ad sagittam. Deminutivi forma adhibita esse dicitur, quod parvi arcus maiore vi sagittas mittant.

٢٤ أَصْمَى رَمِيَّةً

24. Feram suo loco sagitta occidit.

Vocabulum اصمى significat „Vulneravit sagitta feram, ut suo loco statim moreretur.“ Ab hoc diversam habet significationem امى, significat enim: »vulneravit, ut aufugeret et alio loco periret.« Traditione nobis conservata verba sunt haec: كل ما اصميت ودع ما انميت „Ede quod suo loco occidisti et sine quod vulnerasti, sed non statim occidisti.«

٢٥ أَصَاخَ إِصَاخَةَ ٱلْمِنْدَهِ

25. Siluit modo multum increpantis, qui rem amissam indicat.

Proverbium in scholiis sic explicatur: الاصاخة السكوت والناشد الذى ينشد انشى والناده الزاجر والمنده الكثير الندة اى الزجر للابل يضرب لمن جد فى الطلب ثم عجز فامسك „Vocabulum اصاخ significat silere et الناشد is est, qui rem amissam indicat,“ et الناده est increpans et المنده multum increpans sc. camelos. De eo dicitur, qui in quaerenda re diligentiam adhibet, tum lassus a quaerendo desistit.“ Videtur igitur talis comparari cum eo, qui in quaerendo camelo amisso multum camelos increpat, ut studium in quaerendo manifestetur, tum si quis cameli amissi locum indicat, auscultans silet.

٢٦ صَرَّحَ الْحَقُّ عَنْ مَحْضِهِ

26. Apparuit veritas spumâ remotâ.

Conf. Abulf. III. p. 100. Erpen. prov. II, 7. Sensus est: Res clara manifesta facta est, postquam latuerat. Dixit Abu-Ahmruus proverbii sensum esse: dectectum est vanum et vera rei natura apparuit.

٢٧ صَفِرَتْ وِطَابُهُ

27. Vacui sunt eius utres.

Vox وطب utrem significat, in quem lac inditur. Interitus et mors proverbio designatur. Ex Kamuso Calcutt. in lexicon meum vitium irrepsit. Sub radice صفر legendum est: صفرت وطابه pro صفرت وطاته. Conf. s. v. وطب. Samachscharius autem proverbium hocce adnotavit: صفرت لهم وطابى „Vacui sunt iis mei utres.“ i. e. Nil habeo, quod possidere cupiant, quod proverbium ex Taabbata-Scharrani versu (Hamas. p. 34.) derivatum est:

أَقُولُ لِلْحَيَّانِ وَقَدْ صَفِرَتْ لَهُمْ وِطَابِى وَيَوْمِى ضَيِّقٌ أَجْحَرُ مُعْوِرُ

„Dico Lihjanitis et iam vacui erant iis utres mei et dies meus angusti foraminis erat et apertum latus offerebat.“

٢٨ صَدَقَنِي وَسْمَ قِدْحِهِ

28. Signum sagittae suae vere mihi indicavit.

Id est: Signum, quo sagitta notatur, ut cognosci possit, quaenam ei portio tribuenda sit in ludo. Proverbii sensus est: Indicavit mihi animi sui cogitationes. In Samachscharii opere legitur: صدقك وسم قدحه „Vere indicavit tibi signum sagittae suae.“ Conf. prov. 1.

٢٩ اَلصِّدْقُ يُنْبِي عَنْكَ لَا اَلْوَعِيدُ

29. Sinceritas a te repellit, non minae.

In meo codice vox يـنـبـى signo Hamza instruct est; id quod vitiosum est, nam in aliis codicibus sine Hamza legitur. Nec non Scharaf-Aldinus et Samachscharius a verbo نبو eam derivanda esse adnotarunt. Sinceritate agendi repellitur hostis a te, non quod minaris, minas autem non perficis. In timidum dicitur, qui minatur, et minas non exsequitur. Proverbium ad metrum Redjes (p. 230.) aut Sarih (p. 246.) referri potest. Conf. XV, 29.

٣٠ صُغْرَاهَا شُرَّاهَا

30. Minima earum (est) pessima earum.

Legitur loco vocis شراها vocabulum مراها »tenacissima earum.« Primum dixisse fertur ista verba mulier tempore Lokmani Ahditae. Rem autem sic accidisse narrant: Mulier ista nupta erat viro الشجى Alschadji appellato, cui amicus erat الخلى Alchali appellatus. Quodam die Lokmanus istam mulierem e tribu ad latus secedentem conspexit, et quum ipsi suspicio esset, eam secutus est. Vidit virum ei obviam venientem quocum mulier abiens rem haberet. Audivit quoque ipsam dicentem: Me mortuam esse fingam et quum me in sepulcro posuerint, noctu me educ et ad locum, cuius incolae me non noscunt, me

deduc. Res quemadmodum inter se ambo convenerant, acta est. Postquam per aliquot tempus inter peregrinos degerat, ad gentem suam rediit. Factum autem est, ut, quum die quodam eius filiae ad eam transirent, matrem agnoscerent. Primum natu maior dixit: mater mea; et, recte dicis, media inquit. At mulier verba ista audiens, dixit: mentimini neque vestra mater neque patri vestro uxor ego sum. At natu minima dixit: Nonne eius faciem noscitis, tum ei adhaesit et clamorem sustulit. Mater autem haec videns dixit: صغراهن شراهن „Minima earum pessima earum.“ Homines convenientes eam cognoverunt. Rem autem ad Lokmanum detulerunt dicentes: iudicium inter nos feras! Lokmanus autem mulierem videns eam agnovit et dixit: عند جهينة الخبر اليقين „Apud Djohainahum nuntius certus est“ se ipsum his verbis intelligens. Tum marito id quod viderat et audiverat, narravit. Quod quum mulieri maritus obiiceret, ea dixit: ما كان هذا في حساني „Hoc non putabam.“ Lokmanus, ut iudicium faceret, rogatus dixit: lapidate eam, quemadmodum vivens in sepulchro posita est, viro autem penem a testiculis (انثياه) separate, quemadmodum uxorem a marito separavit. Femina lapidata et viro penis resectus est. Observandum autem est in isto a Lokmano lato iudicio esse quidam verborum lusus, ut lapidatio رجم a sepulchro رجم, illud alterum انثياه ab eo, quod virum a femina (انثى) separaverat, derivatum sit.

٣١ صحيفة المتلمس

31. Epistola Motalammesi.

Conf. Ibn-Cotaib. Eichh. p. 194. Reisk. ad Taraph. praef. p. 64. sq. Quædam similitudo hisce litteris cum litteris Bellerophontis est. Totam autem historiam quum clar. Vullersius ad Tarafæ Moallakam p. 5. sq. cum textu Arabico ex Meidanii opere adtulerit, nobis brevior proverbii explicatio suf-

ficit. Rex Ahmruus Mondsiri filius fratri suo Kahbuso, quem in regno successorem sibi elegerat, Motalammesum et Tharafam perpetuos socios et comites addidit. Die quodam Kahbusus venatus erat, ut vespera socii duo vehementer fatigati redirent. Postero iuvenis Kahbusus ad vesperam usque vino indulgebat, et nulla sociis intrandi venia dabatur. Postea quum per totum diem ad portam stetissent, Tharafa taedio magnopere affectus, versus dixit, quibus iuvenis agendi rationem vituperaret. Qui versus ab Ahbd-Ahmruo Tharafae inimico ad regem delati hunc tanto in utrumque odio impleverunt, ut eos delere statueret. Timens autem, ne res divulgaretur, et illi moniti aufugerent, se relatis fidem non habere dissimulavit. Aliquo tempore post utrumque, num fortasse ipsis ad suos redeundi desiderium esset, interrogavit. Responderunt, se suorum desiderium habere. Scripsit igitur illis, dicens, se donorum iussum daturum, litteras ad Abu-Carbum Hadjri praefectum, quibus, ut eos trucidaret, illi imperaverat. In via quum Motalammeso quaedam suspicio venisset, litteras suas servo legendas dedit et de periculo certior factus in Syriam aufugit. Tharafahus autem, amici consilio spreto epistolam tradens occisus est. Sic Almofadhdhelus rem narravit. Modo autem multum diverso Ohbaidus Alahschae auctoritatem sequens rem tradidit, conf. Vullers. p. 8. Proverbium in eum dicitur, qui falsa spe seductus in interitum irruit.

٣٢ صَاحَتْ عَصَافِيرُ بَطْنِهِ

32. Ventris sui passeres clamarunt.

De esuriente dicitur. Conf. C. XXV, 87.

٣٣ أَصَمُّ عَمَّا سَاءَهُ سَمِيعُ

33. Surdus non audit id quod ei displicet, auditu valens.

Vir generosus turpia audire non vult, ut hac ratione surdus sit. Proverbium ad metrum Redjes (p. 239.) aut Sarih (p. 246.) referri potest.

٣٤ صَابَتْ بِقُرٍّ

34. Descendit in mansione firma.

Verbum صاب hoc in proverbio descendendi, habitandi (نزل) significationem habet; قر autem idem est quod قرار, ut proverbii sensus sit: نزل الامر فى قراره „Habitat res in mansione sua firma i. e. mutari nequit. Hic legendi modus, quem Djeuharius adnotavit, cum versu Tharafahi consentit:

سَادِرًا أَحْسِبُ غَيِّى رَشَدًا فَتَنَاهَيْتُ وَقَدْ صَابَتْ بِقُرّ

„Non curans meum errorem rectum esse puto; tum abstinui, et iam ea (calamitas) in firma mansione descendit.“

Versus metrum Raml est. Conf. l. m. p. 237. Alium legendi modum a Meidanio adnotatum Kamusi auctor secutus est: وقعت بقر, quem poeta Ahdius ben-Said versu hocce expressit:

نُرَجِّيهَا وَقَدْ وَقَعَتْ بِقُرٍّ كَمَا تَرْجُو أُصَاغِرُهَا عَتِيبُ

»Spem in ea ponimus; (calamitas) iam accidit, quemadmodum gens Ahtib a parvulis suis bonum sperat[1]).«

Proverbium adhibetur ad significandum, calamitatem averti non posse.

٣٥ صَبَّحْنَاهُمْ فَغَدَوْا شَأْمَةً

35. Mane in eos incidimus; sed ad latus sinistrum abierunt.

---

1) Viri illius gentis a rege in captivitatem abducti sperabant, fore, ut si parvuli relicti adolevissent, ipsi liberarentur. Spes autem eos fefellit. Periere. Versus metrum Wafir est. Cf. l. m. p. 204.

Sic proverbium in scholiis explicatum est: اى وقعنا بهم صبحا فاخذوا الشق الاشام اى صاروا اصحاب شامة وهى ضد اليمنة »Incidimus in eos matutino tempore et tum latus infaustum ceperunt. i. e. facti sunt socii lateris sinistri (شامة), quod lateri dextero (يمنة) contrarium est. Proverbio metrum Motakarib esse videtur. Cf. l. m. p. 281.

٣٦ أَصْلَحَ غَيْثٌ مَا أَفْسَدَ ٱلْبَرْدُ

36. Reparavit pluvia id, quod grando corrupit.

De eo dicitur, qui id, quod alius corrupit, reparat.

٣٧ ٱلصَّمْتُ حُكْمٌ وَقَلِيلٌ فَاعِلُهُ

37. Silentium est sapientia, cui pauci operam dant.

Silentium hoc in proverbio sapientia appellatur, quod hominem impedit, quominus in crimen incidat. Lokmano sapienti adscribitur proverbium, quod silentium commendat. Conf. Erpen. prov. I, 100.

٣٨ ٱلصَّمْتُ يَكْسِبُ أَهْلَهُ ٱلْمَحَبَّةَ

38. Silentium iis, qui id tenent, amorem comparat.

Proverbii auctorem Actsamum fuisse dicunt. In Scharaf-Aldini opere sic legitur: الصمت يكسب المحبة.

٣٩ صَارَ ٱلْأَمْرُ عَلَيْهِ لِزَامٍ

39. Facta est res ei necessaria.

Necessario peragenda ei res est. Vocabulum لزام eodem modo, quo قطام enunciatur.

٤٠ صَوْتُ ٱمْرِئٍ وَٱسْتُ ضَبُعٍ

40. Vox viri et podex hyaenae.

Placet addere scholion Arabicum: وذلك ان رجلا من بنى عقيل كان اسيرا فى عنزة اليمن فبقى اربع حجج فعلق

النساء يرسلنه فيحطبهن ويسقينهن من الماء فاذا اقبل نظرن الى صدره واذا ما نهض تضاعف فقلن يا ابا كليب اما حين تقوم فصدرة ام اسد واما اذا ادبرت فرجلا ام ضبع فانه كره ان يهرب نهارا فياخذه الخيل فارسلنه عشية مع الليل فرس تحت الليل فاصبح وقد استحرز يضرب للداهي الذى يخادع القوم» Sic dicitur, quoniam vir ad gentem Ohkail pertinens in gente Ahnasah, felicem Arabiam incolente captivus per quatuor annorum spatium permansit. Instituerunt autem mulieres eum mittere, ut ligna ipsis colligeret et aquam hauriret. Quando advenit, eius pectus observarunt et quotiescunque surrexit, debilem se esse finxit. Dixerunt igitur: O Abu-Colaibe (pater parvi canis)! quando stas, est pectus leaenae et quando recedis, sunt pedes hyaenae. Is die fugam capere nolebat metuens, ne ipsum equites assequerentur. Miserunt autem eum vespera cum nocte. Fugit igitur sub nocte et mane iam securus erat. De astuto, qui gentem decipit, adhibetur.«

Videre licet, scholion cum proverbio parum aut fere nihil cohaerere, ut quaenam eius causa sit, non appareat. Nec vero silentio praetermittendum videtur, in scholio quaedam non certa esse. Vocabuli مرس, de cuius scribendi modo consentientibus codicibus dubitatio esse non potest, plures quidem significationes lexicographi adtulerunt, nulla vero scholio apta est. Reiskius, ut in margine codicis Lugdunensis adnotatum legitur, ut proverbium cum scholio magis cohæreat, loco vocis صوت vox in proverbio صدر pectus legendum esse putavit. Fortasse in scholio dialecto Jemanensi propria sunt vocabula.

٤١ صَاحِبُ سِرٍّ فِطْنَتُهُ فِي غُرْبَةٍ

41. Arcani participis intelligentia in peregrinatione est.

Id est: Nescit, quomodo arcanum tractet et custodiat.

٤٢ صَبْرًا وَإِنْ كَانَ قَتْرًا

42. Patientiâ (utaris)! et si vita miserrima est.

Legitur وان كان قبرا »et si sepulcrum est.« Proverbium in molestia et calamitate adhibetur.

٤٣ صَهْ صَاقِعِ

43. Sile! o mendax.

Meidanius, quocum Kamusi auctor consentit, vocabulo صاقع mendacis significationem tribuit. Ebn-Alahrabius dixit, vocabulo صاقع eum designari, qui in omnes regiones a via deflectat, ut proverbii sensus sit: Sile, nam a vero aberrasti.

٤٤ صُرِّي وَٱحْلِبِي

44. Liga et mulge, o femina!

Vocabulum صر significat »ligavit ubera funiculo صرار appellato.« Opes conservandas esse, proverbium docet.

٤٥ أَصَيْدٌ ذُو قُنْفُذٍ أَمْ لُقَطَةٌ

45. Num res ab herinaceo venando capta, an de humo lecta?

De eo dicitur, qui rem, quam non quaesivit, invenit. Sed Scharaf-Aldinus, verba de re adhiberi, de cuius genere nos incerti simus, dicit.

٤٦ أَصَابَتْهُمْ خُطُوبٌ تَنَبَّلُ

46. Adflixerunt eos calamitates, quae praestantissimos eligunt.

Proverbium hoc, quomodo legatur, dubium mihi videtur, codices enim dissentiunt. Pocockius habuit: اصابتهم خطوب تنبل »Adflixerunt eos calamitates, quæ præstantiores eligunt«, quocum codex Berolinensis, nisi quod اصابته »Attigerunt eum« habet, consentaneus est. Cui legendi modo quum scholii verba: اى تختار الانبل فالانبل يعنى تصيب الخيار منهم »i. e. elegerunt praestantissimum quemque, quo significat auctor, calamitatem optimos inter eos adflixisse«

apta esse videantur, eum praetuli. Codex vero Lugdunensis sic habet: اصابتهم خطوب لم تنبل »Adflixerunt eos res, quae praestantiores non elegerunt,« quibus verbis sensus tribui potest hic: Calamitas communis erat, ut omnes adfligeret. In meo denique codice legitur: اصابتهم خطوب لمن تنبل, qui modus, vitiosus habendus, ex illo Lugdunensis ortus videtur.

٤٧ أَصَابَتْهُ حَطْمَةٌ حَتَّتْ وَرَقَهُ

47. Attigit eum fractio, quae eius folia dejecit.

Ab arbore desumtus est loquendi modus. Infortunium eum afflixit, quo eius columnae commotae sunt.

٤٨ أَصْغَرُ الْقَوْمِ شَفْرَتُهُمْ

48. Gentis minimus est eorum culter magnus.

Id est, eorum minister agilis et promtus, qui ab iis probatur, quemadmodum culter magnus in dissecandis carnibus aliisve rebus probatur.

٤٩ صَارَ الزُّجُّ قُدَّامَ السِّنَانِ

49. Facta est inferior hastae pars anterior pars cuspidis.

Vocabulum زج inferiorem acuminatam hastae partem designat. Proverbium significat, posteriorem, licet dignus non esset, praecessisse anteriorem.

٥٠ أَصْبِحْ لَيْلُ

50. Mane sis, o nox!

Almofadhdhelus ben-Mohammed ben-Jahli Dhabbita narravit, Amru-l'Kaisum ben-Hodjr Cenditam mulieribus fuisse ita exosam, ut nulla apud eum maneret. Feminam, quam e gente Thai in matrimonium duxisset, prima nocte fastidium eius sensisse, eamque ista verba, quae postea in

proverbium venerint, dixisse. Proverbium adhibent, quum nox calamitosa est. Dixit poeta Alahscha:

وَحَتَّى يَبِيتَ ٱلْقَوْمُ كَٱلضَّيْفِ لَيْلَةً يَقُولُونَ أَصْبِحْ لَيْلُ وَٱللَّيْلُ عَاتِمُ

»Et ut pernoctet gens tanquam hospes nocte una, dicunt: mane sis, o nox! et nox est tarda.«

Versus sensus esse dicitur: ut gens sine quiete pernoctet.

٥١ أَصَابَ تَمْرَةَ ٱلْغُرَابِ

51. Dactylum corvi assecutus est.

De eo dicitur, qui re pretiosa potitus est, quod corvus sibi optimos dactylos eligit. Conf. Erpen. prov. II, 86.

٥٢ أَصْبَحَ فِيمَا دَهَاهُ كَالْحِمَارِ الْمَوْحُولِ

52. Fuit in re, quae accidit, tanquam asinus in luto demersus.

Incidit in calamitatem, quam effugere nequit.

٥٣ أَصْبَحَ جَنِيبَ ٱلْعَصَا

53. Fuit in latere ductus (equus) agminis.

De eo adhibetur, qui obediens rem sibi impositam facit.

٥٤ أَصَمَّ ٱللَّهُ صَدَاهُ

54. Surdam reddat Deus eius vocem repetitam!

Occidat eum Deus! Vocabulum صدى echus significationem habet. Echo quum viri vocem non audit, ut tanquam surda sit, vir mortuus est. Hic est proverbii intelligendi maxime verisimilis modus.

٥٥ صَاحَ بِهِمْ حَادِثَاتُ الدَّهْرِ

55. Temporis vicissitudines eos inclamarunt.

Calamitatibus perierunt.

٥٦ صَفِرَتْ عِبَابُ ٱلْوُدِّ بَيْنَنَا

56. Inter nos cophini amoris vacui sunt.

Vinculum amoris inter nos ruptum fuit.

٥٧ صَارَ حِلْسَ بَيْتِهِ

57. Factus est domus suae stratum.

Domi semper mansit. حلس est stratum quod clitellis camelinis in dorso substerni solet.

٥٨ صَحَّتْ كَحْلُ

58. Purum fuit coelum.

Duplex vocabuli كحل explicandi modus est. Aut annus sterilis est aut coelum. Quum in coelo nubes non sunt, pluviâ caret annus et sterilis est. prov. 57. Cecinit poeta:

قَوْمٌ إِذَا صَحَّتْ كَحْلٌ بُيُوتُهُمْ مَأْوَى ٱلضَّرِيكِ وَمَأْوَى كُلِّ قَرْضُوبِ

»Gens est, quando coelum serenum est, cuius domus habitaculo pauperibus et egenis omnibus inserviunt.«

Versus metrum Basith est. Conf. l. m. p. 190. Conf. Djeuh. s. كحل et Kam. s. صحح.

٥٩ صَرَّ عَلَيْهِ ٱلْغَزْوُ أُسْتَهُ

59. Incursio hostilis contra eum podicem ligavit.

Res sua eum impedivit, quominus arbitrio suo uteretur. Narrant, virum quendam ad Solaimanum ben-Ahbd-Almalic venisse, ad cuius caput puella pulchra staret. Princeps virum, puellam adspicientem, interrogavit: num ea tibi placet? Vir respondit: Deus principi per eam benedicat! Tum princeps, dic mihi septem proverbia a podice desumta et puellam tibi dabo. Incepit

igitur vir dicere: اسـت البـاين اعـلم »Podex eius qui a sinistro latere mulget, magis gnarus est (Conf. XII, 17). صر عليه الغزو استه »Incursio hostilis contra eum podicem ligavit.« است لم تعود الجمر »Podex thuribuli consuetudinem non habuit« (C. XII, 18). است المسئول اضيق »Podex rogati angustior est« (C. XII, 58). الحـر يـعطى والـعبـد يالم اسـته »Liber donat et servo podex dolet.« استـي اخـبثـي »Podex mea pars mea turpissima est.« لا ماءك ابقين ولا حرك انقيت »Neque aquam tuam reliquisti, neque pudendum tuum mundasti, o femina!« (C. XXIII, 306). Quod quum audiret princeps, dixit: boc a podice desumtum non est; at vir dixit: بلى اخـذت الجـار بالجـار كـما ياخذ امير المومنين »Cepi vicinum pro vicino, quemadmodum princeps facit; Solaimanus enim primus vicinum pro vicino puniverat. Dixit igitur princeps: Cape eam. ne te Deus per eam beet!

٦٠ صَدَقَنِي قُحَاحَ أَمْرِهِ

60. Vere mihi indicavit rem suam puram.

Legitur quoque قح امره. Id est: quomodo res se haberet, mihi indicavit.

٦١ صَرَّحَتْ بِجِلْدَانَ

61. Manifesta fuit in Djildsano.

Djeuharius, qui Hamsahi auctoritatem secutus fuisse videtur, جلذان attulit. Eodem modo Samachscharius proverbium adnotavit. Apud Ferraum autem cum د legitur. Hic dixit, homines dicere: صرحت بجلدان vel بجدان vel بجداء eodem sensu. Ebn-Alahrabius adtulit صرحت بجد vel بجدان vel بجلدان vel بجداء vel بجلداء. Nomen loci est omnino aequabilis, ut nil ibi occultum esse possit, in regione Thajefi. Femininum in verbo ad vocem قصة aut خطة res, negotium referendum est. Cf. C. XII, 130.

٦٢ صَرَّحَ اللَّبَنُ عَنِ الزُّبْدِ

62. Apparuit lac merum cremore remoto.

Res manifesta, clara fuit. Samachscharius sic proverbium adnotavit: صرح الحق عن محضه „Manifesta fuit veritas, ut lac purum eius appareret.“

٦٣ اَلصَّرِيحُ تَحْتَ الرَّغْوَةِ

63. Lac purum sub spuma.

Abu-l'Haitsamus dixit, proverbii sensum esse: res tibi abscondita est; sed apparebit.

٦٤ صَلْخَا كَصَلْخِ النَّعَامَةِ

64. Surdum eum reddat Deus, ut struthiocamelus surdus est!

Supplendum est صلخه. Simili ratione struthiocamelus cognomine مصلم الاذنين „Mutilatus auribus“ appellatur.

٦٥ صَلْمَعَةُ بْنُ قَلْمَعَةَ

65. Zalmaahus ben-Kalmaahus.

Id est: Omnino ignotus est. Simili modo dicitur Thamirus ben-'Thamir. Cecinit poeta:

أَصَلْمَعَةَ بْنَ قَلْمَعَةَ بْنَ قَـفْعٍ بِقَـاعٍ مَا حَـدِيثُكَ تَزْدَرِيـنِى

لَقَدْ دَافَعْتُ عَنْكَ النَّاسَ حَتَّى رَكِبْتَ الرَّحْلَ كَالْجُرَدِ السَّمِينِ

„O Zalmaahe fili Kalmaahe, fili tuberis terrestris in campo molli, quaenam est res tua, ut me despicias? Profecto a te homines repuli, ut in sella similis muri pingui vehereris.“

Versuum metrum Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

٦٦ أَصَابَهُ ذُبَابٌ لَاذِعٌ

66. Musca pungens cum adflixit.

De eo dicitur, qui magno malo adflictus fuit, ut alii misericordiam ei tribuerent.

٦٧ صِيبَانُ ثَوْبٍ لُقِّبَتْ هَرَانِعًا

67. Lendes in veste cognominatae sunt pediculi magni.

Proverbii metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. In eum dicitur, qui sortem suam bonam esse ostendit, quum omnes eius conditionem miseram esse sciant.

٦٨ صَارَتْ ثُرَيَّا وَهْيَ عُودٌ أَقْشَرُ

68. Factae sunt Plejades et fuit lignum valde rubrum (cortice nudatum).

Proverbium hoc sequitur scholion: الثرية والثرياء الارض الندية ومال ثرى اى كثير ورجل ثروان وامراة ثروى اذا كثر مالهما وثريا تصغير ثروى والاقشر الاحمر الذى كانه نزع قشره يضرب لمن حسنت حاله بعد فقر وكثر مادحوه بعد ذم „Vocabulum الثرية et الثرياء terram humidam designat, et ثرى de opibus multas significat. Dicitur رجل ثروان vir dives et امراة ثروى femina dives, si multas possident opes. Vox ثريا Pleiades est deminutivum vocis ثروى. Vox الاقشر rubrum designat, cuius quasi cortex detracta est. De eo adhibetur (proverbium), cuius conditio pulchra est, postquam pauper fuerat et cuius laudatores multi sunt, postquam vituperatus erat.“

Pocockius vertit: Facta est opulenta. Ad metrum Redjes proverbium referri potest. Conf. l. m. p. 230.

٦٩ صَبْرًا أَتَانٌ فَالْجَحَاشُ حُوَّلُ

69. Patientiâ (utaris)! Asina (tibi erit), sed pulli asinorum eodem anno non concinientes sunt.

Supplendum est صبرت. De eo dicitur, cui promissum pulchrum factum est, dum res promissa praesens non est, ut cui asina promissa est, dum pulli sunt, ut ei exspectandum sit longum temporis spatium. Proverbium ad metrum Sarih referri potest. Conf. l. m. p. 246.

٧٠ صَبُوحٌ حَيَّانَ بِهِ جُمُوحٌ

70. In potu matutino Hajjani resistentia est.

Hajjanus viri nomen est. Vocabulo صبوح potus, qui matutino tempore sumitur, significatur. Hic autem potus contra bibentem quasi refractarius est, siquidem cum alieno tempore sumit. In eum dicitur proverbium, qui principatum tempore haud conveniente exercet. Conf. prov. 134.

٧١ صَبْحَى شَكَوْتَ فَاسْتَشَنَّتْ طَالِقٌ

71. Camelam, cuius lac emulsum erat, questus es; sed camela dimissa corrugatam mammam habuit.

ناقة صبحى camela est, cuius lac emulsum est; طالق autem ea est, quae libere dimittitur, et cuius lac ad aquam non emulgetur. Dixit: Quod ad istam camelam, cuius lac emulsum est, attinet, eam questus es; quidnam autem dicendum est de camela libere dimissa, cuius mamma utri trito similis est. In duos viros dicitur, qui una rem susceperunt, quorum alter excusatur, alter non excusatur, quod rem perficere potest, dum alter nimis debilis est.

٧٢ صَبَّعَتْ لِي أُصْبُعَكَ الْعَمَالَةَ

72. Intendisti in me digitum tuum huic facto adsuetum.

Verbum صبع cum praepositione ب vel على personae construitur; hoc vero in proverbio لى pro لاجلى mea causa dictum esse contendunt. Fieri autem potest, ut

praepositio ل hoc in loco praepositionis الى significationem habeat, quippe cum in verbo صبعت verbi اشرت significatio insit. In eum dicitur proverbium, qui coram nos laudat, post tergum vero vituperat.

٧٣ صَرَاةُ حَوْضٍ مَنْ يَذُقْهَا يَبْصُقِ

73. Aqua corrupta cisternae (est), si quis eam gustat, spuit.

Vocabulum صراة aquam significat, quae in cisterna, puteo, vase per aliquot dies remansit et corrupta est. Proverbium eum designat, quem alii ob pravos mores fugiunt.

٧٤ صُبَابَتِي تُرْوِي وَلَيْسَتْ غِيلاً

74. Aquae meae reliqua pars sitim restinguit, et non est aqua per terram fluens (multa).

De eo adhibetur, qui rebus, quas dono dat, etsi multae non sint, aliis utilis est.

٧٥ اَلصُّوفُ مِمَّنْ ضَنَّ بِالرِّسْلِ حَسَنٌ

75. Lana in animali, quod lac non praebet, pulchra est.

Vir ovem videns multa lana tectam, in eadem lac esse, putabat. Mulgens autem nil lactis invenit et ista verba dixit, quae in eum adhibentur, qui multum cupiens, parum tantum accepit.

٧٦ صَكًّا وَدِرْهَمَاكَ لَكَ

76. Percute vehementer et drachmae duae tuae tibi erunt!

Imperativus صُكَّ omissus est. Narrant, mulierem se cuilibet cupienti pretio drachmarum duarum tradidisse.

Quae quum virum invenisset, cuius robur et vehementia in coitu ei multum placeret, ista dixit verba. Legit Ebn-Schomailus: غمزا ودرهماك لكن فان لم تغمز فبعد لك „Palpando explora, et drachmae tuae duae tibi; et si non palpando exploras et male sit tibi! In virum dicitur proverbium, qui cum vehementia rem agit.

٧٧ اِصْطِنَاعُ الْمَعْرُوفِ يَقِي مَصَارِعَ السُّوءِ

77. Conferre beneficia tuetur a calamitatibus.

Quod si quis in dignos beneficia confert, haec res eum a calamitate tuetur.

٧٨ اَلصِّدْقُ عِزٌّ وَالْكَذُوبُ خَضُوعٌ

78. Veritas est honor, et mendacium est vilitas.

Conf. Erp. Prov. I, 72. In Scharaf-Aldini et Samachscharii opere الكذب legitur. Proverbio veritas laudatur et mendacium vituperatur.

٧٩ صَالِبِي أَشَدُّ مِنْ نَافِضِكَ

79. Febris mea ardens vehementior est, quam febris tua frigida.

Significat unam duarum rerum alterâ vehementiorem esse.

٨٠ اَلصِّدْقُ فِي بَعْضِ الْأُمُورِ عَجْزٌ

80. Veritas in quibusdam rebus debilitas est.

In Scharaf-Aldini opere loco vocis الامور legitur المواطن locis. Proverbium Alachnafo tribuitur. Sensus est: interdum veritas dicenti nocet.

٨١ صَرَرْنَا حُبَّ لَيْلَى فَانْتَثَرَ

81. Ligavimus dolium Lailae, et dispersum fuit.

Id est: custodivimus id et periit. De eo adhibetur, quod negligitur et contemnitur: يضرب لما يتهاون به.

٨٢ صَبَّحَ بَنِي فُلَانٍ زُوَيْرٌ سُوءٌ

82. Mane advenit ad gentem quandam tanquam dux mali.

Incursionem hostilem in eos fecit in medio domorum.

٨٣ صَبْرًا وَبِضَبِّي

83. Ligatus et per Dhabbitam (occidor).

Verba haec Schotairus ben-Chaled dixit tempore, quo eum Dhirarus ben-Ahmru Dhabbita occidit, filium suum Hozainum vindicans. Supplendum est اقتل occidor. Proverbium de duabus rebus ingratis adhibetur, quas vir effugere non potest. Scharaf-Aldinus proverbium sic adnotavit: اصبرا ولضبي; sed Samachscharius وبضبي habet. Proverbii causam ille sic narravit: Dhirarus, quum Schotairum captivum fecisset, huic tres res, ut unam eligeret proposuerat, aut reddere ipsi filium iam occisum (quod fieri non poterat), aut filium suum, ut pro occiso occideretur, tradere (quod gens Banu-Ahmir non pateretur), aut ipsi mortem subeundam esse. Non poterat non tertiam rem eligere. Imperavit igitur Dhirarus filio suo Adhamum, ut illum occideret. Quod quum Schotairus videret, clamavit: يا لعامر اصبرا ولضبي »Auxilio venite, Ahmiritae! num vinctus occidar et per Dhabbitam?“ Proverbium significat, nobilem per vilem[1]) calamitate adfligi.

1) Gens Banu-Dhabbah inter Arabes despecta erat.

Forma comparativi.

٨٤ أَصْبَرُ مِنْ قَضِيبٍ

84. Patientior, quam Kadhibus.

Ebn-Alahrabius dixit, virum hunc e gente Dhabbah oriundum tempore antiquo vixisse et patienter contumelias tulisse, ut eius patientia in contumeliis ferendis in proverbii consuetudinem veniret. Conf. de viro eiusdem nominis C. XXIII, 481. Dixit poeta:

أَقِيمِي عِنْدَ غُنْمِي لا تُرَاعِي مِنَ ٱلْقَتْلَى ٱلَّتِي بِلْوَى ٱلْكَثِيبِ

لَأَنْتُمْ يَوْمَ جَاءَ ٱلْقَوْمُ سَيْرًا عَلَى ٱلْمَخْزَاةِ أَصْبَرُ مِنْ قَضِيبِ

»Sta o femina! apud praedam meam, ne terrorem concipias occisorum, qui in fine collis arenarum sunt. Profecto vos, quando gens in itinere advenit, in perferenda ignominia patientiores, quam Kadhibus, estis.«

Versuum metrum Wafir est. Conf. l. m, p. 204.

٨٥ أَصْبَرُ مِنْ عَوْدٍ بِدَفَّيْهِ جُلَبْ

وَأَصْبَرُ مِنْ ذِي ضَاغِطٍ مُعَرَّكْ

85. Patientior, quam annosus camelus, in cuius lateribus cicatrices sunt; et patientior, quam camelus tumore in axilla affectus premente, fricatus.

Proverbiorum metrum Redjes est. Cf. l. m. p. 230. et Harir. p. 581. Mohammedes ben-Habib narravit, gentem Calb die Alah (العاء) in gentem Banu-Fesarah, antequam

homines Ahbd-Almalico ben-Merwan chalifatus principatum tradidissent, impetum fecisse. Ahbd-Alahsisum ben-Merwan, cuius mater Laila, filia Alahbahi ben-Sabban, e gente Calb oriunda esset, gaudium ex ea re concipientem fratri suo Bischr, cuius mater Kothbah filia Bischr ben-Malic ben-Djahfar esset, dixisse, scisne quid avunculi mei avunculis tuis fecerint? Bischrum interrogasse quaenam res esset, et quum alter rem exposuisset, illum dixisse: illam rem avunculi tui perficere non valuerunt. Advenisse autem legatos gentis Banu-Fesarah ad Ahbd-Almalicum, qui narrarent, Horaitsum ben-Badjdal Calbitam iis nuntium principatus Ahbd-Almalici adtulisse et quum se imperio subiecissent et securi fuissent, Calbitae impetum facientes plures quam quinquaginta viros occidisse. Ahbd-Almalicum re audita, dimidium pretii, quod pro caede solvendum esset, statim ipsis dedisse; anno autem sequente alterum dimidium se iis daturum esse, promisisse. Quum illi exiissent, Bischrum ben-Merwan clam eis pecuniam dedisse, ut arma et equos emerent et in gentem Calb ob occisos Fesaritas irrumperent. Cum ista gente tum in loco Benat-Kain appellato eos occurrisse. Multos Calbitas occisos esse. Re peracta Bischrum ben-Merwan tempore, quo Ahbd-Alahsisus apud Ahbd-Almalicum esset, intrantem Ahbd-Alahsiso dixisse: scisne, quid avunculi mei avunculis tuis fecerint? Ahbd-Almalicum autem re audita magna in eos ira exarsisse, quod fidem violassent, et pecuniam sumsissent, et Alhadjdjadjo imperasse, ut, Ebn-Alsobairo victo, contra gentem Banu-Fesarah proficisceretur. Antequam Alhadjdjadjus iussui satisfaceret, venisse ad eum Helhelahum ben-Kais et Säihdum ben-Aban ben-Ohjainah, qui gentis principes essent, se rei auctores confitentes, caeteros esse insontes. In vincula igitur traditos ad Ahbd-Almalicum missos esse. Ahbd-Almalicum eos videntem dixisse: Laus sit Deo, qui nobis a te vindictam sumendam concessit! Helhelahum respondisse: Deus a me vindictam sumendam non concessit, sed ego vindictam meam sumsi.

Dixisse Ahbd-Almalicum »Cui est ab his duobus vindicta sumenda, is accedat et voluntati suae satisfaciat! Surrexisse igitur Sofijanum ben-Sowaid Calbitam, cuius pater Sowaidus die Benat-Kain occisus esset, et dixisse: O Helhelahe! num Sowaidus tibi notus est? Illum respondisse: vidi eum die Benat-Kain, quo merda eius in ventre dissecta erat; tum alterum dixisse: Per Deum te occidam! illum autem respondisse; mentitus es; tu me non occides; me potius occidet Ebn-Alsarka[1]). Tum dixisse Bischrum; Patientiam ostendas, o Helhelahe! illum autem dixisse: Ego profecto sum

أَصْبَرُ مِنْ عَوْدٍ بِدَفَّيْهِ جُلَبْ قَدْ أَثَّرَ الْبَطَانُ فِيهِ وَالْحَقَبْ

»Patientior, quam annosus camelus in cuius lateribus cicatrices sunt, quem funis et cingulum laeserunt!«

Tum ad Ebn-Sowaidum se convertisse dicentem. O fili podicis eius! Bene percutias, nam ego patrem tuum ita percussi, ut merdam excerneret. Tum capite truncatum esse. Säihdum autem eodem modo respondisse et quum Bischrus (accesserat enim ad eum occidendum vir e gente Banu-Ohlaim) ei patientiam commendasset, dixisse:

أَصْبَرُ مِنْ ذِي ضَاغِطٍ مُعَرَّكٍ أَلْقَى بَوَانِي زَوْرِهِ لِلْمَبْرَكِ

»Patientior, quam camelus tumore in axilla adfectus premente, fricatus, qui costas pectoris super locum, ubi procumbitur, proiicit.«

Metrum Redjes est. Conf. l. m. p. 230. Loco vocis معرك autem legitur عركرك »robustus camelus.«

٨٦ أَصَحُّ مِنْ عَيْرِ أَبِي سَيَّارَةَ

86. Sanior, quam asinus Abu-Sajjarahi.

1) Alsarka (caeruleis oculis praedita) erat cognomen matris Merwani ben-Alhacem, cui erat imperium. Opprobrii causa autem Alsarka dicebant.

Vir ad gentem Banu-Ahdwan pertinens Ohmailahus ben-Chaled ben-Alahsal appellatus, cui cognomen Abu-Sajjarah erat, asinum nigrum possidebat, quo vehentes per quadraginta annorum spatium a loco Almosdalifah appellato ad Minam transibant homines. Alfadhlus ben-Ihsa Alrekaschi et Chalidus ben-Zafwan primi erant, qui Abu-Sajjarahi exemplum imitantes asinos in vehendo equis praeferebant. Abu-Aljakthsanus dixit: Abu-Sajjarahum primum fuisse, qui centum camelos tanquam pretium pro occiso homine dari praescripserit.

أَصنع مِن سرفة ٨٧

87. Maior artifex, quam animalculum Sorfah appellatum.

In describendo hoc animale interpretes dissentiunt. Aljasidius dixit: est animalculum parvum, quod arborem perforat et in ea domum sibi exstruit. Dixit Abu-Ahmruus ben-Alahla: animalculum est magnitudine dimidii lentis, quod arborem perforat et in ea domum sibi ex lignis facit. Ligna autem ista in seriem disposita, filis araneae similibus coniuncta sunt ita, ut eius anguli ad regulam erecti videantur. Est quoque portâ quadratâ instructa, et quasi glutine sunt tabulae singulae coniunctae. Mohammedes ben-Habib dicit, animalculum illud sibi arcam construere, in qua moriatur; nunquam vivens animal in ea inveniri. Proverbium quoque sic enunciatur: اصنع من سُرْف et اصنع من سُرَف.

أَصنع مِن تَنَوُّط ٨٨

88. Maior artifex, quam avis Tanawwuth appellata.

Vox تنوط hoc in proverbio duplici modo effertur, aut Tanawwuth aut Tunawwith. Avis nomen est, quae nidum artificiose facit supra angustum infra amplum, qui a ramo dependet.

٨٩ أَصْنَعُ مِنْ نَحْلٍ

89. Maior artifex, quam apis.

Dicitur quoque: اصنع من النحل.

٩٠ أَصْدَقُ مِنْ قَطَاةٍ

90. Veracior, quam avis Katha.

Nonnisi unum sonum, quem nunquam mutat sc. sonum Katha profert. Hanc ob causam ista avis الصدوق verax cognominatur. Dixit poeta Alnabeghah:

تَدْعُو ٱلْقَطَا وَبِهِ تُدْعَا إِذَا نُسِبَتْ يَا صِدْقَهَا حِينَ تَلْقَاهَا فَتَنْتَسِبُ

»Vocat avis Katha, et hoc (nomine) vocatur, quando genus interrogatur. Oh veracitatem eius! quando ei occurris, et tum illa genus memorat.«

Versus metrum Basith est. Conf. l. m. p. 190. Conf. Ibn-Kotaib. Eichh. p. 111, 112. et Russel Beschr. v. Aleppo. p. 74. Conf. C. XXV, 98.

٩١ أَصْدَقُ ظَنًّا مِنْ أَلْمَعِيٍّ

91. Veracior opinione, quam perspicax.

Vocabulo المعى homo significatur, qui opinionem de re habens, non fallitur. Cecinit Ausus:

ٱلْأَلْمَعِيُّ ٱلَّذِي يَظُنُّ لَكَ ٱلظَّنَّ كَأَنْ قَدْ رَأَى وَقَدْ سَمِعَا

»Perspicax, qui tibi opinionem concipit, quasi vidisset (rem) et audivisset.«

Versus metrum Monsarih est. Conf. l. m. p. 255.

٩٢ أَصْفَى مِنْ مَاءِ ٱلْمَفَاصِلِ

92. Purior, quam aqua in locis glarea impletis inter arenarum colles.

Sunt, qui dicant significari aquam carnis, quae ex artium compagibus defluat purissima. Schar-Ald. Samachsch.

٩٣ أَصْفَى مِنْ جَنَى النَّحْلِ

93. Purior, quam fructus apis (mel).

Hoc et praecedens proverbium Abu-Dsuaibus respexit in hisce versibus:

وَإِنَّ حَدِيثًا مِنْكِ لَوْ تَبْذُلِينَهُ جَنَى ٱلنَّحْلِ فِي أَلْبَانِ عُوذٍ مَطَافِلِ

مَطَافِلِ أَبْكَارٍ حَدِيثٍ نِتَاجُهَا يُشَابُ بِمَاءٍ مِثْلِ مَاءِ ٱلْمَفَاصِلِ

»Nuntius de te, o si eam donares, est fructus apis in lacte camelarum, quae recens pepererunt, parvulos pullos habentium; parvulos pullos habentium, iuvencarum, quarum partus recentes sunt, miscetur cum aqua, quae similis est aquae in locis glarea impletis inter arenarum colles.«

Versuum metrum Thawil est. Conf. l. m. p. 160.

٩٤ أَصْفَى مِنْ لُعَابِ الْجَرَادِ

94. Purior, quam saliva locustarum.

Proverbium hoc e versibus Alachthali desumtum esse dicunt:

إِذَا مَا نَدِيمِي عَلَّنِي ثُمَّ عَلَّنِي ثَلَاثَ زُجَاجَاتٍ لَهُنَّ هَدِيرُ

عُقَارًا لِعَيْنِ ٱلدِّيكِ صِرْفًا كَأَنَّهُ لُعَابُ ٱلْجَرَادِ فِي ٱلْفَلَاةِ يَطِيرُ

»Quando compotor meus mihi iterum bibendum dat, tum iterum bibendas dat tres ampullas, quibus fervor est, vino rubro impletas, quod galli oculis pigmento erat, puro, quasi saliva locustarum sit in deserto volantium.«

Scharaf-Aldinus et Samachscharius hoc quoque proverbium adnotarunt: اصفى من لعاب الجندب »Purior, quam saliva maris locustae.« Alii dicunt, voce جندب animal simile locustae designari. Dixit poeta:

صَفْرَاءُ مِنْ حَلَبِ ٱلْكُرُومِ كَأَنَّهَا مَاءُ ٱلْمَفَاصِلِ أَوْ لُعَابُ ٱلْجُنْدَبِ

»Flavior, quam uvarum vinum, quasi esset aqua in locis glarea impletis aut saliva maris locustae.«

Versus metrum Camil est. Conf. l. m. p. 212.

٩٥ أَصْرَدُ مِنْ جَرَادَةٍ

95. Magis frigus sentiens, quam locusta.

In codice meo et Lugdun. legitur جَرَاد, in codice Pocock. Berol., opere Scharaf-Aldini et Samachscharii جَرَادَة. Locustae frigus perferre non possunt.

٩٦ أَصْرَدُ مِنْ عَنْزٍ جَرْبَاءَ

96. Magis frigus sentiens, quam capra scabie affecta.

Quod pili deciderunt et cutis scabie affecta tenuis est.

٩٧ أَصْرَدُ مِنْ خَازِقِ وَرَقَةٍ

97. Penetrantior, quam sagitta folium transfigens.

Aliud est proverbium: وقع على خازق ورقة »Incidit in hominem solertem, ingeniosum.« In meo codice haec proverbia non leguntur.

٩٨ أَصْرَدُ مِنْ عَيْنِ ٱلْحِرْبَاءِ

98. Frigidior, quam oculus chamaeleonis.

Hamsahi est opinio, proverbium hoc ex proxime praecedente proverbio vitio ortum esse, ut عين ex عنز et حرباء ex جرباء mutatum sit. Hoc admitti potest, si proverbium legitur: اصرد من عين حرباء; nec vero, si legitur: من عين الحرباء, quippe quum non dicatur: من عنز الجرباء. Haririus, qui utrumque proverbium in usum suum convertit, prius e posteriore ex nonnullorum sententia ortum esse adnotavit. Conf. p. 504, 519. Proverbium autem inde originem duxisse dicunt, quod chamæleon oculos soli semper obvertat.

٩٩ أَصْرَدُ مِنَ ٱلسَّهْمِ

99. Penetrantior, quam sagitta.

Conf. Harir. p. 178. l. 2.

١٠٠ أَصْعَبُ مِنْ رَدِّ ٱلشَّخْبِ فِي ٱلضَّرْعِ

100. Difficilius, quam reducere lac emissum in mammam.

Hoc e versu poetae desumtum esse dicunt:

صَاحِ هَلْ رَيْتَ أَوْ سَمِعْتَ بِرَاعٍ رَدَّ فِي ٱلضَّرْعِ مَا قَرَى فِي ٱلْحِلَابِ

»O socie! num vidisti aut audivisti, pastorem lac in mulctram collectum in mammam remisisse?«

Vox صاح est pro صاحبى et ريت pro رأيت ex licentia poetica conf. »Darstell. der Arab. Verskunst« p. 474. 478. sq. Metrum versus Chafif est. Conf. l. c. p. 262. Legitur quoque فى الحلاب in versu.

١٠١ أَصْعَبُ مِنْ وُقُوفٍ عَلَى وَتِدٍ

101. Difficilius, quam stare in paxillo.

Meidanius proverbium ex verbis hisce poetae derivatum esse dixit:

وَلِي صَاحِبَانِ عَلَى هَامَتِي جُلُوسُهُمَا مِثْلُ حَدِّ ٱلْوَتِدْ

ثَقِيلَانِ لَمْ يَعْرِفَا خِفَّةً فَهٰذَا ٱلزُّكَامُ وَهٰذَا ٱلرَّمَدْ

»Mihi sunt duo socii super capite meo, quorum sedendi ratio similis est paxilli extremitati, graves ambo non noverunt levitatem; unus (socius) est coryza, alter lippitudo.«

Versuum metrum Motakarib est. Conf. libr. m. p. 281. Sed non video causam sententiae a Meidanio prolatae.

١٠٢ أَصْوَلُ مِنْ جَمَلٍ

102. Magis irruens, quam camelus.

Hamsahus voci اصول hoc in proverbio significationem mordacioris dedit. Verbum autem صول de camelo saeviente, qui in homines irruit, usurpatur.

١٠٣ أَصَحُّ مِنْ بَيْضِ ٱلنَّعَامِ

103. Integrior, quam ova struthiocameli.

Hoc e Ferasdaki versu derivatum esse dixit Meidanius:

خَرَجْنَ إِلَيَّ لَمْ يُطْمِثْنَ قَبْلِي وَهُنَّ أَصَحُّ مِنْ بَيْضِ ٱلنَّعَامِ

»Prodierunt ad me, non ante me a viro tactae erant; sed integriores, quam struthiocameli ova.«

Metrum versus Wafir est. Conf. l. m. p. 204.

١٠٤ أَصَبُّ مِنْ ٱلْمُتَمَنِّيَةِ

104. Maiore desiderio adfectus, quam optans femina.

Proverbium hoc Medinae incolis usitatum primis Islamismi temporibus originem habuit. Cognomine optantis متمنية femina Medinensis, quae iuvenem pulcherrimum e gente Solaim, Nazrum ben-Hadjdjadj perdite amabat, designatur. Accidit autem, ut Ohmarus ad eius portam transiens, eam alta voce hunc versum recitantem audiret:

أَلَا سَبِيلٌ إِلَى خَمْرٍ فَأَشْرَبُهَا أَمْ لَا سَبِيلٌ إِلَى نَصْرِ بْنِ حَجَّاجِ

»Nonne mihi via est ad vinum, quod bibam, aut non mihi via est ad Nazrum ben-Hadjdjadj.«

Interrogavit igitur, quaenam illa optans esset, et rei certior factus adduci iussit iuvenem. Eum videns

1) Metrum versus Basith est. Conf. l. m. p. 190.

dixit: tunc igitur is es, quem feminae in domibus cupiunt? profecto pulchritudinis pallium a te auferam! Imperavit tum, ut eius capillus tonderetur. Re facta quum eum contemplaretur, dixit: Tonsus tu pulchrior es! At iuvenis dixit: Quid criminis mihi hac in re est? Ohmarus dixit: Recte tu dixisti; crimen mihi esset, si te hoc in oppido relinquerem. Misit igitur eum Bazram et praefecto urbis Modjaschiho ben-Masuhd Alsolamitae scripsit: tibi misi optatum Nazrûm ben-Hadjdjadj Solamitam. Feminae autem Medinenses ex istis Ohmari verbis hoc proverbium fecerunt. Hamsahus autem dixit, illam feminam fuisse Alkoraiham filiam Hammami, matrem Alhadjdjadji ben-Jusuf tum temporis nuptam Almoghiraho ben-Schahbah. In oppido Bazra autem iuvenis ob vehementem amorem in gravem morbum incidit, ut diceretur proverbium: أدنف من المتمنى »Vehementiore morbo laborans, quam optatus.« Conf. C. VIII, 65. Ibi enim optati cognomen acceperat. Praefectus autem urbis ob cognationem iuvenem benigne excepit et uxori suae Schomailae feminae pulcherrimae, ut ei ministraret, tradidit. Utrique autem quum, nam alter alterius amore captus erat, loquendi occasio, Modjaschiho praesente, deesset, iuvenis in solo litteras depinxit, quibus conditionem animi femina cognosceret et femina subscripsit: أنا, et ego. Quod quum praefectus videret, quid iuvenis scripsisset et quid ipsa subscripsisset, feminam interrogavit. Feminae responsum quum ipsi non satisfaceret, servum scripturae gnarum advocavit. Re cognita iuvenem a se foris ablegavit. Hic autem ob moerorem tantum in morbum incidit, ut aliquo tempore post periret.

١٠٥ أَسْلَفُ مِنْ مِلْحٍ فِي مَاءٍ

105. Minorem utilitatem adferens, quam sal in aqua.

In eum dicitur, in quo nil utilitatis est, quando enim sal in aquam immittitur, dissolvitur, ut nil restet.

١٠٦ أَصْلَفُ مِنْ حَوْزَتَيْنِ فِي غِرَارَةٍ

106. Inutilior, quam duae nuces in sacco.

Quia commotae sonum excitant, in quo nil utilitatis est.

١٠٧ أَصْلَبُ مِنَ الأَنْضُرِ

107. Durior, quam aurum.

Vocabulum انضر pluralis numerus est a نضر derivatus. Simili modo dicitur: اصلب من الجندل »Durior, quam lapis.« اصلب من الحديد »Durior, quam lapis.« اصلب من الجمر »Durior, quam ferrum.« اصلب من النضار »Durior, quam aurum.« اصلب من عود النبع »Durior, quam lignum arboris Nabah.«

١٠٨ أَصْفَى مِنْ الدَّمْعَةِ وَمِنَ الْمَاءِ وَمِنْ عَيْنِ الْغُرَابِ وَمِنْ عَيْنِ الدِّيكِ وَمِنْ لُعَابِ الْجُنْدَبِ

108. Purior, quam lachryma; quam aqua; quam oculus corvi; quam oculus galli; quam saliva locustae.

١٠٩ أَصْعَبُ مِنْ رَدِّ الْجَمُوحِ وَمِنْ نَقْلِ صَخْرٍ وَمِنْ قَضْمِ قَتٍّ

109. Difficilior, quam repellere equum contumacem; quam transportare petram; quam frangere medicam herbam.

١١٠ أَصْفَرُ مِنْ لَيْلَةِ الصَّدَرِ وَمِنْ بُلْبُلٍ

110. Vacuior, quam nox Alzadar; magis sibilans, quam luscinia.

Non est silentio praetermittendum, in operibus Sachschscharii et Scharaf-Aldini اصغر من بلبل »minor corpore, quam luscinia« legi. ليلة الصدر »Nox Alzadar« est nox, qua homines a loco Mina recedunt, ut nemo ibi restet. Conf. Reisk. ad Abulf. Ann. T. II, p. 304.

١١١ أَصْيَدُ مِنْ لَيْثِ عِفِرِّينَ وَمِنْ ضَيْوَنَ

111. Magis venans, quam leo loci Ihfirrin appellati; et quam catus.

Conf. C. XIII, 123.

١١٢ أَصْبَرُ مِنْ حِمَارٍ وَمِنْ ضَبٍّ وَمِنَ ٱلْوَدِّ عَلَى ٱلذُّلِّ وَمِنَ ٱلْأَتَافِيِّ عَلَى ٱلنَّارِ وَمِنَ ٱلْأَرْضِ وَمِنْ حَجَرٍ وَمِنْ جِذْلِ ٱلطِّعَانِ

112. Patientior quam asinus; quam lacerta; quam amor in ferendo contemtu; quam tripodes in ferendo igne; quam terra; quam lapis; quam confossionis peritus.

Cognomen جذل الطعان »confossionis peritus« habuit Ahlkamahus ben-Firas ben-Ghanam ben-Tsahlebah, omnis enim, qui rei optime gnarus eam assidue et bene tractat, جذل الامر appellatur. Scharaf-Aldin.

١١٣ أَصْنَعُ مِنْ دُودِ ٱلْقَزِّ

113. Maior artifex, quam bombyx.

١١٤ أَصَحُّ مِنْ ظَبْيٍ وَمِنْ ظَلِيمٍ وَمِنْ ذِئْبٍ وَمِنْ عَيْرِ ٱلْفَلَاةِ

114. Sanior, quam dorcas; quam struthiocamelus mas; quam lupus; quam onager deserti.

Et legitur من عير »quam asinus vel onager.

١١٤ أَصْغَرُ مِنْ قُرَادٍ وَمِنْ صُؤَابَةٍ وَمِنْ حَبَّةٍ [1] وَمِنْ صَعْوَةٍ وَمِنْ وَصَعَةٍ

115. Minor, quam ricinus; quam pulicis ovum; quam granum; quam passer parvus; quam avis Wazah appellata.

I. e. avis parva, quae ad passerum genus refertur fort. trochilus (Zaunkönig). Samachscharius addidit, eam rubro capite praeditam esse. In codicibus Meidanii aut من صعة aut من ضعة, quod posterius nomen plantae est, legitur. Sed quum in operibus Scharaf-Aldini et Samachscharii من وصعة una cum vocis explicatione legatur, Meidanii legendi modum falsum esse, non dubito.

Proverbia recentiora.

١١٦ صُورَةُ الْمَوَدَّةِ الصِّدْقُ

116. Veracitas est amoris (amicitiae) figura.

١١٧ صَاحِبُ الْحَاجَةِ أَعْمَى

117. Qui necessario eget re, caecus est.

١١٨ صَارَتِ الْبِئْرُ الْمُعَطَّلَةُ قَصْرًا مُشَيَّدًا

1) In codice Lugd. et meo nec non in Scharaf-Aldini opere legitur من حية „quam serpens“ In codice Berol. et Pocockiano, nec non in opere Samachscharii من حبة „quam granum“ legitur.

118. Puteus neglectus palatium in altum exstructum factum est.

In humilem, qui elevatur, adhibetur. Conf. Abulfed. Ann. T. III, p. 434.

١١٩ صَاحِبُ ثَرِيْدٍ وَعَافِيَةٍ

119. Possessor intritae et incolumitatis.

De eo dicitur, cuius pectus integrum et a vitiis liberum est.

١٢٠ صَارَ إِلَى مَا مِنْهُ خُلِقَ

120. Rediit ad id, e quo formatus erat.

De mortuo dicitur.

١٢١ صَارَ الْأَمْرُ حَقِيقَةً كَعِيَانِ الطَّرِيقَةِ

121. Facta est res veritas, quemadmodum agendi rationem oculis videmus.

١٢٢ صَلَابَةُ الْوَجْهِ خَيْرٌ مِنْ غَلَّةِ بُسْتَانٍ

122. Durities faciei (impudentia) melior est, quam proventus horti.

Et legitur: صفاقة الوجه cum eadem significatione.

١٢٣ صَفْعَةٌ بِنَقْدٍ خَيْرٌ مِنْ بَدْرَةٍ بِنَسِيئَةٍ

123. Percussio cum pecunia parata melior est, quam magna summa cum solvendi mora.

Percussio, quae manu fit, hoc in loco venditionem significat, et fortasse de parva summa adhibetur. De voce بدرة conf. lex. m.

١٢٤ صَنْعَةُ الشَّيْطَانِ

124. Artificium Satanae.

In eum dicitur, qui in provincia sua superbit.

١٢٥ صَدِيقُ الوَالِدِ عَمُّ الوَلَدِ

125. Amicus patris patruus est filii.

١٢٦ صَامَ حَوْلًا ثُمَّ شَرِبَ بَوْلًا

126. Annum ieiunavit, tum urinam bibit.

١٢٧ صَبْرُ سَاعَةٍ أَطْوَلُ لِلرَّاحَةِ

127. Patientia momenti longior est quieti.

Id est: Longam quietem producit. Proverbii sensus esse videtur: Quod si momentum temporis patientia uteris, magno tibi commodo erit.

١٢٨ صِيغَ وِفَاقُ ٱلْهَوَى وَكِفَاءُ ٱلْمُرَادِ

128. Formatus fuit consensus cupiditatis et sufficientia voluntatis.

١٢٩ صَبْرُكَ عَنْ مَحَارِمِ ٱللَّهِ أَيْسَرُ مِنْ صَبْرِكَ عَلَى عَذَابِ ٱللَّهِ

129. Patientia tua in rebus illicitis evitandis facilior est, quam patientia tua in ferenda Dei poena.

١٣٠ ٱلصَّعْوُ فِي ٱلنَّزْعِ وَٱلصِّبْيَانُ فِي ٱلطَّرَبِ

130. Aves parvae in agone mortis et pueri in laetitia.

١٣١ ٱلصَّبْرُ مِفْتَاحُ ٱلْفَرَجِ

131. Patientia est clavis gaudii.

Additur quoque: والعجلة مفتاح الندامة »Et festinantia clavis poenitentiae est.«

١٣٢ اَلْاِصْلَاحُ اَحَدُ الْكَاسِبَيْنِ

132. Rei conservatio est unus duorum lucrantium.

١٣٣ اَلصِّنَاعَةُ فِي الْكَفِّ اَمَانٌ مِنَ الْفَقْرِ

133. Ars in manu est securitas a paupertate.

١٣٤ اَلصَّرْفُ لَا يَحْتَمِلُهُ الظَّرْفُ

134. Vas non portat praestantiam.

Nescio, num proverbium recte intellexerim. Pocockius legit: الصرف يحتمله الظرف et vertit »Accidentia saeculi tolerant praestantes« nixus auctoritate cuiusdam Arabis docti. Sed quoque verti potest »ingenium non fert calamitatem«. Non autem vocabulum الظرف, cui eaedem vocales esse debent, quæ voci الصرف sunt, quum proverbio verborum lusus insit, praestantes verti posse puto.

١٣٥ اَصَابَ الْيَهُودِيُّ لَحْمًا رَخِيصًا فَقَالَ هٰذَا مُنْتِنٌ

135. Assecutus est Iudaeus carnem vilis pretii et dixit: haec foetida est.

١٣٦ اَلصَّبُوحُ جَمُوحٌ

136. Potus matutinus refractarius est.

Conf. prov. 69.

Corrigenda.

p. 19 l. 7 infr. loco vocis *ona* l. *dona.*
— 35 — 1 supr. — — *quo* l. *qua.*
— 38 — 22 — Adde: *C. VII, 131.*
— 39 — 18 — loco verborum *non est liberalis, quum dat cum exprobratione* l. *liberalis, quum dat, non est exprobrans.*
— 40 — 1 — *tus* l. *cus.*
— 41 — 9 — *199, 466* l. *200, 468*
— 43 — 9 — *ascepisset* l. *accepisset*
— 48 — 4 — رجبة l. re رجبة
— — — 8 — *Alzarita* l. *Alanzarita*
— 57 — 10 — *hahere* l. *habere*
— 60 — 17 — ١٥٢ l. ١٥٩
— 61 — 8 — *Caabh* l. *Caahb*
— 65 — 9 — *umen* l. *iumen*
— 78 — 4 - يَكُنْ l. يَكُنْ
— 92 — 6 — *Die* l. *Dic*
— 100 — 15 — *vorbum* l. *verbum*
— 112 — 1 infr. *similis, sis* l. *similis sis*
— 114 — 7 — *72* l. *73*
— 119 — 12 supr. آساءک l. أساك
— 134 — 14 — مى l. من
— 159 — 15 — *217* l. *219*
— — — — — *105* l. *99*
— 162 — 1 — *65* l. *66*

p. 163 l. 20 — *185* l. *182*

— 166 — 5 — بِئْسَ l. بَئْسَ

— 179 — 1 — *31* l. *30*

— 189 — 15 — *Alachsa* l. *Alahscha*

— 192 — 14 — *hoc* l. *hac*

— 194 — 13 — ملاع l. ملاح

— — — 15 — يدا l. يد

— 210 — 12 — *constiuit* l. *constituit*

— 221 — 15 — *qui territus* l. *quae territa*

— 230 — 9 — dele *eius*

— 252 — 15 — *Haththani* l. *Hiththani*

— — — 17 — *Haththanus* l. *Hiththanus*

— 272 — 9 — *Caemla* l. *Camela*

— — — 23 — مِنَ الكَانُون l.

— — — 24 — *ii* l. *is*

— — — 25 — *superveniunt* l. *supervenit*

— 280 — 13 — سِوَى وَصَّهْ l. سَوَى وَصَّهْ

— 290 — 21 — بقرة l. يقرة

— 292 — 6 — *potitus* l. *potita*

— — — 7 — *ipsis* l. *ipsi*

— — — 8 — *offerrent* l. *offerret*

— 298 — 10 — جَانَيك l. جَانَيك

— 320 — 14 — المتروف l. المترُوف

— 321 — 14 — *longinguo* l. *longinquo*

— 328 — 2 — lege *Min-Ali* ∪ – – *ut Mi-nali* ∪ – ∪ *fiat.*

— 351 — 7 — *diceret.* l. *diceret:*

— 376 — 1 — *prementes* l. *prementium*

— 380 — 2 infr. lege انصاجه

— 395 — 10 supr. *suam compedem* l. *suarum compedum*

— 426 — 7 infr. *Djasmimahus* l. *Djasimahus*

— 430 — 1 — فَرْتَعَتْ l. فَرْتَعَتْ

— 491 — 1 — *suum* l. *suam*

— 516 — 15 — *quum* l. *quam*
— 535 — 2 infr. *a duobus* l. *in duobus*
— 543 — 1 — أَلِفَ l. لِفَ
— 558 — 11 — وبريد l. وبريد
— 559 — 9 — *erge* l. *erga*
— 568 — 4 — *irstructam* l. *instructam*
— 573 — 4 post *iussus* adde *C. XII, 48.*
— 585 — 12 loco *Proverbium* l. *Proverbio*
— 617 — 22 adde *C. X, 176*
— 620 — 2 loco *farinam* l. *ferinam*
— 629 — 8 — *protestatem* l. *potestatem*
— 642 — 3 — *nam* l. *nam ut*
— — — 9 adde *C. XIV, 61.*
— 654 — 3 infr. *fastigavit* l. *fatigavit*
— 656 — 5 — *exprobationibus* l. *exprobrationibus*
— 697 — 3 supr. تَفُوحُ l. تَفُوحُ
— 704 — 3 — الزُّمَّاح l. الزُّمَّاح
— 707 — 2 infr. *non* l. *tibi non*
— 717 — 16 supr. *antecendens* l. *antecedens*
— 720 — 10 — *instruct* l. *instructa*

Bonnae, Typis Francisci Baaden

Schröder mit au jour, en 1795, seulement 454 proverbes de toute la collection.

Il est aussi assez connu que les savants des temps modernes et jusqu'à nos jours se sont occupés de cette branche de la littérature Arabe.

Le haut interêt que cet objet mérite m'avait déjà fait prendre, il y a plusieurs années, la résolution de donner une édition des proverbes de Meidani; et dans ce dessein, je transcrivis un manuscrit de cet écrivain dont je devais la communication à l'obligence toujours inaltérable de M. le Baron *S. de Sacy*. Quelque temps après, étant venu à Leyde dans l'intention de comparer mon manuscrit avec celui qui est dans la bibliothéque de cette ville, je trouvai mon ami, Monsieur *Hamaker*, occupé du dessein de donner une édition du recueil de Meidani. Avec les talents distingués de cet illustre professeur, les rares connaissances dont il était orné, l'application constante qu'il mettait à exploiter les riches et nombreuses ressources manuscrites qu'il avait à sa disposition, cette édition ne pouvait manquer d'être un ouvrage excellent. Aussi, occupé d'ailleurs que j'étais alors de beaucoup d'autres travaux scientifiques, je crus de mon devoir d'abandonner l'ouvrage à de si habiles mains et de laisser à mon ami la faculté de profiter de mon manuscrit. Depuis cette époque il s'est écoulé quelques années. Les difficultés de l'entreprise et d'autres travaux savants avaient toujours différé l'exécution de ce projet, quand la mort vint aussi enlever le savant professeur de Leyde à sa glorieuse carrière.

Mon manuscrit enrichi de nombreuses leçons de la main de M. *Hamaker* et de celle de son digne successeur, *M. Weyers*, étant rentré alors en ma possession, renouvela en moi l'idée de reprendre moi même l'édition, pour faire par là un hommage à la mémoire du plus cher de mes amis.

J'avais dabord l'intention de donner le recueil de Meidani et tout le commentaire Arabe avec une traduction latine; mais un examen plus approfondi me fit modifier mon plan. Le commentaire de Meidani est un ouvrage de grande étendue; et dans les différents manuscrits on trouve une grande diversité de variantes. Ce commentaire aurait eu besoin d'être expliqué par beaucoup de notes de tout genre. Mes moyens ne pouvaient pas soutenir une entreprise de cette étendue. L'ouvrage aurait été très cher; cette circonstance aurait nui à l'écoulement des exemplaires, et renvoyé trop loin la rentrée de mes fonds. Il ne faut pas cacher aussi que le commentaire de Meidani contient beaucoup de choses qui ne servent nullement à l'explication des proverbes; qui sont par conséquent, tout à fait inutiles pour la généralité des lecteurs; et ne pouraient avoir pour un petit nombre de savants qu'un médiocre intérêt.

Tous ces motifs m'ont donc fait modifier mon plan et je me suis arrêté à celuici:

1. Donner le recueil de Meidani avec les voyelles et une traduction fidèle autant que possible et pourtant intelligible même pour ceux qui ne connaissent pas l'Arabe.

2. Donner le plus brièvement possible ce que le commentaire de Meidani contient de plus intéressant en notes grammaticales, critiques, historiques et poëtiques; tout ce qui peut servir à l'intelligence des proverbes, ou avoir quelque mérite particulier; de plus, extraire des oeuvres de Scharef-Aldin, Samaschari et autres écrivains, et ajouter de mon propre fond tout ce qui peut être de quelque importance pour l'intelligence des proverbes.

Les vers des poëtes qui seront cités dans le cours de l'ouvrage ont besoin d'être munis de voyelles et suivis d'une explication métrique, et souvent d'une explication nécessaire à leur intelligence: j'ai suivi généralement en cela le plan adopté par *Schultens*.

3. Quoique la collection de Meidani soit très riche, puisqu'elle contient au delà de 6000 proverbes, il manque pourtant à ce recueil un certain nombre de proverbes tant anciens que modernes (nombre qui d'ailleurs n'est pas petit, comme on peut déjà le voir par le recueil des proverbes Egyptiens de *Burkhardt*, Londres 1830); j'ai résolu de joindre à la collection de Meidani tous les proverbes anciens et modernes que j'ai pu recueillir. Les ressources manuscrites que je dois à l'obligeance de mes amis tant Allemands qu'étrangers m'ont mis en état de le faire; j'ai donc lieu d'espérer que cette collection pourra être nommée complète autant que possible.

4. Pour faciliter l'usage de ce livre, j'ai jugé à propos de le terminer par deux index, l'un Arabe, l'autre Latin.

5. Enfin j'ai ajouté au tout un traité sur les proverbes Arabes et sur les écrivains qui les ont recueillis et commentés.

Par cet arrangement, l'ouvrage, je l'espère, excitera un intérêt plus général.

Cette édition est commencée dans l'espérance qu'un ouvrage aussi profitable aux lettres trouvera les secours nécessaires à son achèvement. Je vais faire de grandes avances pour cette entreprise qui est tout entière à ma charge; je prie donc instamment les amis de la science de vouloir bien la soutenir par une souscription. On peut s'addresser directement à l'auteur ou à Mr. Marcus libraire à Bonn.

Le Prix de l'Alphabet est fixé à 2 Thalers 1/2 argent de Prusse, à 9 Francs 25 C. monnoie de France.

Quand l'impression sera terminée le prix de l'ouvrage sera augmenté.